

D. GEORGII BEYERI,
PROF. PAND. VITEMBERG.

DELINEATIO
JURIS GERMANICI
OPUS POSTHUMUM,

EDITIO SECUNDA,

CUI EX MANUSCRIPTIS SCHEDIS
ACCESSERUNT NONNULLA

LIBRI SECUNDI CAPITA,
NEC NON
LIBER TERTIUS.

*DISSERTATIONEM DE JURIS
GERMANICI FONTIBUS*

ILLUDQUE RECTA DISCENDI RATIONE
PRÆMISIT

D. CHRISTIAN. GODOFR. HOFFMANN,
P. P. IN ACADEMIA LIPSIENS.

LIPSIÆ,
SUMPTIBUS HÆREDUM JOH. GROSSII,
M. DCCXXIII.

CUM PRIVILEGIO.

*PERILLUSTRI AC EXCEL-
LENTISSIMO*

D O M I N O

DN. GOTTL. HIERONYMO
de **LEIPZIGER**

HÆREDITARIO INHEYDE &c.

POTENTISSIMI POLONIARUM
REGIS ET ELECTORIS SAXONIÆ

IN SUPREMO APPELLATIONUM JUDICIO ET
SANCTIORI SENATU ECCLESIASTICO

PRÆSIDI

DOMINO MEO INDULGENTISSIMO

*Vir Perillustris atque Excellentissime,
Domine Indulgentissime.*



Id, quod debeo, præsto, VIR
PERILLUSTRIS, non lon-
gius excusandæ temeritatis argu-
menta, ut conquiram, opus erit.
Ex quo enim mihi prima TE adeundi feli-
citas data fuit, TE adeo benignum & in o-
mnes litterarum bonarum studiosos procli-
vem deprehendi, ut jam ab illo tempore
meditari inciperem, quid TE mihi Patro-
num, quid qualibuscunque meis conati-
bus TUÆ conciliaret gratiæ præsidium.

Quem latebat, TE ab AUGUSTISSI-
MO REGE, OPTIMO PRINCIPE sub
) 2
cujus

DEDICATIO.

cujus imperio haëtenus omne litterarum & scientiarum genus effloruit, multis jamjam aliis honoribus & dignitatibus cumulatum, in illum inlustrem locum abire jussum esse, quo ii, qui aliquam scientiæ suæ habent fiduciam, TIBI æquissimo ac prudentissimo Judici suam dexteritatem, suam probarent diligentiam? Equidem cum me in illud vitæ genus deferri sentirem, quod vitam in litterarum studio, aliorumque informatione transigere debet, primum esse credidi, ut me TUA efficerem gratia dignum, TIBIque navatæ operæ exhiberem specimen, quæ ut levia & tenuia, tamen aliquam de industria & studiosæ juventuti inserviendi desiderio apud TE, VIR PERILLUSTRIS, excitare possent opinionem. Sed prævenit TUA gratia omnem meam expectationem, omnesque conatus, ut me jam TUA autoritate, gratia & benevolentia protegi & ornatum viderem, cum de
TUO

TUO sollicitus adhuc essem patrociniis, quod gratus recordor, & pio semper venerabor corde. Sed quid est, quod jam exhibeo, quod devoti animi signum esse volo? Itane alieno ære, quod debeo, exsolvo? Erubesco, **INDULGENTISSIME DOMINE**; vile est ac perexiguum, quod ex propriis offero scriniis, dignius forte illud, quod fama celeberrimi etiam post fata Jureconfulti **B. BEYERI** commendatur. Sed præstat aliquid offerre, & ita officii ac muneris rationem reddere, quam diuturnioris silentii culpæ se reddere obnoxium. Patere igitur, ut **PERILLUSTRI TUO NOMINI** præfens inscribam opus; Primum fere est, quod desertam a Germanis nostris propriam jurisprudentiam reducere laboravit, & velleo nomine ad **TUAM** confugit gravissimam tutelam, cum hætenus nobilissima illa juris patrii disciplina extorris a scholis & academiis exulaverit.

DEDICATIO.

Si ab illo mihi aliqua accedere poterit commendatio, enixe lætabor, qui, quantum in TUAM Gratiam & favorem confidam, qualem meis conatibus promittam promotionem, dicere haud possum. Deum precor, ut TE, DOMINE INDULGENTISSIME, tot tantisque eximiis virtutibus ornatum, tam insignibus in PRINCIPEM & PATRIAM meritis conspicuum, in bonarum litterarum certissimam spem, Ecclesiæ Academicarumque Saxonicarum emolumentum atque solatium, natum ad feros annos in faustissimis semper rerum eventibus & omnium felicitatum affluentia sospitem servare velit. Dabam, Lipsiæ d. III. O& MDCCLXXII.

LECTO.



LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

SI unquam jurisprudentia nostra prematuro fato sibi ereptum fuisse Virum longiori vita dignum, querendi rationem habuit: eam sane in funere Jure consulti celeberrimi D. GEORGII BETERI eximii Jure consulti deprehendit. Quantam enim in ejus morte jurisprudentia imprimis germanica fecerit jacturam, praesens testari poterit opus, quod affectum reliquit, ab irruento vitae termino, quo minus nobilissimum institutum exequeretur ac laborem utilissimum ad finem perduceret, omnino preventus. Et excidisset litteratus orbis elegantissimi operis expectatione, nisi VIR ILLUSTRIS & de

PRÆFATIO.

*de jurisprudentia omnique litterarum genere meritisimus
DN. MICH. HENRICUS GRIBNERUS ICTus ce-
leberrimus Beati Viri conatus ab interitu & oblivione vin-
dicare, & posthumi editionem, eo quo est in jurispruden-
tia studium favore, promovere constituisset. Dolendum
omnino erat, quod in jurisprudentia germanica versatis-
simus ICTus librum ad umbelicum ducere baud potuerit:
nihilofecius ea quæ supererant fragmenta ILL. GRIB-
NERO digna videbantur, quæ publicam adspicerent lucem;
& magno cum applausu exceptum est opus, licet imperfe-
ctum, ita ut brevi elapso tempore exemplarium copia ha-
beri baud posset. Hinc de nova cogitare cœperunt editio-
ne Hæredes Grosfiani bibliopolii, quibus consilii esse vide-
batur, ut ea adjicerentur repetita editioni capita, quæ ex
codice manuscripto aubuc erui possent; Inde facta est
illa operi accessio, quæ ex titulorum indice aversa pagi-
na adjecto cognosci poterit, quæ quidem tanta non est, ut
opus suæ dignitati & perfectioni restitutum dici queat, in-
grata tamen non erit, neque iis inutilis, quibus
majori cum cura ea digerendi tempus &
occafio erit, Vale.*

D. CHRI-

D. CHRISTIANI GODOFREDI HOFFMANNI,

Prof. Juris Ordinarii in Academia Lipsiensi

DISSERTATIO

de

JURISPRUDENTIÆ
GERMANICÆ
Principiis & Fontibus

ejusque

Discendæ atque tractandæ genuina ratione,

in qua ostenditur

Existere aliquod jus Germanicum, illiusque doctrinam non

tam difficilem esse, quam quidem multis

videtur

B. DN. BEIERI *Juris Germanici*

Positionibus introductionis loco

præmissa



I.

IURISPRUDENTIA GERMANICA consistit in legum atque consuetudinum germanicarum cognitione, earumque apta ad casus emergentes applicatione. Dividitur in *publicam* & *privatam*: utraque est vel *feudalis* vel *civilis*.

Hæc enim divisio majoribus nostris placuit. Jus SAXONICUM antiquum tres habet partes, *ius provinciale* das Land-Recht, *ius civitatum*, Weichbild & *ius feudale*, Lehn-Recht, v. LEUBERI Gründlichen und Historien-mäßigen Discours über etlichen der Stadt Magdeburg in Sachsen gerühmten alten Privilegiis &c. Frenb. 1648. Cap. II. n. 20. Inprimis *ius provinciale* & *feudale* a se invicem distinguuntur v. Land-Recht lib. II. art. 44. & gloss. ad art. Lehn. c. 13. & 22. Pari ratione Jus SUEVICUM in duos dividitur libros, quorum alterum Land-Recht, alterum Lehn-Recht inscribitur. Jus BOEMICUM quoque reperitur bipartitum nimirum *provinciale* & *municipale*: Prius pertinet ad status majores, ut sunt ecclesiasticus, Baronum & Equitum, *ius municipale* autem cives & omnes alios sub jurisdictione civica degentes obligat. PROSSKOWSKY in *moderamine differentiarum juris communis & boëmici in prooemio & in resolutione objectorum* p. 21. quo loco prolixus est in explicanda re clara atque communi. Neque in aliis Germaniæ provinciis desunt exempla. Constitutio vetus civitatis Argentinensis de anno 1270. Der Rath der entrichtet nicht nach dem Land-Recht/wenn unwen nach der Wahrheit und der Städt-Recht die hier geschrieben sind. Gravior differentia inter *ius provinciale* & feu-

feudale, quæ observatione digna, cum diversitatem status in civitate respiciat. Hinc ni fallor male agunt, qui utrumque jus miscent, neque eos bene facere credo, qui compendium doctrinæ in eo quærunt, ut jura diverso statui innixa uni includant systemati, quæ methodus arripit eximio ICto TITIO in *juris prudentia privata*. Cæterum mihi hoc loco de feudali juris prudentia non est sermo, quæ specialem juris prudentiæ germanicæ constituit partem. Addi potest *ius germanicum ecclesiasticum* de cujus natura quædam disserui in præfatione ad FRANC. de ROYE *institutiones juris canonici*. Sed quæ de feudali & ecclesiastica Germanorum juris prudentia dici possent, jam mitto.

2. JURISPRUDENTIA PUBLICA ad imperii & provinciarum regimen spectat, atque de illius ad normam legis & observantiæ applicatione est sollicita. Terminos vero juris prudentiæ publicæ non satis accurate illi videntur statuere, qui omnes principum ac imperantium actiones ad publicum vocare jus volunt, cum ejusmodi actus, quatenus cum reipublicæ administratione nullam habent connexionem, vel legibus universalibus subsint, vel ex privatis examinentur constitutionibus ac consuetudinibus.

Accis inter ICtos *de usu juris privati in causis personarum illustrium i. e. imperantium* disputatio movetur. TITIUS in *juris prudentia publica* lib. I. c. 1. §. 45. & post eum multi alii inter personam principis publicam & privatam distinguunt, quæ quidem diversitas veteribus quoque imo ipsi REINKINGIO *de reg. Sep. & eccles. lib. 1. cl. 4. cap. 17.* non fuit prorsus incognita, sed forte in alio sensu accepta. Ast cum illa distinctio aliqua obscuritate laborare videatur & prolixiori interpretatione opus sit, quando dici debet, quæ imperantis sit persona privata, quæ publica, imo ex dignitate Principum haud dictum esse credam, si illarum personæ privatorum conditionem adscribamus, clarius, ni fallor, Principis sive Status Imperii persona consideratur, vel ut *libera*, vel ut *legibus adstricta persona*. Libera dicenda est, quatenus actiones suscipit, quæ neque ejus cum imperio connexionem tangunt, neque legum & pactorum dispositioni sunt obnoxia, quo casu omnibus soluta legibus solis divinis & naturalibus subest. Ea libertas vel est absoluta, vel hypothetica. Absoluta omnem conceptum plenissimæ libertatis involvit, qua in omni gaudet actione ab obligatione erga imperium remota. Illa re-

movetur, quoties nullum imperii & civitatis juribus præjudicium inde oriri potest, & effectus illorum actuum ad publicum se haud extendant statum. Hypothetica Statuum libertas acquiescit in jure agendi libere, sed habito respectu ad fines, quos leges & observantia imperii posuerunt, ita regimen & administratio provinciarum, nec non suffragium, quo in communibus imperii negotiis gaudent, ad libertatem Statuum non absolutam sed hypotheticam sunt referenda. Adstricta legibus & pactis conditio statuum imperii deprehenditur, quoties erga imperium adest obligatio vel ex ipsius cum imperio connexionis natura, vel ex legum autoritate oriunda, ita considerantur Status ut Vasalli imperii, Cives unius Reipublicæ, partes corporis illustris, & magna inter illos & imperium observatur relatio, quæ illarum personam in multis casibus adstrictam efficit, in quibus imperii leges observare tenentur, & quæ eorum jura & obligationem circumscribunt. Ex quo patet, quam exiguus sit usus juris privati, in primis romano-justiniani circa negotia statuum imperii, quæ vel solis legibus naturalibus & æquitate reguntur, vel ex constitutionibus imperii dijudicantur, vide doctissimam dissertationem ILL. GRIBNERI de præjudicio Principum imperii ex abusu juris justiniani, qua quid solidius & dignius scribi queat, nescimus. Opusc. Tom. I. p. 148. conf. HUGO in jurisprudencia particul. cap. VI. p. 209.

3. Leges vero privatæ in actionibus illustrium personarum regulariter nullam vim auctoritatemve exercent, nisi necessitas juxta illas vivendi ex pacto aut observantia quadam speciali oriatur, quo tamen casu liberum quoque erit, eorum, quorum interest, consensu a privati juris dispositione recedere.

Huc spectat doctrina de connubiis, tutelis, adoptionibus, emancipationibus, alienationibus, contractibus, donationibus, præscriptionibus, testamentis, successione &c. personarum illustrium. Quas actiones plerique legibus privatis nullo habito discrimine subjiciunt & otiosis sæpius ac inutilibus adstringunt solennitatibus, multi sane ex ea ratione, ut artes suas causidicas majori pretio illustribus personis locare queant.

4. JURISPRUDENTIA GERMANICA PRIVATA civium in imperio romano-germanico five subditorum mediatorum actiones dirigit, & quæ pœna delinquentibus sit infligenda, docet. Hinc dividi poterit in CIVILEM & CRIMINALEM.

De jurisprudentia Germanorum criminali nuper egi, in prænotionibus *judicis de origine, progressu & natura jurisprudentiæ criminalis germanicæ*. Superfedeo eorum, quæ illo loco dicta sunt, repetitione, atque jam de legibus, quæ civiles actiones pariunt apud Germanos, agam.

5. Est vero JURISPRUDENTIA PRIVATA vel UNIVERSALIS sive COMMUNIS, quæ legibus & consuetudinibus in toto imperio receptis innititur, vel PROVINCIALIS, quæ ex jure in territorio certo Germaniæ introducto fuit, vel STATUTARIA sive *specialissima*, quæ ex statutis & consuetudinibus locorum colligitur.

6. Alia juris germanici est divisio, quod sit vel SCRIPTUM, vel CONSUETUDINARIUM. Posterius iterum vel est in scripturam redactum, vel in nuda traditione acquiescit. Neque male dividimus jurisprudentiam germanicam in ANTIQUAM, MEDIAM & NOVAM.

ANTIQUA Germanorum Jurisprudentia, ni fallor, quærenda est in temporibus ante Seculum XIII. MEDIA incipit a famosis illis juris Saxonici & Suevici collectionibus. NOVA Periodus forte statuenda est a temporibus instituti judicii Cameralis, a quo tempore in plerisque Germaniæ provinciis novam induit faciem, accessit religionis reformatio, quæ non minori occasionem præbuit mutationi.

7. Sunt, qui ambigunt, *dari jus Germanicum?* non sine ignominia gentis nostræ, ac si tam rudes Germani & a bonis institutionibus tam alieni fuissent, ut nullum jus nullamve legem agnoverint. Sed illi vel summa rerum patriarum ignorantia laborant, vel amore juris peregrini ita fascinati sunt, ut iis, qui Germanis proprii sunt, mores sordeant, quum tamen quotidiana doceat experientia, infinitas pene esse juris germanici materias, quæ juribus peregrinis incognitæ, & quæ plerumque in Academiis, quæ rarius ultra D. Justiniani Institutiones & Digesta sapere solent, alto præteriri solent silentio. Et docet ipsa historia juris Germanici, non tam legibus exermes fuisse majores, prout multi sibi persuadent.

Facile sui convinci possunt erroris, qui *dari jus Germanicum*, negant. *Primo enim tam ex historia universali, quam provinciarum particulari abunde constat, quod multis temporibus leges latæ & sancitæ fuerint in Ger-*

Germania, *Secundo* ingens cumulus materiaram juridicarum exhiberi poterit, quæ non alio ex fonte, quam germanorum moribus & legibus illustrationem accipere possunt, & admodum perverse ii agunt, qui, si forte in ejusmodi materias incidant ad peregrinarum legum volumina confugiunt.

8. Fuit autem hic juris germanici progressus. ANTIQUUM Jus Germanorum vel ætatem Caroli M. præcesit, vel secutum est. De primis Germanorum moribus pauca apud TACITUM, CÆSAREM aliosque Scriptores Romanos observamus vestigia. Successu temporis, & ut multi opinantur, Seculo V. P. C. N. variarum gentium germanicarum innotuerunt leges, quas HEROLDUS, LINDENBROGIUS, PITHOEUS, WENDELINUS, BALUZIUS, SCHILTERUS, LEIBNITIUS, ECCARDUS aliique ediderunt & partim commentariis illustrarunt.

Historiam harum legum, qui desiderat, evolvat Dn. STRUVII *Histor. juris C. VI. §. 2. seqq. p. 412.* cui jungere poterit *Specimen meum conjecturarum politicarum de origine & natura legum germanicarum privatarum c. II. de legibus Germanorum ante Julii Cæsaris tempora p. 9. de statu legum germanicarum ante Seculum quintum pag. 12. de legibus germanicis a seculo quinto usque ad Caroli M. tempora p. 19. de lege Francorum salica pag. 22. de legibus Ripuariorum p. 31. de legibus Alemannorum p. 43. de legibus Bajuvariorum pag. 46. de legibus Burgundionum p. 50. de legibus Fresonum p. 52. de legibus Angliorum & Werinorum p. 55. de legibus Saxonum p. 57. de legibus Slavorum p. 63. id quoque in allegatis locis tentatum, ut de nominatarum legum natura & habitu judicium fuerit latum. Eas autem leges maxime versari in causis criminalibus, alibi prolixè probatum. De editoribus variis legum & Capitularium vide ECCARDI *Historiam studii etymologici p. 58.**

9. Ab iis parum abludunt leges, quæ gentium Germanis consanguinearum, licet extranearum, autoritate sancitæ sunt, in quem censum referendæ Gothorum Suecorumque, Wisi & Ostro-Gotiarum, Longobardorum & Anglo-Saxonum, Danorum, aliorumque antiquissimæ leges, de quibus varia hodie adhuc prostant monumenta, quæ antiquitatum juridicarum studiosis eximio subsidio esse possunt.

De

De Suecorum Gothorumque legibus v. WEXIONIUM *in descript. regni Sueciae Lib. V. c. 1.* quæ paulo post Caroli M. ætatem collectæ creduntur. Dividi solent in provinciales & civiles v. STIERNHOEC *de jure antiquo Sueo-Gothico.* Tabulis ligneis olim incisæ perhibentur LOCCEN. *in antiquit. Sueo-Gothicis* pag. 37. conf. OLAI RUDBECKII ad leges Wisigothicarum in Suonia præfationem. De Jure Danico & Jutico evolendus est SIBBERN *in Bibliotheca Historica Dano-Norvegica* cap. VIII. p. 244. necnon MOLLERUS *in Isagoge ad Historiam Chersonesi Cimbrici* P. I. cap. XV. §. VIII. Veterum Anglo-Saxonicarum legum collectio haud ita pridem prodiit. Hæcque subsidia in jurisprudentiæ germanicæ studio non sunt negligenda, cum magna inter extranearum illarum gentium ac germanicorum populorum mores & consuetudines deprehendatur convenientia. ARNOLDUS HUITFELDUS Cancellarius Regnorum Daniæ & Norvegiæ *in præfat. Legum provincialium terræ Scanicæ* meminit: omnes leges Cimbricas Scanicas Selandicas magna ex parte originem habere ex jure Saxonico & iure antiquo Sueo-Gothico.

10. Cæterum habent hæ Germanorum antiquissimæ leges in eruendis germanici juris originibus eximiam utilitatem. Id quidem nemo asseruerit, quod auctoritatem authenticæ legis nostro adhuc tempore obtineant, quamvis earum abrogatio doceri nequeat.

Pro earum auctoritate & vi obligandi pugnat KULPISIUS *in dissertat. epistolica, de germanicarum legum veterum ac romani juris in republica nostra origine, auctoritateque presenti.* §. XXV. XXVI. & sqq. Non tamen satisfaciunt Kulpisii argumenta. Prolixius in hanc quæstionem inquisivi in citato §. 8. *Specimine conjecturarum.* Neque jam tuto sententiam. Nec multum interest, claram abrogationem harum legum doceri non posse, cum nequidem de illarum satis constet introductione auctoritate & valore. Imo genus harum conditio ita mutata & perturbata est, ut vix appellationum vestigia supersint, tantum abest, ut earum leges in viridi adhuc esse observantia tuto asserere queamus. Usum autem dogmaticum eximiis his antiquitatis patriæ fragmentis non derogo, dignasque omnino credo, ut in inquirendis juris germanici fontibus ad illas recurramus. Nobilissimum igitur opus adgressus est doctissimus ECCARDUS, qui leges Salicas & Ripuariorum elegantissimo commentario illustratas brevi abhinc tempore exhibuit: quod exemplum ut alii imitentur optandum est. *Spem Codicis Legum Medii ævi* fecit ILL. DN. a LUDEWIG *in*

dissert. de differentiis juris romanæ & germanicæ. p. 16. In o operæ pretium esset, ut aliquis *Systema jurisprudentiæ antiquæ germanicæ* elaboraret, in quo leges diversorum populorum conferendæ & ad certa principia reducendæ essent. Ita enim hæcenus legum germanicarum antiquarum tractatio tædio fuit plenissima.

11. In harum legum evolutione observandum, interpolatum sæpius esse & corruptum legum istarum textum, qui multis barbaris ac incognitis vocibus scatet; nec mihi verosimile videtur, omnium illarum gentium leges latina lingua, qua hodie circumferuntur, statim ab initio fuisse conscriptas.

Num latina an germanica lingua antiquissima hæc leges conceptæ fuerint disputatur v. Spec. Coniectur p. 14. Quæ utilitas ex hac controversia promitti queat, non video. Distinguendum mihi videtur inter primam harum legum conceptionem & earum emendationem atque propagationem, quæ cum jam jam tempora incidant, quibus soli Clerici artis Scribendi periti essent, in latina lingua fieri potuit: quod idem circa prius factum valde dubito: Rationes citato loco plures adduxi, quæ me ad eam amplectendam compulerunt opinionem, nec video, quid illis opponat DN. STRUVIUS in *Hist. Jur.* p. 416. provocans ad Otfridum, qui tempore Ludovici Germanici vixisse perhibetur, & quod primus is linguam germanicam & quidem magna adhuc difficultate litteris protulerit. Nam quod de germanicæ linguæ difficultate dicitur, forte ad Otfridi laborem versionem rhythmicam Evangeliorum suscipientis referendum: ex usu autem litterarum latinarum defectus propriarum litterarum germanicarum colligi, non autem concludi potest, utentes litteris latinis usos quoque lingua latina.

12. Compositis Germaniæ populis magis in regni formam CAPITULARIA Regum Francorum primum inter leges obtinuerunt locum, collecta in corpus ab ANSEGISO & BENEDICTO LEVITA, edita sunt a PETRO & FRANCISCO PITHOEIS, plenissime autem & magna cum cura a STEPHANO BALUZIO. Sed fatendum, quod plurima capitularium capita vel ad statum publicum istorum temporum respiciant, vel causas & leges ecclesiasticas contineant, ut proinde ex his legibus non tam jurisprudentia privata civilis, quam ecclesiastica & publica lucem accipiat.

* *

Conf.

Conf. DN. STRUVII *Historiæ juris* p. 454. *Specimen conjectur.* p. 75. BA-
LUZIUS in præfat. ad edit. Capitularium.

13. Ortis post hæc multis in Germania turbis, parum de legi-
bus cogitatum: Capitularium autoritas cum ipsa Carolingorum
familia defecit. A Saxonis, Francicis & Suevicis Imperatoribus
nonnullæ memorantur constitutiones, quas collegit GOLDASTUS,
dubia tamen plurimarum fide.

Huc spectat OTTONIS M. Constitutio in comitiis Stelensibus a. 942. de
jure nepotum præsentandi patres in hæreditate avita. WITTICHIND.
Ann. lib. II. v. prolixè DN. STRUV. l. cit. p. 447. sqq. HERTIUS *de*
Consultationibus, Legibus & Judiciis specialibus Romano-Germanicis, O-
puscul. Tom. I. p. 419. OTTONIS II. constitutio, *de duobus reis stipu-*
landi vel promittendi, OTTONIS III. de mancipiorum proprietate,
HENRICI II. de beneficiis & illicitis nuptiis, de jurisdictione ecclesiarum
imperii, de pacis turbatoribus & Homicidis, de parricidiis, de jura-
mento calumniæ clericorum a GOLDASTO recensentur. Famosa est
constitutio *de expeditione romana,* quæ CONRADO SALICO adscri-
bitur v. SCHURTZFLEISCHII *dissert. de expeditione romana.* HENRI-
CI III. de beneficiis, HENRICI IV. de juribus cujuslibet servandis, jure
ministerialium, illicitis nuptiis & jurejurando clericorum, HENRICI
V. de pace publica constitutiones, FRIDERICI I. leges Castrenses latæ
apud Brixiam, de judiciis & foro competente, probationibus, furtis, non
voluntariis homicidiis, aliæque OTTONIS IV. de donationibus & vul-
neratis, FRIDERICI II. de libertate ecclesiastica, de hæreticis coercendis,
justitia colenda præstant constitutiones, conf. STIRN *in Nomobesia Ro-*
mano-Germanica. Pleræque potius Italis quam Germanis latæ dici
possunt, v. CONR. SINCER. *in diss. epist. §. XI.* imprimis illæ, quæ in
campis Roncaliis sancitæ fuerunt, FRANCKENSTEIN. *Diss. de Maju-*
mis, Maicampis & Roncaliis. Silentio prætereo permultas constitutio-
nes *de Pace publica,* quibus ista tempora abundant, v. *Spec. Conjecturar.*
p. 96. Quid de confirmatione legum antiquarum sentiendum, quæ
a recentioribus Imperatoribus facta? Exempla adduxit KULPISIUS
l. c. §. 26. 27. Mihi ea *jurium* confirmatio magis ad publica & ecclesia-
stica jura quam ad privatas & civiles leges referenda videtur.

14. Interea juriscanonicali & romani autoritas in foro Germa-
niæ

niæ altas radices agere inceperat. Illud quidem crescente Pontificum in imperio potentia, auctisque Clericorum in Germania juribus non potuit non juris authentici vim & obligationem adipisci, statibus Imperii non omni tempore de libertate ecclesiæ Germanicæ conservanda æquali studio sollicitis. FRIDERICUS II. publica sanctione *Decretum* commendavit v. *Rec. Moguntin. de a. 1235. cap. XV.* apud GOLDAST. *Reichs-Sagungen part. II. p. 17.* Major Decretalium autoritas, ex quo canonicis scriptis annumeratæ fuerunt *cap. in canon. 6. Dist. 19.*

Quantum præjudicium ex canonici juris introductione illatum sit juribus Ecclesiæ Germanicæ, omnes cordati agnoscent. Innititur autem pontificii juris autoritas potestati papali legislatoriæ, quam multi Germanorum pro infinita habent, moti c. *cuncta per modum 9. q. 3. & c. ad Apostolica de re Judic. in 6.* Ita quoque GREGORIUS IX. in Epistola Decretalibus præfixa non erubuit, compilationem illam universo Orbi Christiano obtrudere; *volentes, inquit, ut hac tantum compilatione universi utantur in judiciis & in scholis, districtius probibemus, ne quis presumat, aliam facere absque auctoritate sedis Apostolicæ speciali.* Sed hæc Testimonia ut domestica & ab ipsis Pontificibus, quorum interest; prolata haud attendenda essent, nisi dulce multis illud videretur jugum. v. PLETTENBERGIUM *in introduct. ad jus Canonicum Cap. XXIII p. 380.* Cæterum de autoritate & progressu juris Canonici in Germania videri poterunt ZIEGLERI *dissert. de orig. & incrementis juris canonici,* nec non THOMASII doctissimæ & præclarum veritatis studium spirantes, *de praxi juris canonici Cautela circa jurisprudentiam ecclesiasticam cap. XXI.* quibus addi potest *Cap. I. § XV. in praxi juris Canonici,* quam debemus indefessæ operæ eximii Jcti, ILL. BÖHMERI.

15. Ast non modo volumina illa juris pontificii sancta Germanis nostris fuerunt, verum etiam ipsa clericalia & pontificia principia sensim mores & consuetudines patrias infecerunt, ut maxima jurisprudentiæ germanicæ pars ad mentem clericorum composita esset, inprimis cum forum ecclesiasticum magnæ inciperet esse autoritatis, judiciorum ordo ex rationibus juris pontificii instruebatur, accedebat, quod multæ causæ laicali foro exemptæ clericorum jurisdictioni fuerint subjectæ.

Magnum igitur subsidium in tractanda jurisprudentia germanica præbet cognitio juris canonici. Olim enim Clerici intemptivo sæpius pruritu negotio legum ferendarum & emendandarum se ingesserunt. Non tamen omnia absolvi studio in lectionem communis juris canonici impenso credamus, sed requiritur, ut *jurisprudentiæ ecclesiasticæ Germanorum particulari* insistamus, quæ hætenus admodum inculta jacuit, jam feliciori successu restituenda, ex quo insatiabilis pene industria ac cura LUNIGII *celeberrimi viri* materiam huic operi perficiendo amplissimam per omnem Germaniam conquisivit in præstantissimo opere, cui titulus: SPICILEGIUM ECCLESIASTICUM des Deutschen Reichs Archivs, oder Germania sacra diplomatica, worinnen nicht allein viele merckwürdige Pabst, Kayser, und Königl.iche, in gleichen unterschiedene andere Diplomata, Urkunden, Reverse und Vorträge, welche die Christl. Religion in Deutschland concerniren, enthalten, sondern auch die fundationes, donationes, statuta, Capitulationes, Privilegia, Lehn-Briefe, Bindnisse, Vergleiche und andere vortreffl. Documente &c. conf. *prefat. meam ad FRANC. de Roye Institutiones juris canonici.*

16. Juri Canonico succedit JUS ROMANUM, cujus autoritas a sola receptione venit; Promovit istius existimationem 1.) Clericorum favor, quo peregrinum illud jus, varia de Clericorum & Ecclesiarum privilegiis & immunitatibus disponens, prosequerentur, 2.) Regum & Imperatorum Germanicorum in leges romanas studium, in quod ex affectatione imperatoris romanæ potestatis defererentur 3.) Inopia legum patriarum scriptarum, 4.) & quod viri in Academiis solius juris romani doctrinæ innutriti rebus gerendis in Germania admoverentur.

Historiam introducti juris romani hoc loco repetere non fert institutum.

Eorum jam dudum explosa est sententia, qui speciali lege & solenni jus illud in Germaniæ fora introductum somniarunt. Vestigia juris romani antiquissima in imperio nostro exhibuit Vir de re litteraria immortaliter meritus DN. STRUVIUS in *hist. jur. germ.* §. XXXIX. p. 529. HERTIUS in *dissert. de consultation. legibus & judiciis specialibus* §. XIV. *Opuscul.* Tom. I. p. 423. De romani juris autoritate videatur DN. THOMASII *dissertat. de rite formando statu controversia, an legum juris justiniani sit frequens, an exiguus usus practicus in foris Ger-*

Germaniæ? Sufficit hoc loco monuisse, 1) innumera juris romano-justiniani esse capita, quæ nullam in Germania habere queant utilitatem 2) innumeras quoque esse materias, & oriri quæstiones juri romano prorsus incognitas & ex solis Germanorum moribus dijudicandas. His suppositis utilitas & necessitas juris Germanici tractandi oculos sane incurrit; neminem autem duas has positiones inficiaturum, crediderim.

17. Ad **MEDIAM GERMANORUM JURISPRUDENTIAM** devenio, quæ magis in consuetudinibus & moribus, quam legibus scriptis consistebat. Sunt autem consuetudines Germaniæ vel *universales*, vel *particulares*.

Ad illas sæpius Consuetudines in imperii legibus provocatur v. **ORDIN. JUD. AUL. FERD. III. tit. I. §. 15 INSTRUM. PACIS OSNABRUG. Art. VIII. §. 4.** Vocantur *allgemeine durchgehende Gewohnheiten, allgemeine Gebräuche.* **GOLDASTUS** in *collectione consuetudinum & legum imperialium*, generales & receptas in imperio consuetudines exhibere promisit, sed parum satisfecit expectationi lectoris. Exempla adduxit **KLOCK.** tom. 2. conf. 10. n. 130. & seqq. conf. 11. n. 14. & seqq. **SCHILTER.** exerc. 8. ad Pand. §. 5. & 40. Consuetudinis tam universalis, quam particularis exempla v. ap. **GYLMANNUM** in *debiiorum seu quæstionum in jure controversarum decisionibus* sub voce *Consuetudo.* Utilissimus quoque labor esset, si quis ex ingentibus Consiliorum, Responsorum & Decisionum voluminibus, imprimis Doctorum Cameralium scriptis, dispersam de germanicis consuetudinibus notitiam colligeret. Sed omnino singulari discrimine opus foret, ne particulares cum universalibus confunderentur. Ea etiam pro universalis est habenda, quæ in essentialibus & levioribus circumstantiis differat. conf. **KULPIS.** *dissert. de Observantia imperiali.*

18. Diversitas & multitudo harum consuetudinum diu desiderabat accuratam collectionem, cum jus consuetudinarium & magnæ sit subjectum incertitudini, & proclive ad mutationes. Tandem decimo tertio seculo, vernacula lingua diligentius exculta, veteres mores & consuetudines in scripturam corpusque redigi a privatis plerumque hominibus coeperunt. Sub idem tempus nota sunt illa *Juris Saxonici & Suevici* volumina, de quorum autore, tempore, idiomate, autoritate multum inter Viros doctos disputatur.

STRUV. in Hist. jur. Germ. §. XXII. seqq. pag. 454. *Specimen Conjectur. Politic.* p. 106. HERT. *diff. de consultat.* WERLHOF *specimine secundo juris maxime, quo in foro Germani utimur* pag. 180. quibus in locis ea, quæ ad historiam harum compilationum spectant, prolixè exposita sunt, huc haud transferenda. Jungi illis poterit præfatio DN. LUDOVICI ad novissimam editionem juris provincialis Saxonici, nec non BENIAM. LEUBERI gründlicher und Historien-mäßiger Discurs über etzlichen der Stadt Magdeburgk in Sachsen gerühmten alten Privilegiis, so wol was von den dreyen bekandten Büchern dem Sachsen-Spiegel oder Land-Rechten, dem Weichbild und dessen Chronica samt dessen ehew. Rechten zu halten. Freyberg 1648. quem tractatum diligenter a se quæsitum non autem inventum refert HERTIUS in *prologo ad dissert. de fide diplomatum Germania* p. 580. Et cum non in omnibus sit manibus, operæ pretium erit, ea, quæ ad præsentem scopum spectant, recensere. Erat BENJAMIN LEUBERUS in historia Saxonica veratissimus, quod varia ejus scripta de privilegiis civitatis Magdeburgensis imprimis iniquitate juris stapulæ testantur. In Lusatia superiori Principi a procuratore cameræ fuit (Cammer-Procurator) splendidis quoque adhibitis legationibus. Diem obiit supremum anno 1675. v. DN. GROSSERI *Laussitzische Merckwürdigkeiten* P. IV. cap. XIII. p. 170. Hæc de viro multis meritis & non vulgaris doctrinæ fama clarissimo. Id autem egit in allegato libello, ut capite secundo doceret: collectionem veterum Saxonicarum consuetudinum non factam esse autoritate publica, ne quidem a Saxonis Principibus approbatam, qui potius, si ad veteres illos libros provocare necesse habuerint, id non nisi citata observantia dem Herkommen fecerint: Autorem esse incertum, licet verosimillimum, Eckonem a Repkau prima operis jecisse fundamenta: neutiquam autem veritati conveniat, speculum illud jam Caroli M. jussu elaboratum; Jus Feudale Saxonicum & provinciale non unum eundemque habere Autorem: Stylum utriusque operis differre. Posterioris Autorem non esse Fridericum II, cum principia, quæ hoc continentur libro, haud respondeant sententiis huius imperatoris, quæ ex ejus colligi poterunt vita: De Glossatoribus quoque nihil certi constare. BURCHARDUM A MANGENFELD primam glossam elaborasse, Ottonis II. Quæstorem Palatii extitisse & honorem Doctoris Decretorum atque Professoris Theologiæ tenuisse, non sine summa temporum & historiarum confusione asserendum. In Glossis JCos Italos citari,

tari, quorum ætas sub imperium Caroli IV. incidit: Juris Weichbildici Glossatorem verosimiliter tempore habiti Concilii Constantiensis vixisse: scopum compilationis institutæ jactari, ut morum & consuetudinum Saxonicarum libertas contra Pontificum nova jura defenderetur, ut id patet ex *Lib. I. Art. 1. lib. 3. art. 44. & eod. Art. 63. ibique Glossa in Weichbildo Art. 1. & 7. ibique glossa. Art. 8. ib. glossa*: nihil secius autorem gravissima adulatione in Pontifices non sine juris nostri publici injuria abreptum fuisse. In Capite tertio totus est LEUBERUS, ut jejunas horum librorum relationes historicas refutet, spurias constitutiones Imperatoribus adscriptas indicet, sparsis simul variis conjecturis, inter quas referenda: Eckonis opus interpolatum, varios ab aliis adscriptos esse articulos, qui principiis curiæ romanæ favent; nimia Magdeburgensibus tribui, qui pro Weichbildici juris autoribus atque custodibus haberentur. Capite quarto Autor ad historiam *iuris Weichbildici* se convertit prolixus in refutandis supposititiis urbis privilegiis; varia quoque ad historiam Scabinatum spectantia profert, ut igitur lectio libelli non sua careat utilitate. Nihil addo, nam quæ pro & contra LEUBERI sententias proferri possent, prolixiorum differendi exigunt campum, & citati sunt superius Autores, qui Historiam juris Saxonici antiqui uberrime tractarunt, quorum scrinia expilare præsentis laboris non est scopus.

19. Id certum est, quod libri Juris Saxonici & Suevici neque publica autoritate scripti, neque corroborati sint. Hic non negligenda est differentia inter jus Saxonicum atque Suevicum & libros juris Saxonici & Suevici, quorum autoritas ex sententia virorum doctissimorum non alia esse potest, quam quæ moribus per Saxonum fora fuit approbata & recepta v. SCHILTER. *exerc. ad Pand. conf. SPEC. CONJECT. de legibus german. p. 115.* Cæterum non inficior, magnum horum librorum in discendo jure germanico esse usum, si cum eorum traditionibus mores & consuetudines Germanicæ conferantur.

Nondum aliter de harum collectionum autoritate sentire possum, quamvis ea, quæ in citato *specimine coniecturarum* adduxeram, multis displicerint. Nec aliquid probant vetera documenta, in quibus ad jus provinciale & Weichbildicum provocatur, cum vox juris ex antiquo loquendi modo non tam de legum voluminibus, quam meris consuetudinibus & ad illarum normam institutis judiciis sit usurpata. Hæc ta-

men non ea scribo mente, ac si inutilem eam operam esse credam, quæ horum librorum lectioni impenditur. Ex iis enim multos Germanorum mores explicare posse, libenter largior: digni omnino sunt, ut studiosorum juris germanici manibus quotidie terantur, conf. WERLHOF. l. c. p. 183. Ordinem in jure provinciali Saxonico neglectum restituere laboravit D. MELCHIOR KLING, in opere posthumo, cui titulus: *Das ganze Sächsische Land Recht mit Text und Gloss in eine richtige Ordnung gebracht*, ante eum Autor des *Richtsteigs über Land-Recht und Lehn-Recht* idem tentaverat, traditis simul formulis & modo procedendi illis temporibus usitato. Prostat in veteri idiomate Saxonico, adjectus editioni Argentoratensi. v. D. THOMAS *differt. de caus. concept. ac intent. constit. crimin. Carol. §. VI. q. p. 10.* & DN. LUDOVICI præfat. ad Specul. Saxon. §. XXV. p. 21.

20. Eodem Seculo decimo tertio majori cum cura ad consignandas leges & consuetudines accesserunt Germani. Ab eo enim tempore non modo plures provinciæ, verum etiam civitates multæ jure scripto uti cœperunt, quod, licet hodie quoad maximam partem mutatum, sæpius tamen illustrationi juris germanici infervit; & operæ omnino pretium est, ut hæc antiquæ jurisprudentiæ monumenta eruantur, cum omni dubio careat, in archivis aut privatis scriniis multos codices legum veterum adhuc latere.

De Jure LUBECENSI v. *Spec. Conject. p. 137.* & STRUV. *in hist. Juris. de Jure BAVARICO* circa a. 1346. composito v. LAMBEC. *Comment. de Bibl. Cæs. Lib. II. cap. VIII. p. 834.* De jure municipali COLONIENSIIUM, AQUISGRANENSIIUM, SUSATENSIIUM, HAMBURGENSIIUM, ARGENTORATENSIIUM, SPIRENSIIUM, BRUNSVICENSIIUM, BREMENSIIUM, CELLENSIIUM, GOSLARIENSIIUM, LUNEBURGENSIIUM aliorumque videatur DN. STRUV. l. cit. WERLHOF *Jur. Germ. Specim. c. II. p. 197.* HERTII *de consultationibus, legibus & judiciis in special. Rom. Germ. imper. Rebus publ. p. 429.*

21. Reddita tandem patria nostra per pacem profanam de a. 1495. quieta, institutoque judicio camerale, omnes pene domini territoriales de ordinandis legibus & judiciis ditionum suarum serio cogitarunt. Inde tanta legum & jurium in Germania particularium enata est copia, ut prolixissimum in se susciperet laborem, qui illis

lis recensendis immorari vellet. Et tamen id necessitas atque utilitas summa exigit, ut de historia & cognitione legum patriarum magis solliciti essent Germaniæ Icti. Ita enim videmus in spem futuræ oblivionis quotidie novas prodire leges, edicta, mandata, rescripta & similia.

Laudandi sunt conatus *Viri Consultissimi* Dn. CHRISTOPHORI CONRADI ENGELBRECHTII, qui optimo exemplo aliis præivit & singulari dissertatione *de genuinis Decisionum Juris fontibus in terris Brunsvico-Luneburgicis* egit. Utilissimus certe labor foret, si Icti in omnibus particularibus Germaniæ provinciis notitiam & historiam legum provincialium orbi erudito exhiberent. Ea enim notitia in academiis profitentibus inservire multis modis posset, ut quæ jura in hac vel illa provincia vigent, iis innotescerent. Id jam olim agnovit HENRICUS GIESEBERTUS *in harmonica relatione juris provincialis Dithmarsorum novissimi*, qui in præfatione Catalogum legum & ordinationum diversarum Germaniæ provinciarum communicavit, qui facile ex recentioribus suppleri & augeri posset. Collegit nonnulla WERLHOF *loc. cit.* p. 209. ubi etiam non sine ratione monet: *unius sæpenumero provincie constitutiones singulas exacte habere cognitae, difficillimum esse.* Nec excusanda est Germanorum nostrorum negligentia, qui in colligendis ordinationibus, legibus & constitutionibus provincialibus segnes sunt, pleræque novellæ statim, ex quo editæ, oblivioni dantur, paucorum in manus veniunt, quæ sæpius ab omnibus observanda sunt. Non male factum esset, si auctoritate publica novæ leges intra certum tempus latæ cum cura ederentur & ab interitu vindicarentur. Non pro ultimo impedimento administrandæ justitiæ habendum, quod plerumque leges & constitutiones provinciales inter arcana & mysteria vel quasi referantur. Hinc rebus his attentiores pro oraculis habentur, ac pene nostro ævo sunt, quod Romanis Pontifices aut Prætores, a quibus formulæ actionum petebantur.

22. Enarravi fontes jurisprudentiæ *germanicæ antiquæ, mediæ & novissimæ.* Quis dubitet *dari jus germanicum?* cum tot consuetudines observentur, tot leges latæ numerentur. Pessime agitur cum jurisprudentiæ studio, quod illud in scholis plerumque legum peregrinarum tractatione absolvatur; Sed ea est academiæ infelicitas, ut omnis mutatio, quamvis necessaria, pro periculo plena habeatur. Institutæ sunt professiones juris canonici & in omnia juris

civilis volumina, imo in nonnullis academiis in Digestorum partes & titulos docendi munera erecta esse, observamus. Silent academiarum foundationes de jure patrio: & si forte communis ille error in paucis agnitus sit locis atque profitendi patriam jurisprudentiam demandatum alicui sit officium, tenuis tamen ejus solet esse fortuna, & illæ professiones habentur pro inferioribus & supernumerariis.

Singulare est statutum **ACADEMIÆ RINTHELIENSIS Sect. II. tit. II. §. XIII.** in quo juris Francorum & Saxonici commendatur studium v. **Dn. KESTNER de auctoritate speculi Saxonici & Suevici.** Necessitatem juris patrii discendi omni tempore agnoverunt summi quoque Icti, & elegans testimonium præbet **ILL. Belgii Jure Consultus CORNELIUS VAN BYNCKERSHOELK,** qui in dedicatione rationem patrii juris tractandi sequentibus exponit: *Quære, inquit, simulac ad forum accessi, non contentus discere ordinem Judiciorum, quo bodie utimur, quæ sola fere aliorum cura est, ipsam, ut ita loquar, Theoriam Juris Patrii undiquaque collegi ex Principum & Ordinum Edictis, Decretis, Rescriptis, Privilegiis, & variis variarum regionum & urbium statutis & consuetudinibus; quæ omnia, additis, si tanti viderentur, nostrorum Responsis, in Comment. Libris & titulis distinctos digessi, ut mihi scilicet haberem, quod alibi frustra querebam.*

23. Ast forte huic neglectui ansam præbuit difficultas studii juris germanici? Non negaverim viam ad illam jurisprudentiam non esse ex omni parte tritam & vulgarem: ea tamen, quæ se objiciunt, impedimenta forte vinci poterunt, si quis sequentes velit observare cautelas: **PRIMO** necesse est, ut agnoscamus, *jura peregrina haud sufficere, ut ex illis omnes decidantur casus,* cum multæ materiæ etiam quotidianæ Romanis incognitæ & solis Germanorum moribus sint familiares.

Si consideremus statum personarum in Germania, diversam sæpius & legibus romanis incognitam deprehendimus conditionem. v. **BEYERI Ius German.** Lib. I. In doctrina de Dominio divisio illa in dominium totale & parziale, directum & indirectum, quæ per omnem doctrinam de dominio acquirendo se diffundit & innumeris modis variari solet, solenne a juris romani doctrina facit divortium. Novos induxerunt jura germanica contractus, qui ad regulas jurium peregrinorum haud examinari possunt. Pacta successoria, familiæ, fideicommissa, & consuetudine locorum introducta succedendi ratio singularis sæpius inutiles juris romani subtilitates relinquunt. **Judiciorum &**
juris-

jurisdictionis alia prorsus forma, quæ ex fori romani structura non est metienda. De jurisprudentia criminali nihil addo, cum jam satis de illa in prænotionibus jurisprudentiæ criminalis dictum.

24. SECUNDO certum atque evidens est, *in multis negotiis per leges romanas quidem definitis Germanos jurium peregrinorum principia baud sequi posse, in quibus casibus vel ad generalia & communia juris universalis principia, vel ad domesticorum jurium & consuetudinum traditionem est recurrendum.*

Num illi bene agant, qui communia æquitatis & juris principia ex legibus positivis petunt? jam non inquiram. Videtur tamen magnæ diffidentia indicium esse, in rebus notis atque vulgaribus peregrinam sibi expetere auctoritatem. Cessant omnes juris romani sanctiones in omnibus causis, quæ ad jurisprudentiam universalem, in primis jus publicum universale, referuntur. Hinc doctrina de legibus, privilegiis, Principis beneficio, consuetudine, observantia, dominio publico & similia non petenda ex jure peregrino, quod propter diversitatem status peregrina & a moribus germanicis aliena fovet principia. Proinde ejusmodi materiæ rectius ad jurisprudentiam publicam germanicam & universalem & particularem remittuntur, de qua posteriori legi merentur, quæ habet HERTIUS *in dissert. de origine & progressu speciatium Romano-Germanici Imperii Rerumpublicarum* Opuscul. Part. II. Tom. II. p. 3. & superius citata dissertatione *de consultationibus, legibus & judiciis in specialibus Rom. Germ. Imper. Rebuspublicis.*

25. TERTIO in ipsius jurisprudentiæ germanicæ tractatione *juris universalis a particularibus sunt discernenda.* Ubi observandum, quod facilius in jurisprudentia particulari progredi queamus, quam in universali, cujus principia magis latent, & sæpius non nisi ex collatione jurium particularium eruuntur. Hinc concludo, quod jus germanicum generale multis obscuritatibus obnoxium sit permanens nisi Icti majorem operam in illustrandam jurisprudentiam particularem impendant.

Obscuritas jurisprudentiæ germanicæ universalis originem forte trahit a varia territoriorum in imperio divisione, quæ separatio non ultima causa, cur tot a se invicem diffformes deprehendantur consuetudines conf. §. 17. Magnus igitur consensus diversarum provinciarum ac ditionum in unam alteramve consuetudinem signum est, eam esse universalem. Hinc particularis jurisprudentiæ studium commendandum

dum est & ut subsidium & ut principium jurisprudentiæ universalis germanicæ. Particularis addiscitur 1) ex legibus provincialibus & statutariis 2) ex consuetudinibus provincialibus & localibus. Hinc laudanda STRYCKII, COCCÉJI, aliorumque Ictorum magni nominis industria, qui convenientias & differentias jurium particularium orbi litterato & in tractatibus & dissertationibus exhibuerunt. Multum juvat studium jurisprudentiæ particularis germanicæ lectio Scriptorum & Consiliorum Cameralium; cum enim in amplissimo hoc judicio acta ex universa Germania concurrant, prudens & attentus Lector non raro vestigia juris germanici detegere poterit. Imo prostant innumeræ dissertationes academicæ, quæ materias juris germanici tam universalis quam particularis excusserunt; quibus non sine successu jurisprudentiæ germanicæ studiosus uti poterit, in primis si artem connectendi intelligat. Id enim hæctenus jurisprudentiæ nostræ germanicæ obfuit, quod omni connexionione destituta sparsim culta modo fuerit.

26. QUARTO, Cum una consuetudo per omnem Germaniam recepta hodie vix dici queat, 1) notandum, quod in jure germanico differentiæ juris antiqui, mediæ & novi sint observandæ, 2) quod principia jurisprudentiæ germanicæ universalis clarius in jure antiquo & medio reperiantur, quam novissimo, cui multæ acciderunt & indies accidunt mutationes, 3) quod propterea leges antiquissimæ Germanorum & mediæ jurisprudentiæ compilationes magni sint faciendæ.

Repeto quæ in *not.* ad § 10. dixi. Imo & difficultates, quæ harum legum veterumque monumentorum lectores morari possunt, superandæ quoque forent, si studium linguæ germanicæ etymologicum magis cole-retur, Virique docti symbola sua ad Glossarium aliquod juris Germanici conferrent, de cujus compilatione in tanta, quæ hodie est veterum monumentorum facta copia, non est desperandum. Præstant aliquem usum thesauri verborum, quos SPEIDELIUS, WEHNERUS, FRITSCHIUS, BESOLDUS, DIETHERRUS alique recluserunt. Quæ vasta opera facile in unum volumen, rejectis inutilibus & alienis rebus ac resecatis inanibus repetitionibus, comprimi possent.

27. Et hæc desidero ad felicem & expeditam juris germanici translationem: hæc in promptu esse media atque subsidia, mihi persuadeo, non longius accersenda, & quæ modica diligentia atque attentione comparari poterunt.

D. GEORGII



D. GEORGII BEYERI
DISQUISITIONES DUÆ.

I.

De utilitate Lectionum Academicarum
in Juris Germanici capita.



Ostquam *SERENISSIMI Potentissimique Regis*
atque Electoris nostri, Almae hujus Nutritoris
perquam Clementissimi, jussu, Pandectarum
partis mediæ & ultimæ professio publica
ordinaria mihi demandata fuit, & Collega
meus summopere honorandus, Acade-
miæ nostræ jam PRO-RECTOR MAGNIFICUS, in expli-
candis Pandectis publice privatimque occupatur, religioni mi-
hi duco, in messem alienam involare; contra non minus ope-
ræ pretium facturum mihi videor, si tantisper Spicilegium insti-
tutam, & materias juris, usu fori frequentes, quæ in explica-
tione Pandectarum ut plurimum prætermittuntur, ex princi-
piis suis derivatas vobis exhibeam, atque quomodo negotiis
quotidianis informandis causisque forensibus dextre dijudican-
dis applicandæ sint, ostendam. Enimvero & vestra & mea in-

terest promulsi dem futuri laboris præmittere, ne vel plus vel minus, quam par est, instituto meo tribuatis, eaque quæ in tractatione juris naturæ, canonici, feudalis, publici, quotidie occurrunt, expectetis, vel antiquatis & otiosis speculationibus frustraneos me dedicasse labores vobis persuaderi patiamini. Nimirum tentabo, num ea *Juris Germanici* capita, quæ, quod non adeo Juri Romano affinia sint, in Academiis vix docentur, in foro tamen quotidie vertuntur, aut certe aliis juris materiis inde propullulantibus recte cognoscendis lucem fœnerantur, ad fundamenta genuina revocare, novas inde conclusiones elicere, diffensionesque & dubia, quibus Interpretes nonnumquam involvuntur, expedire liceat. Ex quo quidem instituto ut tantum Vobis accedat emolumentum, quanta mihi cura & industria adhibenda erit, serio exopto. Etenim rem non novam quidem, paucorum tamen manibus tractatam, ipsaque vetustate sua & monumentorum literariorum defectu obscuram aggredior; cujus lineas primas nondum duxi penitus, partem tamen earum, prout calamo offeruntur, exhibeo. Agam ab initio de statu Nobilium, Civium (vel potius Burgensium) & rusticorum. Quantum ad illos: investiganda erit divisio in *Schriefftsassios* & *Ambtassios*, (eaque occasione natura præfecturarum, *deyer Nembter*,) indoles jurisdictionis patrimonialis, quæ priscis temporibus non nisi domestica, sed latissime extensa in servos potestas erat; Jura natalium, *die Uhn*, jura clypeorum & vexillorum. Differentia Equitum religiosorum & secularium, ministeria & officia Nobilium propria, etc. Circa istos disquirendum erit de armorum usu ipsis permisso, sed valde restricto, de statu & jure officum, de investitura
allo-

allodialium, de jure geranii, stapulæ, braxandi, de hospitibus publicis, Weichbildis, pace burgenfi, censu emigrationis, jure detractationis, & id genus aliis. Quoad hos observanda erunt jus prædiorum censuicorum varii generis à bonis emphyteuticis & censu Romano toto cælo discrepantium, de operis rusticorum definitis & indefinitis, de laudemio, de domino ad successionem rusticorum concurrente, aliisque pluribus. Cæterum & aliæ juris personarum partes exponentur, de necessaria & tacita Germanorum emancipatione, de usufructu matris & tutoribus competente, de tutela maritali, de cura absentis, &c. Tractatio de jure rerum sistet jura venandi, foresti, metalli fodinarum, salinarum, jus acquirendi ex naufragio, *Stranda Recht*, regulam juris Germanici: *Hand muß Hand wahren*. etfi. Scotationem, effestucationem, resignationem dominii judiciale, *Lehns Auflassung*, usumfructum gentium Germanicarum seu dominium utile, pacta successoria & restrictionem facultatis testandi, res expeditorias, utensilia, morgengabam, cibaria, dotalitium, cambium, obstagium, guarentigium, affecurationem, &c. atque ex materia delictorum pignorationes, palinodiam, violationem pacis publicæ, municipalis & domesticæ, repressalias, diffidationes, ganerbinatus, banum, *Nacht und Ober-Nacht*, restrictionem promiscuæ accusandi facultatis eamque ob causam institutos procuratores fisci & delatores; inquisitionem ejusque singularia. Effectum deprehensionis in facinore, nec non procrastinationis judicii criminalis, *von Hand-hasser und übernächtiger That*; clamorem violentiæ, *Betergeschrey* & reliqua solennia judicii criminalis capitalis; *Hegung des Hochnothpeinlichen*

Halß, Bericht; mercedem executionis criminalis, vom
Hender-Gelde; mitigationem & remissionem poenarum magi-
 stratui inferiori competentem, jus centæ, ergasteriorum, &c.
 Denique occasione judiciorum differam de hodierna jurisdic-
 tionis superioris & inferioris differentia, de jure fisci, quod Ma-
 gistratibus jurisdictione superiore gaudentibus tribuitur, de in-
 hibitionibus poenalibus, de arrestis, de judicio summario pro ex-
 traneis, vulgo vom **Gast-Recht**, de guaranda, de die Saxonico,
 Suevico & Longobardico, atque si quæ reperiantur alia. Nem-
 pe non integrum jus Germanicum, verum eas partes, quæ in fo-
 ro nostro frequentantur, neque has universas, sed imprimis,
 quarum in Lectionibus Juridicis nulla fit mentio, excutiam.
 Enim vero res mira est, quæque fidem apud externos vix invene-
 rit, nisi experientia quotidie fidem faceret, in Academiis negligi
Jus, quo Patria magna ex parte utitur. Interim gratulamur Ju-
 risprudentiæ Germanicæ culturam nostro seculo à JCTis fami-
 geratissimis, SCHILTERO, HERTIO, THOMASIO, im-
 pensam. Neque plane ingratum fore auguror, si & ego qualem
 qualem symbolam afferam. Quod institutum meum ita exe-
 quar, ne antiquitatibus, quæ quidem omnino negligi non pos-
 sunt, nimis immergar, sed neque leges Romanas in his quidem
 materiis ex jure Patrio dignoscendistemere jactem, memor judi-
 cii gravissimi, quo **B. ZIEGLERUS**, Antecessor & ordinis nostri in
 hac Alma quondam Præses, immortalis Nominis JCTus & longe su-
 pra invidiam positus in *dis. de bonis Censiticis ruralibus* utitur: „ Quo-
 ad originem sunt quidam, qui eam institutis Romanorum deberi
 afferunt; nihil enim iis placet, nisi quod Romanam antiqui-
 tatem


„tatem refert; sed videtur putidum a Romanis quasvis petere
 „origines, cum tamen Germani eorum victores extiterint, ne
 „minus Romani ipsi nos secus informent, nedum quod Anna-
 „les quoque Germanici aliud urgeant. Hucusque Vir Sum-
 „mus, cujus effata multo majoris mihi habentur, quam mul-
 „torum Pseudo-Germanorum Romanizantium in leges Ger-
 „manicas invektivæ & obtrecciones. Interim ne palata Roma-
 „na dapibus suis defraudentur, capita Juris Civilis huc applicari
 „vel detorqueri solita allegabo simul & examinabo. Porro cogita-
 „bo, mihi cum Studiosis Juris, non cum Jctis rem esse, atque adeo,
 „qua possum perspicuitate & brevitate, fundamenta & principia
 „cujusque materiæ exponam, extensiones & restrictiones osten-
 „dam, atque usum ex rerum judicatarum monumentis subjiciam.
 „Quoque facilius sit dictorum reminiscencia, positionibus succin-
 „ctis, quales secundum Institutiones, Pandectas & Jus Feudale
 „jam pridem typis publicis mandavi, momenta potissima com-
 „prehendam, quas calamo excipere Vos tanto minus pigebit;
 „quanto minus obvia & protrita nobis occurrent. Ordinem ser-
 „vabo Institutionum Justinianearum Architectis usurpatum, ut-
 „pote Vobis notissimum; tametsi forte commodiorem invenire
 „licuisset. Tot vero habebimus capita, quot materias enumera-
 „vi, quin & multo plura fortasse, quæ in progressu emergent. Spe-
 „cialem enim digestionem futuris meditationibus reservo; neque
 „ad tumultuariam materiarum congeriem hic exhibitam me ad-
 „stringi patiar. Allegabo simul textus & Autores congruos, quo-
 „ties, qui ex instituto aliquid evolverunt, vel singulare dicendo-
 „rum illustrationi aut confirmationi momentum afferunt, repe-
 „ro. Atque hæc quidem pro ratione instituti sine phaleris sine
amba-

ambagibus Vobis exponendi sufficient. Initium faciam cras Deo dante, hora tertia pomeridiana, & diebus Lunæ, Martis & Mercurii sedulo pergam, neque, nisi publica negotia me abstrahant, temere ferias mihi permittam, sed neque minus Vestram assiduitatem & industriam mihi pollicebor. Quod superest, diebus & horis hucusque consuetis lectiones privatas gratuitas ad Illustris Stryckii de investigandis & eligendis actionibus Commentationem redintegro, crastina die Lunæ initium facturus: Valet, & studium commodi Vestri, quod nunquam me destituet, boni consulite. Per scriptum ex Museo, Dominica

à Festo SS. Triados IV. A. R. S.

clb Io CCVII.





II.

De Ufu Juris Romani in causis Jus personarum in Germania concernentibus.

Multa Juri Romano in foro instruendo & justitia administranda debemus, sed nondum omnia, forte nec pleraque, quæ statum publicum privatumque regunt: neque enim pauciora etiam in Jure privato occurrunt, ex priscis moribus & institutis patriis dijudicanda; quod quamvis certius sit, quam ut probatione indigeat, uno tamen alterove exemplo illustrabimus. Nempe quoties Jura personarum inspicimus, ita vulgo docemur: Statum esse conditionem, quæ diversimodum juris communis usum in civitate involvat; jus vero commune in connubiis, testamentis & contractibus versari, quibus qui eodem modo cum alio utitur, in eodem statu esse intelligatur. Ita vero Princeps Imperii Germanici, Comes, Baro, Nobilis, ejusdem cum rustico, bajulo, aliove ex fece plebis homine in eodem statu constituendi erunt, quandoquidem uterque jure connubiorum, testamentorum & contractuum uniformi fruitur. Ita inepti sunt, qui alium Nobilium, alium civium municipalium, alium denique rusticorum statum esse contendunt; Ita denique *παχυλάως* & informi stylo in diplomatibus publicis scribitur, aliquem in statum Principum evectum esse. Absit, ut umbratilem ejusmodi censuram exerceamus; quin ad oculum potius patet, status diversi criterium ex diverso armorum jure requirendum esse, quod Nobilibus *indefinite*, rusticis *nullo modo*, urbibus denique

nique extractis, civibus burgensibus *limitate* competebat, ne videlicet promiscue, sed ad defensionem Burgi sive castris ædificumque suarum armis uterentur, unde arma civium regulariter *Hauß-Wehre* appellari sueverunt; neque burgensibus licebat armis accinctos in publico comparere, nisi imminente periculo armati convocarentur, aut iter facerent, ubi tamen gladium sellæ suæ alligare vel vehiculo imponere jubentur a Fridrico Imper. (a) ut a prædone se defendant. At enimvero eruditorum cœtum quo referamus, ancipiti deliberatione opus non est: Germani, antequam Christo nomen darent, humaniora æque ac Theologiæ & Jurisprudentiæ studia ignorabant, & Jus quidem dicebant, verum ex ratione & æquitate naturali atque negotiorum humanorum indole, cui rei non disciplina & doctrinæ apparatus, sed experientia sufficere credebatur; Clero vero in Germaniam penetranti & opinione eruditionis quibusvis negotiis se ingerenti haud difficile fuit togatam comminisci militiam; unde factum est, ut primas fere ubique partes tenerent, & Archicancellariorum functio inter Principes Imperii reliquis muneribus omnibus præferatur. Neque novum hoc erat inventum, sed Gallis, nationi Germanis affini atque sub communi Celtarum nomine comprehensæ, Ethnicismo adhuc plane immersæ, admodum familiare, de quo Julius Cæsar (b) fuse atque eleganter differit, & sub Druidum, Equitum atque plebis nomine statum Eruditorum, nobilium atque Burgensium vivis coloribus depingit; fervorum vero vocabulo rusticos designasse videtur. Sed neque hæc species omnem status divisionem ex Juris Germanici fundamentis exhaurire mihi videntur, quin nobiles potius, prout aut ministerio, aut officio addicti, vel a ministerio exempti erant, variis iterum gradibus & clypeorum ordine, *nach denen Heer-Schilden*, distinguebantur, unde ipsum eorum statum pro clypei prærogativa distinctum fuisse, & hodiernum luculentius distingui, affirmare non vereor,

(a) *II. Feud. 27. §. 5.*

(b) *de bell. Gall. lib. VI. cap. 4.*

reor. Videatur Autor vetus de Beneficiis, quem Illustris Thomasi beneficium eruditi agnoscunt, (c) Jus item Feudale Germanicum utrumque Saxonicum & Alemannicum, (d) atque ad posterius Commentarius Schilteri. Quam in rem hodieque tendit divisio in Nobilitatem superiorem & inferiorem, *hohen und niedern Adel*. Sed & eos, qui Burgos inhabitabant, iterum in diversa genera abiisse conspicimus: nempe in urbibus Imperialibus liberis & quibusdam Hanseaticis Patricios a reliquis civibus sollicite discerni res ipsa docet, qui sive a priscis Nobilibus paulo post urbes exstructas, in gratiam Episcoporum, vel etiam mollioris vitæ causa illuc concesserint, sive ex indigenis urbium virtute militari præstantium, ab Henrico Aucupe, Hungarum irruptionem metuente, ordini Nobilium adscriptis descendant, (e) cum reliquis nobilibus similtates semper & contentiones aluerunt, & pro temporum diversitate majorem aut minorem Imperatorum & Procerum favorem experti sunt. Verum & ipsi in Patricios primi & secundi ordinis dispescuntur, & primo ordini annumerantur, quos Norimberga, Augusta Vindelicorum, Ulma & Francofurtum ad Mœnum alunt; at cum & his in locis alii dicantur *Adeliche*, alii *Erbare Geschlechter*, posteriores secundo ordini accensendos, atque ab hac divisione aliam, qua in *Rathfähige & un Rathfähige* (ubi scribendum videtur: *Rathsunfähige*) distinguuntur, non adeo abludere credo, necdum perspicio, quantum Glevenburgeri (f) Cives Equites hastis vel lanceis instructi a Patriciis differant, dummodo observemus, vocabuli *Glevener* significatum

b 2

tum

(c) *In ejusdem Selectis Feudalibus pag. 99. §. 2. seqq.*

(d) *utrobique cap. I.*

(e) *Rbez. Disp. Jur. publ. VI. de Dignitatibus Imperii Rom. Germ. cap. I. §. 28. add. Nolden. de Statu Nobil. cap. 17. n. 12. seqq. Stryk. Vol. ult. Disp. XIX. cap. I. tb. 22. & imprimis Thomas. Disp. de jure dandæ civitatis.*

(f) *de quibus permulta monumenta antiqua congescit Wenckerus de Pfsalburgeris, Uspurgeris & Glevenburgeris. Eodem in argumento industriam suam probavit Dn. Ockel. de præscript. immemoriali cap. II. tb. 38.*

tum generalem esse, Equitesque hasta instructos denotare, nec solum Burgensibus, verum & Nobilibus stipendiariis militiae Equestris addictis competiisse. Alii alias divisiones burgensium in medium proferunt, puta in cives qui in ea urbe commorantur, & qui alibi; eorum posteriores Pfallburgeri appellari sueverunt, utrum a palis, die an einem Orte ihre vier Pfähle haben, an a veterum Francorum Palatiis, quasi Pfall, Bürger, an a palando, quasi vagabundi, an a Fall sive casu, quasi Fall, Bürger, an a Balo, vel, quod idem est, Fala, quod dolum & insidias significat, an a Pala, quasi Schaufel, Bürger, per me certent alii; nam hæc divisio status diversitatem non infert, neque ergo ejus expositioni & inquisitioni in varias, aliquando ineptas Aureæ Bullæ Tit. XVI. interpretationes immorabor. Ista omnia, qui ex Legum Romanarum corpore requisiverit, vel quando ibi non reperit, indigna Juris arte censet, vereor ne ineptus videatur omnibus, qui non museis, sed publico sapiunt. Sæpe vero etiam in decidendis controversiis Jure Romano tibi nobis videmur, quando placidis Romanorum plane oblectamur. Equidem non provocabo ad exempla ab Excell. Gundlingio nuper notata, (g) sed unicum Legitimationis argumentum exponam, unde quilibet, an tradita Doctorum legibus Romanis respondeant, judicet. Ita vero vulgo procedunt: Legitimari illegitimos, sive naturales, eos scilicet, quorum pater probabiliter certus est, nempe ex stupro vel concubinato natos, non vero spurios, sive a prostibulo editos, neque ex damnato coitu procreatos, quales sint adulterini, incestuosi & sacrilegi; Quamvis vero ex damnato complexu natis legitimitas non conveniat, posse tamen Principem super macula natiuitatis eorum dispensare. Alii contra etiam hos subsecuto matrimonio legitimari contendunt, & spurii etiam beneficium legitimationis impertiri experientia docet. Ea vero omnia, saltem pleraque, Juri Romano repugnantia cum eo amice conspi-
rare

(g) in comment. de efficientia metus cap. VI. 1b. 29.

rare credimus. Age itaque videamus, quid proprie circa hoc argumentum Leges Romanæ sibi velint: Nuspiam in toto Jure legitur, illegitimos indistincte, vel alios, præter naturales legitimari posse; naturales vero non erant, qui ex vago concubitu, sed qui ex concubina, quam quis domi, loco uxoris, sed sine affectione maritali, secum habebat, ejusque consortio utebatur, seu ut exprimi suevit, ad quam quis consuetudinem habuerat, progeniti erant. Nempe tituli copulæ corporum erant: matrimonium, concubinatus, fornicatio, stuprum, adulterium, incestus, & sacrilegium, quod coitu cum virgine Vestali, postea & hodie ex Romanensium sententia cum moniali committitur. Matrimonium plane honestum est, ad quod multis modis & oblatis privilegiis homines invitabantur. Concubinatus & fornicatio factis licitis accensebantur; sed diversimode: Fornicatio plane turpis erat, (h) & legibus non prohibita quidem, sed earum observatione indigna. (i) At concubinatus nulla turpitudine laborabat, sed matrimonio ad morganicam vere similis erat, nisi quod & citra causas prægnantes dirimi potuerit, atque ad certum tempus iniri. Neque vero mihi persuadere possum, solius libidinis explendæ causa citra animorum conjunctionem in hanc societatem cum muliere convenisse cives Romanos, quando quidem plures casus suppetunt, ubi concubinatus in subsidium concedebatur, quando matrimonium inire non licebat; ita Præses provincialem, Senator libertinam conjugem ducere non poterant, (k) at eas concubinas habere utrique licebat; (l) ita honestius esse dicitur Patrono libertam habere concubinam, quam Matremfamilias, (m) & concubinæ Patroni matrisfamilias honestas non denegatur, (n) quin
b 3 etiam

(h) l. 4. §. 3. D. de condiēt. ob turp. caus. l. 43. §. 4. & 5. D. de Ritu Nupt.

(i) l. 29. C. ad L. Jul. de adult.

(k) l. 44. pr. l. 57. pr. l. 63. D. de ritu nuptiarum.

(l) l. 5. D. de concubin.

(m) l. 1. pr. D. de concubin.

(n) l. 41. §. 1. de Rit. Nupt.

etiam concubinatus inæquale conjugium appellatur, (o) & concubinæ nomen honestius nomine amicæ esse, Paulus, (p) atque concubinatum per leges nomen assumfisse, Marcianus (q) scribunt, neque ullibi in toto Jure concubinatus turpitudinis notam affricari legimus, (r) neque ista societas legum observatione indigna, sed variis legibus & Senatus Consultis definita fuit. Liberis itaque inde procreatis, quia proximum a legitimis locum occupabant, jus legitimorum a Constantino Imper. per subsequens parentum matrimonium, item curiæ oblationem, denique a Justiniano etiam, impetrato Rescripto Principis indultum est. Spurius vero, i. e. non modo ex ea, quæ palam quæstum corpore facit, sed ex iis, qui prohibitas nuptias contraxissent, (s) aliisque prognati legitimari minime poterant, multo minus, qui ex stupro, adulterio, incestu originem trahebant. Verum enimvero, postquam hodie in Concubinatum severius, quam in stuprum animadvertitur, isque omni favore & tolerantia pristina destituitur, non argutatio est, sed prona & perspicua illatio, neque naturales amplius, neque alios illegitimos legitimatione frui posse, totumque legitimationis usum non ex Jure Civili, sed contra id ipsum receptum esse, quin potius Justinii Imperatoris effato (t) locum dandum fuisse: nimis esse indignum, nimis item impium, flagitiis præsidia quærere, ut & petulantia servire liceat, & jus nomenque patris, quod eis denegatum est, id alio legis colore præsumatur. Deinde stuprum nec Romano, nec nostro jure a coitu damnato recte distinguitur, quandoquidem damnatus idem est, quod *prohibitus*, eadem vero Lege Julia, quæ adulteria coercebat, stuprum etiam damnabatur,

(o) in l. 3. C. de natur. liber.

(p) l. 144. D. de Verb. Sign.

(q) l. 3. §. 1. de concubin.

(r) add. Huber. Digression. Part. I. Lib. II. cap. XI.

(s) §. 12. Inst. de Nupt.

(t) l. 7. in fin. C. de nat. lib.

sur, pœnis non minus severis propositis, (u) idque hodierno jure, licet mitior sit animadversio, ad Jurisdictionem superiorem sive Criminalem ubique refertur, quamobrem ex stupro natos adulterinis opponere, nec prisco, nec moderno juri convenit, imo nec spurii recte a reliquis separantur, moribus plerorumque locorum & legibus provincialibus fornicationem & vitam meretriciam non secus ac supra damnantibus & punientibus. Neque ergo inter legitimationem & dispensationem super macula nativitatis differentia superest. Equidem haud inficior, Jure Romano nullam maculam naturalibus liberis fuisse adspersam, & qui secus sentiunt, eos cum spuriiis confundere; (x) at si mores hodiernos respicias, omnibus legitimandis macula æque adhæret. Denique adulterinos & ex incestu prodeuntes per subsequens matrimonium legitimos reddi, nec hodie tuto affirmari potest, quandoquidem hac in parte nihil, quod Juris Romani dispositioni additum vel detractum sit, in medium proferri potest; eo vero Jure requiri, ut parentes jam conjuges, eo tempore quo prolem extra matrimonium procreabant, recte conjungi potuerint, constat, quod fictione, quasi parentes tum conjuges fuissent, nititur. (y) Itaque totum hoc argumentum ita capio: Principibus Imperii quemadmodum in aliis causis, ita & circa legitimationem liberrima disponendi facultas est; causa vero & intentio legitimationis Jure Civili erat, ut liberi naturales in patris potestatem redigerentur, jus civitatis obtinerent, & patri ad capeffenda varia propter liberos privilegia prodesfent, unde toties inculcatur, legitimationem rescripto Principis aliter haud fieri, quam si pater id petat, vel testamento liberos legitimos esse velit. (z) At scopus legitimationis hodie plane diversus est, nec patriam potestatem ejusque effectus, sed jus ad honores,

(u) §. 4. *Inst. de publ. Jud. l. 1. §. ult. D. de extraord. Crim.*

(x) de Spuriis enim loquitur *l. 3. §. 2. D. de curion.*

(y) *Schilt. Exerc. ad Pand. XXXVI. ib. 131. seq.*

(z) *Lauterb. Colleg. Pand. Tit. de his qui sui &c. ib. 30.*

nones, opificia, & in genere ad honestum vitæ genus adspirandi, respicit. Qua ex re conficitur, eum, qui non ad preces vel voluntatem patris legitimatus est, nec hodie ad paternam hereditatem admitti, quia invito suus heres non agnoscitur, patris vero precibus legitimationem impetratam Germania forte nondum percepit, nec facile percipiet. Quanto vero magis prospiciendum est, ne industria subditorum honestam operam, unde habeant, de quo victitent, & qua civibus profint, suscipientium sufflaminetur, sed adjuvetur potius & occasio vitæ desultoriæ, otiosæ & vagabundæ, quæ ad furta, latrocinia aliaque crimina plerumque invitat, præscindatur; tanto utilius est Reipublicæ etiam spurios & ex stupro aliove coitu damnato natos reliquorum civium fortuna non excludere. Absit itaque, ut hodiernum legitimationis usum iniquitatis arguam, dummodo demonstrare liceat, eum nihil omnino juri civili debere, & frustra Constitutiones Imperatorias in subsidium vocari. Quæ res eum usum præbet, ne capita juris Romani obiter inspecta temere ad negotia hodierna longe diversa obtorto quasi collo detorqueamus, & ut Juris Germanici studium non omnino negligamus, sed tandem aliquando & nobis dictum putemus, quod præcinente Pomponio (aa) toties ingeminamus: turpe esse causas oranti juraque docenti, jus in quo versatur, ignorare.

(aa) in l. 2. §. 43. D. de Orig. Jur.





I. N. I.
IVRIS GERMANICI
LIBER I.
DE
IVRE PERSONARVM.
CAP. I.

De
Origine Status, Nobilium, Municipum seu Burgen-
sium & Rusticorum.



I.
Pars Germanorum temporibus & Taciti ætate omnes Germani vel liberi erant, vel servi. a)

II. Servorum descriptio, quam TACITVS de *Moribus Germanor. c. 25.* exhibet, liquido ostendit, servos olim eosdem fuisse cum rusticis hodiernis.

A

III. Cum-

a) Paulo aliter apud Gallos referente IVL. CAESARE de bello Gall. Lib. VI. cap. 4. & 5. ubi quatuor genera: Druides, Equites, Plebs & Servi. Plebem pene servorum loco habitam, per se nihil ausam, nec ulli concilio adhibitam fuisse; Plerosque aut ære alieno, aut magnitudine tributorum, aut injuria potentiorum pressos sese in servitutem dicasse nobilibus. Druydes rebus divinis interfuisse, jusque singulari cogendi genere, quod ab excommunicatione pontificia hodierna parum abest, de controversiis publicis privatisque dixisse, a bello abfuisse, militiæque vacationem, tributorum omniumque rerum

III. Cumque ante tempora Caroli M. nullæ in Germania magna, urbes conspicerentur, dummodo unam vel alteram, quas in Venedorum ditione fuisse, monumenta subobscura referunt, excipias, nullos quoque Burgenses esse potuisse sponte sequitur.

IV. Neque ante ista tempora adeo frequentatas fuisse manumissiones, aut servos, utpote forte sua contentos, ad libertatem valde adspirasse verisimile est.

V. Etenim libertas, quam Romani pro re inæstimabili habebant, servis Germanorum, agriculturæ, rei que pecuariæ assuetis, alicujus pretii esse vix poterat, præsertim, quod nec sævitia dominorum & immensi labores eos defatigarent, nec dominorum luxus ad libertatis delicias consequendas ipsos invitaret, nec quicquam omnino in republica momenti liberti facerent, de quo TACITVS *de morib. German. c. 25. in fin.*

VI. Vnde illis temporibus plerisque in locis, libertos plane defecisse, alibi rarissimos fuisse, nec, nisi morte dominorum, sine heredibus decedentium, ad libertatem pervenisse verisimile est.

VII. Neque enim testamento manumissio fieri poterat, cum nulla Germanis essent testamenta, nec ulla orbitatis pretia, quod probatum dedi in *Posit. ad ff. tit. de testam.*

IIX. Cum-

rerum immunitatem habuisse &c. Equites omnes in bello versatos. Germanis vero nullos Druydes fuisse. Hodiernus Germaniæ status fere eodem redit: Nobilibus enim & rusticis superadditi Burgenses, plebi Gallicæ fere similes, nisi quod eruditione & commerciis sibi honores & opes parent; & eruditi, qui cum Druydibus coincidebant, maxime cum literis in Germania efflorescentibus omnis fere doctrinæ cultura penes clerum fuisset. Nullius itaque hodie utilitatis est definitio status civilis ex conceptu juris Romani, quod sit conditio, secundum quam quis jure communi nuptiarum, testamentorum & contractuum diversimode utitur: nam Princeps, Comites, Barones, nobiles, doctores, burgarii, rustici his juribus eodem modo utuntur; at quis in eodem statu eos esse dixerit? quin potius jure Germanico differentia status dependet ex diversitate circa jus armorum, quod indefinite penes nobiles, restricte (scilicet ut pedites tantum urbem, quam inhabitant, intra vel circa moenia defendant, unde & hodie, quando in numerum civium recipiuntur, armis instructi comparere, ac deinde exercitiis jaculatoriis interesse tenentur) penes burgenses, nullo vero modo penes rusticos est. Eruditis vero facile fuit togatam militiam effingere sibi que vindicare.

IIIX. Cumque isto ævo liberti ingenuis se immiscere non audent, requisitum probandi natales *die Abnen*, tum temporis ignotum, & sequiorum seculorum inventum fuisse videtur.

IX. Ingenuis officium judicandi exercitumque & centurias militares ducendi, ministerium militiæ, & privatum venandi studium, proprium erat. *b)*

X. Reges vel Principes ex nobilitate, Duces ex virtute sumebantur, neque Regibus infinita aut libera potestas; & Duces exemplo potius quam imperio, si prompti, si conspicui, si ante aciem agant, admiratione præerant: ita **TACIT.** *de mor. Germ. c. 7.*

XI. Etenim iis temporibus statum Regum, Ducum, Principum a nobilium statu specie non fuisse diversum, ostendit superstes hodieque distinctio *des hohen und niedern Adels*, nec non prisca, inter eos quibus clypeum gerere licebat, vel non licebat, distinctio, atque illorum in septem ordines sub initium speculi Sævici & Saxonicæ facta descriptio, de quibus infra pluribus.

XII. Jam ad statum Burgensium, vel ut abusive vocantur, civium: causa urbium per orbem universum nusquam alia fuit, quam metus & luxus *c)*, neque adeo mirum, quod Germania magna sive inferior urbibus tamdiu caruerit, quæ postea ex iisdem rationibus extrui cœperunt; add. **CONRING.** *de urbibus German. tb. 78. seq.*

XIII. Specialissima vero & jam dictis superveniens urbium Germanicarum causa erat instinctus Episcoporum, fidem Christianam, abjecto idolorum cultu in provinciis germanicis tum propagantium.

XIV. Equidem non nego, in partibus trans-Rhenanis, respectu scil. ad patriam nostram habito, Romanorum olim imperio subiectis multo ante urbes extrui cœptas, quarum nonnullæ hodieque Romanis nominibus insigniuntur, v. g. Augusta Trevirorum, Colonia Agrippinensis, Moguntia, Wormatia, Argentoratum, Spira Nemetum.

A 2

XV. Idem

b) ita de Germanis **IVLIUS CAESAR** *de bello Gall. Lib. VI. cap. 5. Vita omnis in venationibus atque in studiis rei militaris consistit, ab parvulis labori ac duritiei studeat.*

c) Scil. luxus est causa primaria, metus secundaria & quasi illius progenies.

XV. Idem quoque de urbibus quibusdam inter Danubium & Alpes interjectis annales prisci referunt, quas inter Augusta Vindellicorum imprimis eminet.

XVI. At in Germania magna, quæ Rheno Danubioque continetur, ante tempora Carolina vix certi quid de urbibus afferri potest. Qua vero occasione iisdem postea tota Germania repleta & quasi consita fuerit, exponit CONRING. *de Urbib. Germ. c. 79. & 80.*

XVII. Scilicet suafu Episcoporum urbes conditas esse, omnes circumstantiæ ostendunt; Supererant tum temporis multi in Germania servi ex Italia oriundi, hos pietatis prætextu a servitute liberare nitebantur clerici conterranei, iisque primum urbes quodammodo frequentes reddebant.

XIIX. Hinc cauponaria urbana & mercatura, atque libertis germanis relicta varia opificia.

XIX. Et in majores quidem urbes cum Episcopis Principes, Duces atque cum his etiam nobiles concedebant, ubi proinde libertis jus incolatus saltem, non civitatis, tribuebatur.

XX. At in minoribus secus; unde in his vix ullibi deprehendimus Patricios, *Geschlechte*, quales in majoribus florent. *d)*

XXI. Nempe nobiles in urbes concedentes, siquidem Principem comitarentur, & officia aulica obirent, civibus nunquam permiscebantur; at qui propriæ commoditatis ratione permoti in urbem commigrabant, magistratum munera facile occupabant, exclusis plebejis & ipsis nobilibus, qui plebejorum matrimoniis lucri causa innectebantur. *e)*

XXII. Usus vicorum naturalis est, adeoque uniformis: agricultura & pecuaria.

XXIII. At usus urbium arbitrarius & multiplex pro varietate cupiditatum humanarum; potissimus tamen vertitur in cauponaria

d) Vid. infr. c. 12.

e) Nonnulli quidem ex perpetua inter nobiles & Patricios similitudine diversum plane genus arguunt; sed frustra: Ea enim contentio non aliunde quam ex mutato vitæ genere, quo neglectis armis & arrepta mercatura ad magnam opum vim perveniebant patricii, eoque contemptui & invidiæ reliquorum nobilium exponebantur.

ria eminente *f*), opificiis elegantioribus, *g*) mercatura, studiis liberalibus & muneribus, quæ ad elegantiam & commoditatem vivendi, i. e. ad voluptatem & lucrum faciunt.

XXIV. Valde itaque immutatos fuisse & a fortitudine prisca declinasse Germanorum animos sequitur, quemadmodum & facile prævaluisse maximique haberi cœpisse urbes propter opulentiam, postquam magno sumtu conduci & alii milites inciperent; denique & partem urbium quasi essentialia munimenta vel saltem mœnia esse. *b*)

f) nam cauponæ vulgares etiam in pagis deprehenduntur.

g) nam Schmiede, Schuhsticker, Dorff-Schneider etiam in pagis reperiuntur.

b) Superest quartus status eruditorum, Professorum, Doctorum, Studiosorum, singulis capitibus explicandus.

CAP. II.

De

Juribus Nobilium in genere, *a*)

I.

IVra nobilium variis opinionibus scriptorum magis magisque obscura & incerta reddita, cæterum manibus prope palpanda, commodissime ita explicari posse videntur, si prius ea, quæ hodiernis diplomatibus Imperatoriis inserta atque adeo totius Germaniæ sententia extra dubium posita sunt, perlustremus.

II. Consistunt ea *i*) in jure armorum & torneamentorum, unde ut plurimum Thurniers-Genossen und Ritter-mäßige Edelleute vocari solent, atque potestatem accipiunt mit andern Thurniers-Genossen und Ritter-mäßigen Edelleuten in alle und jegliche Thurnier zu reuten, zu thurnieren. Qua in re diligentem se præstitit VISCHERVS de Duello proviso & improvviso.

III. Artissimam cum hoc jure cognationem habent jura insignium, quæ ipsa nihil aliud erant, quam clypeus & galea certis signis exornata, (Waffen sive Wapen) idque ostendunt ipsa diplomatum verba: Des Adelichen Wapens und Kleinods sich in allen

A 3

a) Conf. Reichards, Grafens zu Solms vom Ursprung und Unterhaltung des Adels, Franckf. 1564. fol. ehrl

ehrlichen, redlichen, Adelichen und Ritterlichen Sachen, zu Schimpff und Ernst, in Stürmen, Streiten, Kämpffen, Turniren, Gestecken, Befechten, Ritter-Spielen, Feldzügen, Panieren, Gezelten, aufschlagen, Innsiegeln / Pettechafften, Begräbnissen, Gemähl- den, und sonst an allen Orten und Enden zu gebrauchen.

IV. 2) In jure adspirandi ad Canonicatus & beneficia ecclesastica auf Thum-Stifften, nec non acquirendi feuda & officia nobilibus propria, de quibus infra sigillatim.

V. 3) Potestate judicandi, tum simpliciter in subditos proprios, tum sub conditione, si eligantur in negotiis forensibus certi pagi vel circuli. Etenim ita cantant diplomata: Daß mit ihnen Lehn- und andere Gerichte und Recht zu besetzen, sie auch Urthel zu schöpfen und Recht zu sprechen, so wohl derer und aller andern Adelichen und Ritterlichen Sachen und Beschäftten inn- und aufferhalb Gerichts heilhaftig, würdig, empfänglich und darzu tauglich, schicklich und gut seyn.

VI. 4) In jure arcem sive castrum exstruendi vel emendi atque nomen exinde sibi sumendi, einen Sitz und Schloß zu bauen oder zu erkauffen, daß sie denselben bey iezigen ihren Nahmen bleiben, oder denselben fallen lassen, verändern oder abthun, und solchem Sitz oder Schloß ihren Befallen nach einen andern neuen Adeli- chen Zunahmen schöpfen und geben, sich darvon nennen, schreiben, und solchen neuen Zunahmen in allen und ieden ihren Reden, Schrifften, Titulen und Innsiegeln, Handlungen und Beschäftten, entweder allein, oder mit ihren iezigen Zunahmen gegen männig- lich gebrauchen mögen.

VII. 5) In jure exstruendi molas quascunque & aquam abdu- cendi vel adducendi, auf ihren erkaufften Sizen, Schloffern, Land- Güttern, Gründen und Böden, Mühlen mit allen Zugehörungen, auch Leitung des Wassers auf die Mühl-Werck, Wegen und Ste- gen darzu und davon aufzurichten und zu bauen, und auf solchen Mühlen mahlen, Holz schneiden, schleiffen, poliren, stampffen, plegen, Dehl und Pulver machen lassen, und sie sonst nach ihren Be- fallen zu brauchen und zu genieffen.

IX. 6) In jure in castris vel vicis suis exstruendi publica diver-
soria,

soria, tabernas, cauponas &c. offene neue Wirths- und Gast-Häuser, Tabernen, Schenck-Stätte, Back-Häuser, Bad-Stuben, Schmieden, Cram-Läden, und sonst alle andere Ebehaftinnen, darzu auf ihren Gründen und Böden neue Schweigen, Schäffereyen, Weiher, und Fisch-Gruben und dergleichen an- und aufzurichten, und solche Tabernen und Schenck-Stätte, zu ewigen Zeiten, mit Gastungen, Wein-Schanck und allen andern Getrâncke, Brod und andern belegen, auch mit redlichen Ordnungen, Gewohnheiten und nothdürfftigen Sachen, versehen, solche selber haben, nutzen und brauchen, oder um ziemlichen Zinß verleihen &c.

IX. 7) Jus utendi cera rubra, quod tamen non omnibus concessum reperitur, sed regulariter pro regali habetur; unde etiam in diplomatibus vocatur: eine besondere Gnade und Freyheit, daß sie hinführo gegen uns und jedermänniglich in allen und ieglichen Besiegelungen und Schrifften, offenen und geschlossenen, so von ihnen mit ihren anhangenden oder aufgedruckten Zinnsiegeln und Petschaften bekräftiget würden, ein roth Wachs gebrauchen mögen.

X. Altera classis horum jurium absolvitur certis immunitatibus, puta a muneribus municipalibus, tam personalibus, v. g. Bürgermeister Recht Gerichts und insgemein aller und ieglicher Aemter, item Vormund, Pfleg- oder Veradschafft, Wacht, Reiß &c. quam realibus: aller Auflagen, als jährliche Bürger-Steuer, Ungelds, Gewerb, Einquartierung, Losung & similibus, nisi, quatenus immobilia ejusmodi oneribus subjecta possident, in quibus tamen a metatis, von Einquartierung, eximuntur.

XI. In exemptione ab obligatione & jurejurando civium: Sie sollen von wegen ihrer bürgerlichen Güther wider ihren Willen Bürger zu werden, oder bürgerliche Pflicht zu thun nicht schuldig, sondern samt ihren Dienern von solcher bürgerlichen Obrigkeit und jurisdiction gänzlich exempt und befreyet seyn, ohnerachtet dieselben Städte, Märkte oder Flecken, worinnen sie sich aufhalten, darwider, und daß niemand, der ihnen mit Pflichten nicht verwandt, daselbst wohnen dürffe, befreyet wären.

XII. In immunitate a censu emigrationis & jure detractionis, quoties ex loco sive prima sive secunda vice discedunt, vel diem suum obeuntes heredes alibi degentes relinquunt. XIII

XIII. In libertate tribum vel aliud collegium societatemve municipalem suscipiendi, eidemque gratis iterum pro lubitu renunciandi &c. einige Stuben-Zunft und andere dergleichen Gesellschaft anzunehmen, und wiederum, so ihnen das Gelegenheit ist, ohne alle Entgeltnis aufzusagen.

XIV. Si urbs vel locus, in quo domicilium sibi constituerunt, bannum imperii vel repressalias patiat, vel ob debita pecuniaria conveniatur, id ipsis fraudi esse non debere, nisi facinoris participes reperiantur. Wo Städte und Flecken, darinnen Sie, ihre Ehe-Wirthin, Kinder und Nachkommen wohnen würden, durch uns (Imperatorem nempe Rom.) oder unsere Nachkommen am Reiche &c. in die Acht oder Ober-Acht erkläret, oder sonst mit Schulden, Repressalien, Feinden, Feindschaften beladen, und deßhalben angefochten würden, soll doch solches ihnen (Nobilibus scil. ibi degentibus) für und für nicht bindlich seyn, noch ihr Leib, Haabe und Güther, von jemand deßhalber aufgehalten, gekümmert, angefochten, oder beschweret werden, es wäre denn Sache, daß Sie sich der Vorhandlung und Verbrechens, derhalben erwähnte Städte oder Flecken in die Acht und Ober-Acht erkläret, oder Repressalien wider sie erkannt, mit der That, wissentlich theilhaftig gemacht hätten.

XV. Jus fruendi protectione imperatoria speciali, tempore belli & seditionum vel tumultuum, eamque in rem castris vel habitationibus suis signum Aquilæ imperialis, nec non insignia Austriaca & Burgundica affigendi.

XVI. Jus transmittendi dignitatem ad descendentes suos, & aliquando ex speciali concessione, ad agnatos primi acquirentis eorumque descendentes in infinitum.

XVII. Male ut plurimum habet hoc principium Doctores Politices haud paucos, qui meritum naturaliter personam excedere, atque ad heredes transire minime posse contendunt. Sua enim quemvis virtute æstimari, eamque æstimationem veram dignitatem & nobilitatem esse, non sine ratione autumant.

XIX. Verum salva res est: etenim gratitudo meritis & factis egregiis decernenda tanto plenior est, si posteris Heroum quoque tribua-

tribuatur, eosque ad gloriam majorum suorum imitandam tanto magis alliciat.

XIX. Haftenus jura ex diplomatibus imperatoriis statui Nobilium tribui solita. Hisce ab interpretibus varia adduntur, quorum potissimum & certissimum est, jus proëdrias seu præcedentiæ præ ordine civium.

XX. Qua in re Nobilibus quæstionem movent tum juris Doctores (quamvis vilescante hac dignitate, hodie non raro Doctores ministros Nobilium videamus) tum præsertim ii, qui figillatim administrandæ & tuendæ reipublicæ & justitiæ destinati sunt, idque præeunte illustri Jcto HENRICO COCCEJO in *diss. de Potestate statuum imperii circa dignitates.*

XXI. Summa totius disceptationis eo redit: Dignitatum in Germania præstantiam ac nobilitatem a muneris rationibus dependere.

XXII. Ita jam olim eminuisse dignitatem Cancellarii, eamque secutas esse functiones aulæ primarias, *die weltlichen Erb-Nemter*; Porro *die Fürsten-Nemter*: Denique officia Nobilium, quo imprimis omnia Baronum genera aut nomina potius referuntur, *Frey-Stab-Banner-Edle-Herren*, & simpliciter *Herren*.

XXIII. Harum dignitatum omnium vim & rationem in regenda republica & justitia, ejusve parte aliqua constitisse, & etiamnum, postquam nomina propriæ potestatis facta sunt, consistere.

XXIV. Reliquis dignitatem seu nobilitatem singulari Principis beneficio ac privilegio absque officio concessam esse, maxime iis, qui ministeria in bellis & aulis præstabant, in præmium operæ graviter præstitæ. Hos vero indubie infra dignitates publicorum officiorum subsistere.

XXV. Atque his consequens esse, dignitates ac functiones in administranda parte reipublicæ aut justitiæ occupatas proximam superiori Nobilium ordini nobilitatem, ipsa officii sui dignitate, sine alia collatione consequi, eoque omnes nobiles ministeriales iisdem loco cedere.

XXVI. Haftenus vir illustris, cujus asserta non unus scrupulus premit: Etenim præsuppositum ejus *Posit. 21.* recitatum seculo nostro & experientiæ non satis congruit.

XXVII. Nempe primo videmus in aulis officia domestica, *die Ober-Küchen-Jäger-Stall-Falcken-Meister*, multis in republica & justitia administranda versantibus præferri.

XXIX. Secundo ista forte procederent, si nobilitatis inferioris ratio in solis ministeriis quærenda foret; at, postquam status eorum citra officiorum vel ministeriorum respectum perpetua Germaniæ consuetudine statui Burgensium contradistinctus eique prælatus fuit, non temere soli officio dignitas talis, nisi ubi evidentior Principis voluntas apparet, tribuenda est.

XXIX. Et ne alia attingam, decori externi, atque adeo præferentiæ determinatio non ex antiquitate neque ex scholis vel academiis, sed ex aula quærenda est.

XXX. Ita videmus Principes quosdam Burgenses officiis eruditionem supponentibus vacantes nobilibus, quin & Baronibus, Comitibusque promiscue æquiparare; alios contra eosdem omnibus nobilibus simili vel minori functioni addictis postponere.

XXXI. Jura Nobilium, quæ in præsumtionibus consistunt, ad hanc redeunt regulam: Pro nobili major quam pro plebejo stat integritatis, innocentiae & virtutis præsumptio.

XXXII. Verum hæc regula non ad solos Nobiles, sed & ad honoratiores ex reliquorum civium ordine pertinet. Subsumptiones vero, quas format JOSIAS NOLDEN. *de statu Nobilium civili. c. 12.* promiscue recipi non possunt; v. g. *Num. 8. 26. 39. 81. 120.* partim etiam limitationibus absorbentur; vid. *Num. 17. & passim.*

XXXIII. Reverentia & honor Nobilibus deferendus, iisque splendidior vestitus, cultus domesticus & pompa in actibus solenni- oribus, nuptiis, baptisinate, funeribus &c. non invidenda. NOLD. *cap. 13. n. 60. seqq.*

XXXIV. Verum & hæc partim juris imperfecti (NOLDEN. *c. 13. n. 1. seqq. & n. 33.*) partim nobilibus cum aliis viris gravibus communia; NOLDEN. *d. l. n. 12. 15. 84. 93. 117.* partim non perpetua nec universalia; NOLDEN. *d. l. n. 10. 11. 19. 52. 68. 97.* partim plane falsa sunt; IDEM *n. 107. seqq. 115. 121.*

XXXV. Ita neque universalis & perpetua est immunitas a ve- stigalibus, de qua NOLDEN. *dict. Tract. c. 14. n. 37. seqq.*

XXXVI.

XXXVI. Pœnarum quoque genera, quæ acerbiores ignominiam inferunt, quantum ad nobiles, ut plurimum temperantur.

XXXVII. Ita loco fustigationis in plebejis statui solitæ, siquidem delictum tale sit, quod publicam tranquillitatem maxime turbat, manus amputatio dicitur. Quale quid in Baronem, qui in duellum provocatus adversarium ita vulneraverat, ut paulo post ex vulnere moreretur, postquam illud a Collegio Medico pro lethali non agnosceretur, statutum fuisse memini.

XXXVIII. Quod si vero delictum quietis publicæ rationem non adeo respiciat, loco corporis afflictivæ vel carcer diuturnior vel publicatio certæ partis bonorum decernitur.

XXXIX. Alii ita rem efferunt. Nobiles ut plurimum mitius puniri; vid. NOLDEN. *c. 15. n. 5. usque ad n. 9.* ibique allegatus COLLERS *P. 1. decis. 174. 176. 178.* & BERLICH. *P. 4. Concl. 33.*

XL. At rei veritate inspecta, non adeo mitigatio, quam commutatio pœnarum subest, indeque fateri cogitur NOLDEN. *d. l. n. 24.* mulctam in nobilibus ut plurimum graviores esse solere, quam in aliis.

XLI. Equidem apud Germanos priscos peculiarem & ignominiosam pœnam ordini nobilium irrogatam legimus, ut nempe canem scabiosum prioribus pedibus utraque manu apprehensis vicatim gestarent. Verum hoc non nisi ob atrociora delicta statutum est. *add. LEHMANN. Chron. Spir. Lib. V. c. 4.*

XLII. Nobiles, inconsulto Principe, torqueri non possunt, id quod ad Doctores quoque extenditur, atque ita hodieque pronunciari solet: *So ist er, jedoch mit Vorwissen und Einwilligung der hohen Landes, Fürstlichen Obrigkeit, dem Scharff. Richter dergestalt zu untergeben, daß ic.*

XLIII. Plebejus in mulctam condemnatus, si eam solvere non possit, tergum subsidiarium tenetur præbere; *add. HERT. Opusc. Tom. III. pag. 544. seqq. STAMM. de servit. person. Lib. I. Tit. I. §. 20.* quod quidem in Nobili non omnino cessat, interim proinde temperandum est. *Dissentit NOLDEN. c. 15. n. 58. seqq.* sed prævalent rationes, quas in medium affert MENKEN. *in dissert. de Tergo subsidiario, quæ in Volum. ab ipso edito, est in ordine tertia c. 2. tb. 15.*

XLIV. Privilegium, quod Nobiles ab æs alienum in carcerem conjici non possint, cessat tum in cambiis, tum fatentibus ipsis ejus assertoribus, si Nobiles bona sua decoxerint. Interim conclavibus commodioribus includuntur, vel manu militari custodiuntur, **es wird ihnen eine Wache gesetzt, vel etiam suæ promissioni relinquuntur, man lästet sie auf Parole bey den Jhrigen.**

XLV. At priora commoda aliis personis dignioribus cum ordine equestri communia sunt; posterius vero vix obtinet, nisi in causis militum, studiosorum, officialium militarium captivorum, nec non in controversiis civilibus, ubi pacto ita convenit, quo pertinent obstagia, infra in materia contractuum explicanda.

XLVI. Reliqua privilegia a NOLDENIO *cap. 16.* enumerata, vel specialibus capitibus a nobis tractanda, vel usu non recepta, ex parte etiam ridicula sunt.

XLVII. Insigne olim Nobilitatis privilegium erat, quod non nisi equestri ordini viri feudorum qua talium & juris feudalis capaces essent.

XLVIII. Ita Jus Feudale Alemannicum *c. 1. §. 2. in fin.* **Wer nicht von ritterlicher Art ist, dem soll auch Lehns-Recht mangeln. & ibid. §. 4. in pr.** Pfaffen, Weib, und Bauren, und alle die nicht Semper sind, und nicht von ritterlicher Art geböhren, die sollen alle Lehns-Recht mangeln.

XLIX. Conspirat cum Alemannico Jus Saxonicum (quorum utroque universa olim Germania regebatur) Lehn-Recht *c. 2.* Pfaffen und Frauen, Bauren und Kaufleute, und alle die nicht von Ritters-Art, vom Vater und vom Uelster-Vater sind, die sollen Lehn-Rechts darben.

L. Non tamen omnino prohibitum, ne feuda ipsis concedantur: ita enim *Jus Feudale Saxon. d. l.* **Welcher Herr doch dieser einem ein Guth leihet, von dem haben sie wohl Lehn-Recht an dem Guth, sie erben es aber nicht an ihre Kinder, denn sie darben selber der Folge an dem andern Herrn.**

LI. Pinguis adhuc ordinibus inferioribus prospicere videtur Jus Feudale Alemannicum *d. §. 4. in fin.* **Leihet der Herr aber dieser einem ein Guth, der hat so gut Recht daran, als der den sechsten Heer-**

Heerschild führet, und erbet die Lehn an seine Kinder. Verum hoc procul dubio juris novi assumentum est.

LII. Interim, cum hodie cuilibet libera sit feudorum acquisitio, id tamen ex jure prisco remansit, quod tales vasalli neque congregationi Nobilium in Comitibus Provincialibus interesse, neque parium Curiae (sicubi judicium parium adhuc receptum sit,) vicem gerere, neque testimonium dicere in causis equestribus possint.

LIII. Cum vero nimis quantum ordinem equestrem affligeret tantus feudorum in mercatores aliosque Burgenses quin & rusticos translatorum numerus; aliquoties Nobiles in Comitibus Provincialibus Saxonis huic gravamini magna animorum contentione institerunt, saltem in posterum ejusmodi alienationes impedituri; verum hucusque in cassum laborarunt.

LIV. Feliciores hac parte fuerunt equites Marchionatus superioris Lusatiae, qui postquam pactum de non alienandis feudis nobilibus in ordines inferiores anno 1619. iniissent, eius confirmationem, postquam id omnibus & singulis anno 1654. denuo probatum esset, demum a Serenissimo Electore Joh. Georgio II. gloriosissimae memoriae anno 1666. impetrarunt, per quod, prout habent verba germanica: Die Land-Lehn-und Erb-Güter in Verkaufung und Versezung derselben, allewege dem nächsten Mit-Belehnten und andern Geschlechts- und Wapens-Genossen, oder do derselben nicht vorhanden, oder sich des Vorkauffß begeben, andern ehrlichen Leuten Herren-Standes, oder vom Adel, aufordentliche vorgehende Annehmung ins Land angetragen, und kein Landsaß bey Verlust des halben Theils der Kauff-Summe (quæ fisco Principis applicanda est) iemanden anders als einem Vier-Schildigen Herren-Standes oder von Adel uhralten Geschlechts und Herkommens zu überlassen, zu versezen, oder quocunque titulo auf ihn zu transferiren befugt seyn soll.

CAP. III.

De

Nobilium officiis & ministeriis, atque inde enata distinctione des hohen und niedern Adels.

I.

Ingenuorum & servorum differentiam apud priscos Germanos in eo potissimum conspicuam fuisse, quod illi partem in negotiis reipublicæ fecerint, hi contra non nisi familiæ instrumenta fuerint, tum ex dictis *Cap. I.* tum ex iis, quæ **TACITVS** *de Moribus Germanor.* reliquit, satis certum est.

II. Ingenuos vero eosdem fuisse cum Nobilibus hodiernis, res ipsa docet, si, quæ supra dicto loco allata sunt, perpendantur.

III. Atque inde judicium ferri poterit de hypothese illustris **COCCEJI**, qua passim in *Jure Publico* aliisque scriptis utitur, officia duntaxat nobilitatem contulisse, ministeria reipublicæ quemadmodum dignitatem haud præbent, ita iis annexam nobilitatem non fuisse, sed ex singulari imperatorum gratia indulgeri consuevisse.

IV. Inde quoque dijudicanda est sententia **THOMASII**, generis nobilitatem dudum post tempora Carolina in Germania innotuisse.

V. Nempe officia reipublicæ non erant, nisi penes Nobiles; at nobilitatem non conferebant. Interim & ministeria publica non nisi nobilibus propria esse poterant, cum servi & liberti partem reipublicæ non facerent, neque armorum usu gauderent.

VI. Interim priscis temporibus officia reipublicæ nobilitatem superiorem ab inferiori separarunt. Illa duplicis ordinis erat, & distinguebat officiales in *Fürsten und Herren.* *add. COCCEJ. Jus Publ. c. 15. Sect. 1. p. 13.*

VII. Principes vel toti provinciæ præerant, vel parti ejusdem; illius generis erant Duces & Comites Palatini; hujus, Landgravii, Marchiones, Principes, Burggravii atque Comites Principalis dignitatis.

VIII. Domini erant vel Grafiones, iique varii generis, quatenus princi-

principalem dignitatem adepti non erant; vel Barones, quorum & hi nominibus multum, re ipsa parum discrepabant. Ita invenimus *Frey-Herren, Stab-Herren, Panner-Herren, Edele-Herren, Freye, Edele & simpliciter Herren.*

IX. Atque hactenus enumerati simpliciter dicebantur *Edele*, vocabulo, si etymologiam spectes, antiquitatem denotante. Videantur *HERTII Opuscula Tom. II. p. 475. §. 3. Scil.*

X. Quod ipsum simul documento esse potest, nobilitatem gentilitiam multo antiquiorem esse, quam vulgo creditur; & forte erroris occasio hæc est, quod cognomina gentilitia haud ita antiqua sint, cum olim nomina castrorum familias distinguerent, nisi quod paucissima cognomina, sed ut plurimum ludicra & per jocum usurpata, ex priscis temporibus observare liceat.

XI. Nobilitas inferior olim generali vocabulo *Manne* denotabatur: cumque ministerium prædiis feudalibus annexum vel equites præstarent vel pedites; inde videtur divisio in actis imperii publicis & recessibus ipsis frequentissima originem duxisse in *Ritter und Knechte.*

XII. Interim cum nobilitate ministerium militare ratione feudorum præstante non confundendi sunt ministeriales, de quibus *HERTIVS diff. de subject. territor. T. II. opusculor. p. 386. n. 11. & dissert. de homin. propriis Sect. 4. d. Tom. II. p. 176. sqq.*

XIII. Quemadmodum vero officia Principum, exceptis Archiofficiis Electorum Imperialibus, jam dudum cessarunt, atque in nomina dignitatum transferunt, quædam etiam noviter concedi desierunt, (puta Landgraviorum, Marchionum, Burggraviorum & similia) ita etiam ministeria varias mutationes experta sunt.

XIV. Nimirum nullos hodie superesse puto Nobiles, qui servitia militaria pedites præstant, secus ac olim, ubi in exercitibus Germanis plurimum roboris penes peditem erat. *vid. TACIT. de Mor. German. c. 6. Quemadmodum & ministeriales strictè dicti circa medium seculi XIV. desierunt, teste HERTIO d. l. T. 2. p. 181. n. 11.*

XV. Superest vero ex moribus Germaniæ antiquissimis, quod Nobiles juvenes ad arma gerenda & servitia militaria pedestria in-

eunda,

eunda, impacta alapa, ad equestria vero, dorso vel humeris gladio leviter verberatis, habiles declarati & quasi inaugurati fuerint.

XVI. Posterior ceremonia appellatur zum Ritter schlagen, de qua STRYK. *de jure sensuum* diff. 7. c. I. n. 53. seqq. Prior vero appellari consuevit Wehrhafft machen, quæ male ad manumissionem per vindictam refertur, STAMM. *de servit. person. L. 2. c. 4. §. 11.* cum potius admonitio esset permissæ ex more gentis defensionis privatæ, quam in rem adhibita fuit formula: *Leide diese und keine mehr*, vel ut alibi moris est: *Diese leide von mir und keine von keinem mehr*: quo ipso ex patria potestate dimissi censebantur. conf. TACIT. *de Mor. Germ. c. 13.* STRYK. *de jur. sens. d. l. n. 50. idemque Vol. 3. disp. 6. de alapa c. 3. n. 3.* conf. STAMM. *de servitut. person. L. 2. c. 4. §. 10.* TABOR. *in armamentar. Justin. Vol. I. tractatum pag. 460. seqq.* BEJER. *in Boëtio cap. 3. n. 124. & multis seqq.* Rem totam egregie illustrat *ordinatio provincialis Gothana P. II. Cap. 3. tit. 2.* Wir wollen, daß die unter uns gesessenen von Adel, wenn sie heran wachsen, und des Degens würdig werden, sich dessen nicht eigenmächtig anmassen, sondern alten, redlichen teutschen Sitten nach sich ordentlich wehrhafft erklären lassen, worbey ihnen denn jedesmahl lehrhaffte Ermahnungen, zu Übung Christlicher und Ritterlicher Tugenden, gethan werden sollen. vid. quæ infra dicentur *cap. 26. tb. 56. ibique in annotat.*

XVII. Sequiora vero tempora ordines equitum religiosos paulo pluribus ceremoniis inaugurandos pepererunt, ad quorum exemplum Reges tantum non omnes ordines seculares quoque invenerunt, de quibus alibi, eoque ipso ritus reliquos equites inaugurandi fere desit.

XVIII. Nihilominus Nobiles vasalli equites jure vocantur, quia servitia equestria præstant, utut neque nominato ordini adscripti, neque ejusmodi ceremoniis inaugurati sint. Quin & nomen hic illic retinuerunt. Nam collegia Nobilium ubique audiunt die Ritterschafft, & Nobiles Silesii singuli semper appellantur Ritter.

CAP. IV.

De

Jure Nobilium in subditos suos & sigillatim de jurisdictione patrimoniali.

I.

Fundamentum huic capiti præbent, quæ supra diximus *cap. I.* quæque habet **TACITVS**, *de mor. germ. c. 25.*

II. Nempe rusticis suis imperabant Nobiles non secus, ac patres fam. servis.

III. Hinc 1) eorum jurisdictio non aliud erat, nisi potestas domestica liticulas familiæ componendi, atque delicta domesticorum coercendi.

IV. Hinc 2) enatæ difficultates in jurisdictione patrimoniali, cum ea, quæ jure officii competit, conciliandæ.

V. Hinc 3) genuina origo denunciationum, *der Rügen*. Rustici enim, sive quis deliquisset, sive, quod debebat, non præstaret, id statim die & solenni domino denunciabant, ut ipse pro arbitrio ex bono & æquo decideret.

VI. Postquam vero rustici ad libertatem adspirarent, & domini multas nimium in modum extenderent, (qua de re peculiari scripto egit **AHASV. FRITSCHIVS**) obtinuit, ut harum rerum decisio ex collegio **JCtorum** expeteretur.

VII. Hinc forte etiam 4) dijudicanda erit controversia, utrum sub nomine *der Gerichte*, absolute posito, jurisdictio etiam criminalis veniat, de qua rationibus ejusdem fere ponderis in utramque sententiam deprehensis judicium meum suspendere malui *posit. feudal. 26. usque ad 32. c. 5.* Postea quæstionem affirmavi *posit. 49. ad ff. de jurisdictione.* & denuo contra **KNICHEN**. defendi in *Cent. Them. Ex. 3. th. 2.* Sed quantum ad principia decidendi mihi nondum satisfeci.

VIII. Dissidentium nonnulli urgent *l. 1. ff. de off. ejus, cui mand. est jurisd.* Verum nemo nescit, aliam esse interpretationem legis a superiore qua tali dictæ, aliam pacti inter dominum & vasallum initi; Jurisdictionem quoque, quæ apud Romanos extraordinaria erat,

C

hodie

hodie esse ordinariam, & criminalem, perinde ac civilem, jure feudi concedi posse.

IX. Id extra controversiam est, si quis emat feudum, cui hucusque jurisdictio non adhæsit, eam in literis investituræ, sub verbis: *mit denen Gerichten* non intelligi.

X. Verum magis dubium est: utrum vassallus in quasi possessione jurisdictionis criminalis defendendus sit, si titulo careat? in quo expendendo sollicitus est HERTIVS *in dissert. de quasi possidente probante tb. 8. & 9. opusc. T. III. p. 217. seqq.* Sed non omnia perfecit; alia enim est servitutum, alia jurisdictionis ratio, & jurisdictionem criminalem regalibus annumerari luculentius probandum erat.

XI. Hinc quinto dicendum foret, illustribus & nobiles etiam in filios suos, quamdiu pars familiæ paternæ sunt, jurisdictionem competere. Verum contrarium usu invaluit, quia liberi illustrium æqualis cum parentibus dignitatis esse videntur, NOLDEN, *de Statu Nobil. c. 16. tb. 6.* quæ quidem ratio cum moribus majorum nostrorum non satis convenit. TAC. *c. 13.*

XII. Hinc sexto jurisdictio patrimonialis etiam personis alias inhabilibus, literarum & doctrinæ juris expertibus, fœminis, infantibus & similibus competit, ac eodem modo, quo alia privatorum jura in commercium & patrimonium veniunt, præscribitur, venditur, locatur, oppignoratur, aliisque modis transfertur.

XIII. Hinc septimo omni prædio nobili regulariter cohæret & in dubio cohærere præsumitur jurisdictio, nisi forte prædium nobile ex fundis noviter cultis vel acquisitis coaluerit, vel divisione aliisque modis jurisdictio in alium translata, aut in fundos alienatos reventa, aut quis eadem propter abusum a Principe privatus sit.

XIV. Hisce modis irregularibus evenit, ut aliquando alius sit *der Gerichts-Herr*, alius *der Lehn-oder Erb-Zinß-Herr*. Quo casu ad hypothecam, in immobilibus subditorum constituendam, utriusque consensus requiritur *Ord. Proc. Sax. Tit. 26. S. Würde sich auch.*

XV. Ista patrimonialis jurisdictio, postquam rustici ex servitute maximam partem se explicuerunt, ad imitationem aliorum judiciorum exerceri consuevit *mit besetzter Gerichts-Banck*, constitu-

tis videlicet Sculteto & Scabinis duobus aut tribus. *Ord. Proc. Sax. Tit. 2. §. Also versehen wir.*

XVI. Cumque olim uno termino lites inchoarentur & discutere-
rentur, atque omnia viva voce sine scriptis ex bono & æquo mori-
busque patriis, tum nemini ignotis, agerentur atque deciderentur;
actuarii sive administratoris judicialis nemo indigebat.

XVII. At postquam Jus Romanum & Pontificium in vicos
quoque penetraret, ex jurisperitis constituendus erat, qui admini-
straret judicium, & actis conscribendis præesset, ein *Berichts-Ver-
walter* oder Actuarius.

XVIII. Hic juramento obstringitur de officio rite justeque fa-
ciendo, idque præsentibus subditis, alias quæ inter dominum juris-
dictionis & subditos ^{a)} aguntur, nullius momenti sunt, quatenus in
subditorum præjudicium vergunt; conf. *Ord. Proc. Sax. d. t. 2. §. ult.*

XIX. Atque is duplicem regulariter personam sustinet: Primo
directoris sive præfecti judicii, quatenus jus reddit, & actus jurisdi-
ctionis exercet; Secundo actuarii, quatenus gesta consignat, sive
acta conscribit. Prior functio modo plenius modo restrictius ipsi
committitur.

XX. Præter eum vero ad actus judiciales hodieque Scultetus,
ein *Heimbürge, Schulze* oder *Dorff-Richter*, requiritur, *Ord. Proc. Sax. tit. 2. §. Also versehen*, qui ratione officii jurejurando obstrin-
guntur, non vero præcise præsentibus subditis; *C A R P Z. Lib. I. Resp. 99.*

XXI. Eruditionem in administratore jurisdictionis patrimo-
nialis requiri, res ipsa docet. At specimina advocatis necessaria hic
non exiguntur.

XXII. Nec necesse est, ut ipse præcise Notarius sit, quod qui-
dem existimavit *CARPZ. in Proc. tit. 2. art. 4. n. 53. per Ord. Proc. Sax. d. tit. 2. §. ult.* Nimirum notarii vocabulum generale est, neque
solos ab Imperatore creatos denotat, verum & actuarios, quo no-

C 2

mine

a) Quin & ea, quæ subditi inter se agunt, oppugnari posse, nisi iis præsentibus
actuarius juramentum officii præstiterit, putat *BERGER. in Oeconom. Jur. Lib. IV. Tit. VI. Not. 5. pag. 950.*

mine etiam *decisio nov. Sax. 38.* utitur. At in criminalibus præsentia Notarii Publ. Cæs. absolute requiritur.

XXIII. Atque hæc actuarii præsentia simpliciter necessaria est, nec Nobilem cum Sculteto & Scabinis adesse sufficit in actibus jurisdictionis contentiosæ, ne quidem in mandato judiciali conficiendo. Sufficit vero in actibus jurisdictionis voluntariæ, excepta insinuatione testamentorum & donationum. *Decis. 39. noviss.*

XXIV. Officium præfecti horum judiciorum idem est, quod cujuscunque alius judicis, sigillatim vero 1) terminos dierum judicialium solennes diligenter observet, qui alibi annui, alibi semestres, alibi trimestres sunt, **das gewöhnliche Jahr, oder Quartals Gerichte.**

XXV. Eo die, quo quisque subditorum tenetur denunciare delicta aliaque, quibus universitati vel domino noceri potest, quod tamen plerisque in locis ad scultetum pertinet, alibi certi delatores, **Rügen-Meister**, constituuntur.

XXVI. Tum liberi censuales & jurisdictionales, die **Erb-Register**, quantum ad operas aliaque onera publica, nec non consuetudines vici, **den Dorffs-Gebrauch**, subditis præleguntur.

XXVII. Hoc judicium solenne sumtibus subditorum instruitur, qui dominum & judicii administratorem in locum judicii transvehunt, & modicum convivium præbent, **das Gerichts-Essen.**

XXVIII. 2) Ad limites districtus sui attendat, eosque sæpius, (quod alicubi quotannis fieri solet) cum Sculteto, Scabinis & subditorum liberis circummeat, id quod vocant die **Grängen-Beziehung**: quod tamen de solis limitibus pagos ab invicem discernentibus ^{b)} intelligo. *Vid. WEHNER. obs. pract. voc. Gränge.*

XXIX. Denique dimitti ejusmodi judicii præfectum pro arbitrio domini posse, nemo dubitat.

CAP. V.

^{b)} Neque enim huc pertinent limites prædia subditorum vel diversa territoria discernentes. Vnde **Schied-Steine** zwischen denen Unterthanen selbst unter einander; **Feld-Marken**, dadurch die Dörffer unterschieden werden; **Land-Steine**, da die Grängen eines Territorii bemercket werden, &c.

CAP. V.

De

Jure exigendi operas, von Frohn-Diensten.

I.

Operæ rusticorum dominis debitæ in Archiducatu Austriae & conterminis regionibus **Robwald**, etymo forte ex Polonia petito; in Bavaria & Palatinatu superiore **Scheerwerck**; (conf. *Jus Bavar. per tot. tit. 23.*) in Suevia, Hassia & Saxonia & adjacentibus ditionibus, **Frohn-Dienste** appellantur.

II. Nempe **Frohn** idem denotat, quod sanctum, prout vocabula **Frohn-Leichnam**, **Frohn-Faste**, i. e. jejunium sacrum 4. temporum, **Frohn-Feste** / i. e. custodia reorum publica peculiari sanctimonia munita, nec non **Frohn-Bothe**, atque hodie **Berichts-Frohn** & similia ostendunt.

III. Id etiam observandum, verbum **fröhnen** in Alsatia idem esse, quod in bona immittere, vel missionem impetrare, & **gefröhnet werden**, idem ac possessionibus a judice dejici, vel bonis cedere. **WEHN. obs. pract. voc. fröhnen.**

IV. Præstantur operæ vel manu solum, **Hand-Frohnen**, vel jumentis, **Pferde-oder Zug-Frohnen**.

V. Quippe agricolæ, quibus tantum ^{a)} agri a dominis concessum est, ut equos vel boves aratores alere possint, iisdem servire solent, & vocantur **Pförtner**, **Hüffner**, **Anspanner**.

VI. At, qui saltem hortum & casam possident, manuaras operas præstant, & vocantur **Hintersassen**, **Hindersiedler**, **Hintersattler**, it. **Häußler**, **Gärtner**, **Soldner**, **Cossäten**, vel **Cossaten**, & inde corrupte **Coth** (forte a casa dicti) **sassen.** ^{b)}

VII. Vtraque operarum species regulariter rem rusticam respicit, v.g. respectu der **Anspanner**, **pflügen**, **egen oder eichten**, **Geträidig und Heu einführen**, **Dinger auf den Acker bringen** & similia; respectu

C 3

^{a)} In Saxonia sufficit eine Hufe, in Hassia eine und eine halbe ad operas jumentorum.

^{b)} vocantur **Halb-Bauern**, die mit einem Pferde zusammen spannen.

respectu der Häußler, Geträidig schneiden, treschen, Heu und Grummet machen, Mist breiten, Kraut hacken, Holz schlagen, Wild treiben ic.

II. Excipitur casus reparandi vel extruendi castri dominici, Bau-Dienste zum Ritter-Siße, quæ servitia salvis reliquis præstanda sunt, sive ita convenerit, sive non, modo contrarium expresse non placuerit.

IX. Hoc de sola habitatione domini, vom Gebäude des Herren-Hauses, exclusis stabulis, horreis & similibus, licet castro vicinis, olim intellexit **CARPZ.** *Lib. 1. Resp. 51.*

X. Verum extensionem ad alia ædificia, auf die Hof- und Forwergs-Gebäude, sie mögen mit dem Ritter-Siße unter einem Dache begriffen seyn oder nicht, expresse sancivit **SERENISS.** *Decis. Sax. noviss. 33.*

XI. Sub hisce vero servitiis, unter denen Bau-Diensten, non comprehenduntur suffossio fundamenti struendi causa, das Grundgraben, expurgatio cellarum, Keller raumen, avectio ruderum, Schutt aufladen und wegführen, avectio lignorum infectorum, unausgewipffelter Stämme, ic. Schwellen, Seulen, Balcken, Ziegel-Sparr-Stämme, wenn sie noch nicht beschlagen ic.

XII. Denique requiritur, ne ex locis longe distitis advectio lignorum impetretur, verum ut quævis vectura uno die absolvatur. **DN. BERGER.** *in Resol. Lauterb. ad tit. de oper. libert. p. 688. seqq.*

XIII. Operæ rusticæ vel determinatæ sunt, vel indeterminatæ, quam divisionem interpretes implicant magis, quam ut explicent.

XIV. Scilicet hæ hominibus hodieque propriis, denen Leibeigenen, tribuendæ forent, quorum prædia & jumenta ad dominos spectant, unde dominum a nimia cumulatione propriæ jacturæ metus absterrebat, nisi enim rusticis tempus agros ipsis concessos colendi & facultas aliquem saltem quæstum faciendi permittatur, necessario futurum est, ut jumenta pereant, prædia inculta deteriora redantur, nec ipsi homines proprii habeant, unde victitent, itaque miseris alimenta, jumenta & frumentum agro conferendo necessarium præstanda forent, nisi eos diffugere & prædia inculta relinqui domini malint, idque hodie in Provinciis Meklenburgicis, Westphalicis aliisque usu venire videmus.

XV. At

XV. At ubi rusticis prædia & jumenta propria sunt, neque dominus ad aliquid præstandum in subsidium tenetur, ibi servitia indeterminata locum habere vix possunt.

XVI. Vnde est, quod alii operas indeterminatas, non a qualitate & licentia agendi sic dictas velint, sed ab objecto & modo, quod ad certum operarum genus certosve dies, fundos, ac personas non sint adstrictæ. D. BEYER. *ad Schulz. Synops. Inst. de his qui sui vel. al. jur. p. 60.*

XVII. Alii eas officio judicis & boni viri arbitrato determinari atque ad certum modum redigi debere contendunt: SCHVLZ. *d. l. p. 59.* CARPZ. *Lib. 1. Resp. 54.* Verum ita non manent operæ indeterminatæ.

XVIII. Eamque determinationem saltem ratione der Bau-
Frohnen, in terris Electoratus Saxonici sibi reservavit SERENISSI-
MVS *Constit. Sax. P. 2. C. 52.* ibi CARPZOV. *d. 4.*

XIX. Inde etiam est, quod ex usu recepto domini prædia sua fundis noviter coemtis amplificantes servitia indeterminata ad istos extendere nequeant. CARPZ. *Lib. 1. Resp. 55. c)*

XX. Operæ determinatæ neque in alias, quantumvis similes, converti; ERHARDVS *de oper. rust. concl. 7. lit. b.* neque de loco ad locum extendi possunt; STAMM. *de servit. personal. Lib. 2. c. 6. §. 4.*

XXI. Operæ quoque anno, quo debebantur, non exactæ, neque in annum sequentem rejici, neque in præstationes pecuniarias commutari possunt. CARPZ. *Lib. 1. Resp. 56. & 57.*

XXII. Vtrum durantibus operis victum dominus præstare teneatur, negat ERHARDVS *de oper. rust. concl. 26.* Distinguit SICHARD. quem allegavi *posit. ult. ff. de oper. libertor.* eumque sequitur STAMMVS *de servit. personal. Lib. 3. c. 21.* Verum res ex pactis & varia variorum locorum consuetudine dependet.

XXIII. Atque his notatis tuto caremus variis spinosis & ab usu fori alienis speculationibus atque decisionibus, quæ plerumque argumento ab operis libertorum Romanorum ducto originem debent. *vid. STAMM. de servit. pers. Lib. 3. c. 21. HVSANVS de hominibus propriis c. 6. n. 52. seqq.*

XXIV. Ad

c) Ungemessene, in Saxonia inferiori dicuntur unendliche Dienste, quod scilicet in arbitrio domini positæ sint hæ operæ.

XXIV. Ad excubias agendas regulariter rustici adstringendi non sunt, nisi periculum aliquod immineat. *Const. Sax. 51. P. 2.* ubi proluxe CARPZ. HVSANVS *d. 1. n. 96. seqq.* ERHARD. *de oper. rust. concl. 6. lit. b. & concl. 25. seqq.*

XXV. Operas non præsumi, sed probandas esse, usu invaluit, de qua probatione agit ERHARD. *d. Tract. conclus. 12. --- 17.*

CAP. VI.

De

Jure Nobilium exigendi præstationes patrimoniales.

I.

Præstationes rusticorum vel quotannis uniformes sunt, vel certis tantum casibus exigi possunt.

II. Pensitationes annuas, prisca Germanis consuetas, exprimit TACITVS: *Frumenti modum dominus aut pecoris aut vestis ut colono (scilicet fere ad modum colonorum Romanorum) injungit.*

III. Hodie præstatur vel certa pecuniæ quantitas, *Geld-Pacht* oder *Gülde*.

IV. Vel aliquot modii frumenti, *Korn Pächte, Zins, Hafer* &c.

V. Vel aliquot galli, gallinæve, *Rauch-Hüner*, ex quarum præstatione in dubio jurisdictionem criminalem præsumi volunt: quia enim gallinæ in altum evolant, ibique nidificant, vel noctu requiescunt, altitudinem juris per eas denotari plerisque videtur.

VI. Deinde gallinæ, ratione prædiorum præstitæ, inferunt præsumtionem laudemii, de eodem prædio præstandi, unde proverbium Germanorum: *Die Henne trägt das Angeloben auf dem Schwanz*; de quo HERTIVS *in paroem. Jur. German. Lib. 1. paroem. 19. tom. 3. Opusc. p. 427.*

VII. At gallinæ non respectu prædii sed personæ debitæ, *Leib-Hüner*, certum indicium præbent, præstantem esse hominem proprium, atque de his exaudiendum est proverbium germanicum: *Keine Henne fliegt über die Mauren*; qua de re infra.

VIII. Præstationes pecuniariæ, statò die non solutæ, olim per singulos

singulos dies duplicabantur, dummodo dominus solutionem in domo rustici exegisset. *Sächsisches Land-Recht Lib. 1. art. 54.* Wer seinen Zins zu rechter Zeit nicht giebet, zwiefach soll er ihn geben des andern Tages, und also alle Tage zwiefach, dieweil er den Zins inne behält. Also doch, daß ihn der Herr mit Recht erfolge, und den Zins zu seines Mannes Haus heische, denn der Mann ist nicht pflichtig, seinen Zins ausser seinem Hause zu geben.

IX. Vnde satis constare puto vocabulum *Rutscher-Zins* a) non peculiarem census speciem, sed casum censuum cujuscunque generis ob neglectam solutionem auctorum denotasse.

X. At postquam non sine dedecore *l. 2. §. 43. de O. J. jus*, in quo versabantur, ignorare cœperunt majores nostri, censum promobilem, *Rutscher-Zins*, pro specie peculiari & irregulari pensionum rusticarum habere cœperunt.

XI. Hinc opinio communis: rarum hodie esse pensionum promobilium genus, hic illic tamen adhuc observari. *vid. CARPZ. P. 2. C. 38. def. 25.* ibique subjuncta præjudicia.

XII. In Ducatu Brunsvicensi Juris Saxonici Provincia idem observatum, sed desuetudine magnam partem oblitteratum fuisse ostendunt, quæ habet *SCHOTTEL. de singular. & antiquis in Germ. Juribus c. 19. th. 6.*

XIII. Vocatur ibi *Meygassen* b) Zins, neque a censu promobili differt, nisi, quod in casu ibidem allegato ad ædes domini perferendus ibique exsolvendus fuerit.

XIV. Quam in rem rustici a JCtis consulendi fuerunt, qui hanc præstationem, den *Meyborgischen Zins* c) vocarunt, utroque nomine peritissimo linguæ germanicæ critico *SCHOTTELIO* haud satis perspecto.

XV. Quod si solvendo censui crescenti non sufficeret rusticus, e) *veltigio* ex fundo expellebatur, restituto pretio, quantum ipse

D

pro

a) i. e. der täglich fortrucket.

b) a vocabulo Saxonice inferioris *Gathen*, i. e. geben, & *Mey*, h. e. mehr; ita inverso *Meygathen* vel *Meygassen-Zins*. Mehr gebe Zins.

c) item a vocabulo antiquo German. *Borge mey*, i. e. mehr, inverso *Meyborge* vel *Mehrborge*.

pro fundo dederat, ex quo tamen ante omnia domino satisfieri debebat.

XVI. Hinc descendit Jus solidorum, das Schillings-Recht, in Luneburgicis & adjacentibus Provinciis usitatissimum, ubi rusticus prædium soluto unico solido acquirit. At ubi pravis moribus indulget, vel in exsolvendis præstationibus moras nectit, solido ad focum affixo statim migrare cogitur. Cujusmodi prædia Schilling-Güter, vel Schilling-Hauer *d*) vocantur.

XVII. Ad pensiones annuas etiam referendæ sunt decimæ, non qua ex jure canonico descendunt, sed quatenus ad mores Germanorum pertinent.

XVIII. Ut enim decimæ ordinis ecclesiastici inventum videntur, eas tamen in manus laicorum hic illic pervenisse certum est.

XIX. Quin & decimas dari, quæ instituto cleri aut imitationi legis Mosaicæ originem non debent, valde probabile est.

XX. Etenim in *jure Provinciali Saxonico Lib. 1. art. 2.* inter præstationes clero debitas nulla decimarum fit mentio.

XXI. Et decimæ, de quibus sollicitè & prolixè agit *Jus Provinciale Saxon. Lib. 2. art. 48.* pure seculares sunt, unde etiam *dicto Lib. 2. art. 58.* indifferenter *Behend, Zins und Pacht* conjunguntur.

XXII. Hinc forte non incongrue dici possit, omnes decimas in Saxonia, quousque olim ambitus ejus extensus fuit, in dubio pro secularibus haberi, quod in Ducatu Brunsvicensi comprobant duæ constitutiones A. 1564. & 1651. latæ, a SCHOTTELIO *de Germania juribus cap. 8.* ad verbum descriptæ.

XXIII. Ceterum in aliis Germani locis decimas ecclesiasticas in manus laicorum pervenisse non nego, & valde verosimilis est conjectura a CRANZIO allata, cum pontifices non satis confiderent Principes laicos illorum jura defensuros, partem decimarum Principibus reliquisse malentes dimidio carere, quam toto, atque hinc porro decimas in ministeriales seu nobiles hodiernos jure investituræ transisse.

XXIV. Dividuntur decimæ 1) in personales, prædiales & mixtas:

d) Hauer i. e. Methe.

mixtas: Personales quæstui mercatorio & prædæ ab hostibus captæ imponebantur, sed has nostra ætas ignorat.

XXV. Prædiales dantur ex fructibus agrorum, pratorum, hortorum atque sylvarum. e)

XXVI. Mixtæ penduntur ex pecore, pecude, volatilibus & apibus. f)

XXVII. 2) In majores & minores, grossen und kleinen Zehenden.

XXVIII. Majores ex frumento ejusque omni genere in substantia, minores ex glandibus, fructibus arborum in pecunia præstantur.

XXIX. Decimas animalium alii majoribus, alii minoribus annumerant, pro diversa locorum consuetudine.

XXX. Decimæ ex novalibus g) in dubio non parochis, sed domino seculari, dem Uiversal-Zehend-Herrn / cedere puto; quicquid contra disputet WEHNER in obs. pract. voc. Noval-Zehenden.

XXXI. Decimæ ex frumento in agris, ubi nascitur; ex animalibus vero in loco, ubi pernoctare solent, offerendæ sunt. Sächsisches Land-R. Lib. 2. art. 48.

XXXII. Quæ vero ibidem de supplemento numeri denario inferioris afferuntur, hodie non obtinent, sed quod superest, vel deficit, ad calculum sequentium annorum rejicitur.

XXXIII. Sequuntur præstationes certis tantummodo casibus debitæ, quarum potissima est, Jus succedendi domino competens, etiamsi rusticus liberos aliosve cognatos proximos reliquerit.

XXXIV. Quod jus alibi a domino exercetur, qui rustico ut plurimum in triente bonorum mobilium succedit, vid. STYMPFII Helvet. Chron. Lib. 4. c. 27. itemque in Sabaudia, Montisferato & Pedemontibus obtinere notat STAMM. de servit. person. Lib. 3. c. 22. n. 3.

XXXV. Alibi aut certa pecuniæ summa, ut in Suevia, teste CRVSIO Annal. Suevic. P. 3. Lib. 10. p. 575. vel aliquo animali aut exuviis redimitur.

D 2

XXXVI.

e) Getrãidig, Heu, Garten- und Holz-Zehende.

f) Fleisch- und Bienen-Zehende.

g) quæ ex agris novalibus solvuntur, aus neuen zugerichteten Aclern, das zu Zehende erst gemacht worden, entrichtet werden.

XXXVI. Ejusmodi exactio variis notatur nominibus, puta, mortuorum, *Tod-Fälle*, *Juris Caduci*, *Juris optimi Caballi*, *Haupt-Recht*, *Weidmahl*, *Budtheil*, (plerisque quasi *Beudtheil*) *Tode Hand*, (quia si nihil relinqueret subditus, in quo dominus succederet, dextra, aut ex mente *HER TI*, utraque manus mortuo amputata domino cedebat,) Et in Ducatu Brunsvicensi vicinisque provinciis *Baulebungs-Baulehnungs* five *Baudelings-Recht* (cujus etymologiam excutit *SCHOTTELIVS de Germania Juribus c. 2. §. 19. & 20.*) Denique *Röhrs-Recht*, jus optionis, quia domino optimum eligere licet, *Bläß*, quasi *Bläß* five *Verlassenschaft*, *conf. HER-TIVS de homin. propr. sect. 3. §. 13. opuscul. Tom. II p. 172. & seqq.*

XXXVII. Neque ad solos homines proprios hoc onus restringendum est. Idenim in *Hassia*, *Franconia* & multis *Saxoniae* locis, ubi liberiores sunt rustici, perinde optinet.

XXXVIII. Nimirum mortuo possessore, optimum equum, eove deficiente, bovem aut vaccam aut vestem optimam: mortua vero possessoris uxore alicubi optimam vaccam, alibi ex lectis, lintheaminibus, vestibus aut generaliter ex mobilibus ipsius optimum dominus præcipuum habet.

XXXIX. Apud Saxones olim præstabantur *des verstorbenen Mannes bestes Pferd und seine tägliche Kleider*, ob sie der Herr nehmen will. *Weichbild art. 50.* De foeminis vero defunctis certum quid ad dominum transmittentibus eo jure nihil, quod sciam, disponitur, unde in provinciis *Saxoniae inferioris* hereditatem foeminarum ab his præstationibus immunem esse, testatur *SCHOTTEL d. c. 2. §. 12. & 13.*

XL. Quin & hodie multis in locis hoc præcipuum modica pecunia semisse nimirum vel triente pretii redimitur, quod idiomate suo vocant, *das Haupt-Recht Ehedingen*.

XLI. Quod si egestate laboret defunctus, locum equi gallus gallinaceus, vaccæ vero gallina subintrat.

XLII. Huic affine jus est, quod in Ducatu Brunsvicensi ex certis prædiis magistratus defuncti bovem, pastor loci gallum gallinaceum, ædituus vero five ludi magister botulum, *eine Bradwurst*, accipiunt.

XLIII. Ne-

XLIII. Neque affine solum, sed unum idemque cum jure mortuorum videtur die *Chur-Wende* *b)* in Ducatu Juliacensi & Bergensi, nec non Archi-Episcopatu Coloniae, nisi quod alicubi dominus non optimum animal, sed proximum ab optimo accipiat.

XLIV. Quod vero nonnulli bona curmædialia ad classem feudorum referre malint, inde est, quia vident investituram mortuo possessore renovari, quod si recte concluderet, omnia prædia rustica feudalialia forent, *conf. WEHNER. Obs. Pract. voc. Curmeede.*

XLV. Juri mortuorum opponitur *das freye Recht*, sive immunitas a præstationibus hætenus dictis, cui ut plurimum onus decimæ partis ex bonis alienandis domino relinquendæ annexum est.

XLVI. Sequitur onus dotandi filias domini, die *Fräuleins-Steuer*, quam non vasalli solum aut alii subditi domino territoriali, sed & rustici alicubi domino nobili aut illustri mediato præstant, quale quid inter complures familias in Germania, Italia atque alibi observari testes sunt; *BOERIVS Dec. 126. n. 2. COEPPEN. P. 2. dec. 32. n. 18. idemque de se ipso refert GUIDO PAPA qu. 57. n. 3. conf. ERBERH. a WEYHE de Reg. subsidiis & oneribus subditor. c. 4. n. 13.*

XLVII. Quod vero hoc subsidium in Marchia *Orbede* vocari putet *COEPPEN. d.l.* in eo cum ipso non sentio, nisi vox *Orbede*, vel *Orwahr*, latius sumpta præstationem istam tanquam speciem sub se comprehendat, *conf. RHET. disp. de statu German. circa subditos c. 4. §. 10. in Vol. Disp. Jur. Publ. p. 255. & IDEM. pec. disput. de Orbeda*, ubi eam dictam autumat, quasi *erbitten* vel *erbethen*, quo significatu omnes collectas voluntarias sive subsidia charitativa *i)* comprehendere possumus, licet diffiteri non liceat, *Orbedam* in Marchia & Pomerania superstitem tributi ordinarii speciem esse.

XLIX. Neque obstat, quod, qui jure territoriali non gaudet, collectas imponere non possit.

XLIX. Semper enim excipiuntur a regula exceptiones, quæ ex

D 3

b) *Chur-Wende* duplex est, lebendige vel simplex.

1. Wenn der Herr das beste Vieh krieget.

2. Wenn der Herr das beste Gewand nimmt ex suppellectile.

i) Don gratuit, Courtesie-Gelder.

confue-

consuetudine vel pacto oriuntur, quæque aliquid spontanei sapiunt, *conf. STAMM. de servitut. pers. L. 3. c. 23. n. 8.*

L. Præstandum est hoc subsidium pro omnibus legitimis filiabus elocandis, sed pro quavis, non nisi semel; ad secundas enim nuptias transeunti dos semel constituta sufficere debet. Atque adeo carere possumus *argumento l. 89. §. 1. de V. S.*

LI. Idque exigere potest etiam frater nubentis defuncto patre, dummodo pater hunc eundem districtum possederit, *conf. PETR. FRIDERVS de Mandat. Lib. 2. c. 45.*

LII. Ad filii vero nuptias hæc præstatio extendenda non est, quia filius dotem non expendit, sed accipit.

LIII. Huic themati affine est, quod ex mente quorundam Nobiles subditis suis pro impetrata *k)* dignitate equestri collectam imponere possint, *vid. NOLDEN. de stat. Nobilit. c. 16. tb. 12.*

LIV. Verum hanc præstationem, quantum constat, Germania nostra ignorat, neque ea temere afferenda est, nisi forte dominis absoluta in bona hominum priorum potestas competat.

LV. Equidem non nescio dominum, cui ius territoriale competit, si dignitatis & titulorum splendorem augere velit, recte a subditis aliquid accipere & pro re nata exigere posse, quo vulgo refertur tributum Romanis jam tum frequentatum, quod aurum coronarium appellabant, nostroque idiomate *Cronen/Steuer* vocatur.

LVI. Verum hoc subsidium spontaneæ collectæ speciem refert, eundemque in modum cum Potentiss. Borussorum Rex coronam Augusto capiti imponeret, a provinciis benigne efflagitatum fuit. Formam rescripti ad regimina provinciarum Brandenburg. exhibet Dn. JOH. SAM. STRYCK. *in diff. de Auro Coronario c. 3. n. 71.* At, quid hæc ad ordinem Nobilium inferiorem?

LVII. Denique dominum opibus lapsum alere rusticos non teneri, contra quosdam evincit HVSANVS *de Hominibus propr. c. 6. n. 40. usque ad 46.*

k) imo pro impetranda.

CAP. VII.

De

Schriftfaffis & Ambtfaffis

Eaque occasione de Metrocomiis f. Præfecturis, von
Nembtern.

I.

HÆc divisio potissimum ordinem Nobilium respicit, & fere solis Electoris ac Ducum Saxoniae provinciis frequentatur.

II. Schrift/ oder Cansley/ Sassen, vel die auf Cansley/ Schrift sitzen, sunt, quibus Princeps immediate imperat, quique forum in cancellaria sortiuntur, Ambtlassen vero, qui præfectis sive toparchis subjiciuntur.

III. Nempe hæc subdivisio est *derer Land, Sassen*, de quibus **HERTIVS** *diff. de Subject. territor. §. 4. Opuscul. T. 2. p. 367. & seqq.*

IV. Neque ad castra solum & prædia hæc distinctio refertur, sed etiam ad personarum, qua talium, exemptionem extenditur. Ita urbes pleræque & collegia Senatum municipalium, ministri Principis, toparchæ f. quæstores, præfecti militares superiorum ordinum (de quibus **Dn. BERGER.** *Resol. p. 122.*) nec non Professores juris in Alma nostra, quia curiæ provincialis Assessores sunt, Schriftfaffis annumerantur.

V. Vsu valuisse hanc divisionem omnes asserunt, *vid. CASP. ZIEGLER ad Calvoli praxin. §. Schriftfaffii p. m. 206. sqq.* Sed quantum ad occasionem hujus originis variæ sunt sententiæ. Alii putant Nobiles quosdam prædia rustica sub præfecturis sita acquisivisse, & postmodum qualitati feudali subjecisse, ubi nulla jurisdictionis mutatione intercedente possessores isti sub præfectorum jurisdictione remanserint, quæ conjectura novissime placet **SCHILTERO** *T. 1. Ex. ad ff. in f. de Schriftfaff.* Verum tale quid de omnibus prædiis nobilitate velut ab ævo donatis dicendum foret.

VI. Alii: pristino ævo, quoties bellum ingruerat, Principes præfectorum opera nobiles suos ad servitia militaria evocasse, prout
videatur

videtur KNICHEN. *de Vestiturar. pactiōibus Lib. 2. c. 5. n. 6.* Verum hoc modo nihil obstat, quo minus omnes nobiles Ambtsassii forent, præsertim, cum etiam Schrifftassii certis metrocomiis supersint addicti.

VII. Itaque haud injuria neutra harum opininonum probatur B. LEYSERO *in diss. de Landsassis, Schrifftassis & Ambtsassis* anno 1664. habita & postmodum *T. III. Exerc. Juris Publ. ab Abasv. Fritschio collectarum inserta.*

VIII. Non prior, quia dum prædia rustica in feudum reciperet Princeps, æque facile jurisdictionem immediatam iis concedere poterat, neque enim interest Principis per cancellariam suam an per præfectos imperium summum in novos istos vasallos exequatur, cum & præfecti illud non suo sed Principis nomine exercent.

IX. Non posterior, quoniam a necessitate belli ea ad universam regiminis explicationem ac imprimis jurisdictionis civilis administrationem minus recte infertur.

X. Atque adeo neutra, utraque enim in Nobilibus aut vasallis æque locum habet, neque ad civitates congrue applicatur, quas tamen perinde in Schrifftassios & Amtassios dividi certum est, *conf. CARPZ. Proc. tit. 2. art. 2. n. 164.*

XI. Aliam itaque conjecturam ipse supra laudatus LEYSERS exponit, nimirum præsupponit (quod quidem hodie certum est, at olim aliter se habebat) Schrifftassiorum notam esse, si primam instantiam coram curiis provincialibus sortiantur, *Ord. Cur. Jud Vitemb. de 1550. Tit. Wer vor das Hof-Bericht möge geladen werden. & Ord. Cur. supreme Lips. de 1549. eod. tit. nec non Ord. Saxo-Coburg. P. 2. tit. 3. §. Wenn wir denn. & §. Es sollen.*

XII. Id ipsum vero inde fieri judicat, quia curiæ concurrentem cum cancellaria Principis habeant jurisdictionem, monente *CARPZ. Proc. tit. 2. art. 2. n. 98. & 163.* Id quod verissimum est, & *Ord. Appellat. CHRISTIANI II. Elect. Sax. tit. Wer vor unser Appellation-Berichte geladen s. desgleichen, weil ohne das ic. luculenter dispositum, salva tamen a curiis ad cancellariam appellatione, prout usus quotidianus ostendit.*

XIII. Inde infert: Schrifftassios esse vasallos domus Saxonicae
(i. e.

(i. e. ut ego intelligo, qui investituram ex cancellaria Principis accipiunt) at vafallos præfecturarum & qui feudi renovationem a præfectis & præfecturarum capitaneis obtinent, Amtfaffios vocari debere.

XIV. Neque obftare, quod in matricula curiæ Vitemberg. complures vafalli domus Saxon. inter Ambtfaffios reperiantur; paulatim enim anomalam observantia introductam fuiffe. At Schrifftfaffii quidam (præfertim civitates) bellicis aliisque calamitatibus attriti, a vicinis præfectis aliquandiu imperari sibi paffi sint, quos tamen Schrifftfaffios esse liquido constat.

XV. Atque hinc esse videtur, quod consensus in oppignorationem feudorum, quorum investitura ex cancellaria Principis requiri solet, a toparchis impertitus sæpe pro insufficienti habitus fuerit, licet vafalli oppignorantes ratione jurisdictionis inter Ambtfaffios referantur. *conf. CARPZ. Lib. IV. Resp. 30. n. 7.*

XVI. Quemadmodum & contra factum est, ut non multi nobiles Ambtfaffiati exempti sint & Schrifftfaffiis additi, quorum exempla affert SCHILTER, *diss. de Schrifftfaff. c. 3. quæ in novissima Exercitat. ad ff. Editione invenitur Tom. I. p. 475.*

XVII. Atque ob hanc anomalam aliud criterium quibusdam placuit, ut Nobiles utraque, alta nimirum & bassa jurisdictione gaudentes in dubio pro Schrifftfaffiis habendi sint. *add. SHILT. d. l. p. 478.*

XIIX. Scilicet Schrifftfaffios antiquos tales esse reperimus & ratione investituræ & jurisdictionis & comitiorum provincialium. Novi contra harum qualitatum una vel altera fruuntur.

XIX. Atque ex his etiam judicandum de quæstione: utrum quis in dubio pro Schrifftfaffio, an Ambtfaffio habendus sit? quorum posterius pluribus placuit, quod exemptio ab Ambtfaffiati & prærogativa Schrifftfaffiatus facti sit, atque adeo probanda.

XX. Diverfam sententiam sequuntur alii, quia Nobiles & civitates subditi Principis sint; Quod vero certæ præfecturæ fuerint addicti, id potius facti esse & probari debere.

XXI. Posterior hæc opinio ratione civitatum & collegiorum, quæ neque investituram petere solent, neque ad servitia equestria evocantur, merito retinetur, nec non ratione personarum supra *posit. 4.* enumeratarum.

XXII. Ratione vasallorum Nobilium vero criterium *pos. 13.* suppeditatum remque multo solidius decidens facit, ut utraque opinione paulo superius commemorata carere possimus.

XXIII. Quando vero LEYSERVS *loco supra alleg. §. 46.* asserit, semper pro eo præsumendum esse, qui fundatam in jure (scil. in ordinationibus & matriculis curiarum) intentionem habet, me nondum cum ipso sentire fateor.

XXIV. Vt enim taceam, matriculis istis nævum, qui vulgo aliis omnibus inhæret, etiam tribuendum esse, quod nimirum, quæ successu temporis mutantur, ibi diligenter annotata non sint: quamobrem etiam jam olim Serenissimus matriculæ curiæ Lipsiensis emendandæ spem fecit; id quoque imprimis urgeri potest, dudum ante fuisse *Schrieffassios*, quam curiæ Electorales Lipsiensis & Wittebergensis instituerentur.

XXV. Nimirum prima curiæ Wittebergicæ fundatio in tempora JOHANNIS *Electoris* gloriosiss. memoriæ & finem anni 1529. incidit. Curiam vero Lipsiensem ALBERTVS *Dux Saxonie* anno 1488. ex judiciis provincialibus Thuringorum, quod Eckartisburgi, & Misnensium, quod Dresdæ fuerat, conflavit. vid. PEIFERI *Origin. Lipsiens. Lib. II. §. 12. p. m. 156.* ubi prima ordinatio celebris hujus tribunalis per epitomen exhibetur.

XXVI. Licet vero hodie *Ambtassii* non minus ac *Schrieffassii* immediate Principi subsint; Princeps tamen diversimode jussa sua exponit, *Schrieffassii* nimirum, ut territorii Princeps per cancellariam suam, *Ambtassii*, ut præfecturæ dominus, per quæstores five præfectos.

XXVII. Vnde, qui hodie eleganter exprimuntur, *die auf sonderbahre Schrift der Churfl. Cansley sitzen*, antiquitus ii fuisse videntur, quibus tanquam honestioribus mandata Principis literis ex cancellaria datis, significabantur, cum eadem *Ambtassii* per præfectos exponerentur. Hinc in *Ordinat. Provinc. El. Saxon. de anno 1482.* ita circumscribuntur: *Allen Prælaten, Grafen / Herren, der Ritterschafft, den Städten und unsern Ambtleuten, als das Herkommen, und denen wir in andern Sachen zu schreiben pflegen.*

XXIX. Mandata ista primitus servitia militaria aliaque fidelitatis

litatis & reverentiæ concernebant, unde majores nostri Ambtfaffios definiebant: Die in das Ambt dienen, Ritter-Dienste leisten, eine gewisse Anzahl Pferde unter des Ambts Führung ins Heerlager stellen.

XXIX. Schrifftfaffiorum commodo curias Electorales duas institutas fuisse ex dictis constat: quarum altera Wittebergensis in solos circuli Electoralis; altera Lipsiensis in omnes reliquorum circulo-
rum Schrifftfaffios jurisdictionem exercet.

XXX. Quin & omnium reliquorum subditorum, qui ratione jurisdictionis vel Senatibus oppidanis vel vasallis Nobilibus subsunt, disceptationes judiciales per modum appellationis aut querelæ denegatæ vel protractæ iustitiæ ad curias devolvuntur, vel etiam ob causæ continentiam, aut in reconventionem ibidem inchoantur.

XXXI. Nisi si quis privilegio, ne in curia comparere teneatur, munitus sit, quale quid de Senatu Schneebergensi refert ZIEGLER. *ad Calvoli Praxin. §. Schrifftfaffii Concl. 2. n. 9.* Simile privilegium Academia Lipsiensis ejusque Professores respectu curiæ Lipsiensis nostra ætate obtinuerunt.

XXXII. Ex jam dictis recte inferunt ZIEGLER. atque alii, in possessorio summarissimo inhibitiones pœnales contra eos, qui curiæ immediate non subsunt, decerni non posse.

XXXIII. Etenim processus inhibitionum in solis curiis obtinet; *conf. CARPZ. de Inbib. in Vol. diff. fol. 170. sqq.* eumque in præfecturis permittendum non esse judicavit *Facultas Wittebergensis M. August. 1679. an Dietrich Schicken zu Queß*, adversus præfectum Bitterfeldensem, qui processum inhibitionis in præfectura sua per observantiam invaluisse contendebat: huic enim sequentes opponebant rationes: Dennoch aber und dieweil solche Inhibitions-Processe eigentlich vor die Hoff. Berichte gehören, und daselbst vermöge fundiger Rechte, anders nicht, als collegialiter und mit grosser Bescheidenheit decretiret werden sollen; hingegen denen Ambt-Schöffern dergleichen nirgend zugelassen, auch weil sie einzelne Richter seyn, nicht füglich zugelassen werden kan, vielmehr ihnen in wichtigen Sachen selbst zu erkennen verbothen: So erscheinet hier:

aus so viel, daß der von ermeldetem Ambt-Schöffer vorgenommene Inhibitions-Process zu Recht nicht beständig.

XXXIV. Ceterum quæ singularia ratione curiarum occurrunt, hujus loci non sunt, nisi forte huc referas, quod Senatus Lipsiensis per privilegium obtinuerit, ne civisejus urbis, Senatu haud requisito, a curia citari possint.

XXXV. Olim & hoc obtinebat singulare, quod actor Ambtsassius, licet immobilia quam plurima passideret, in curiis tamen cautionem pro reconventionem & expensis præstare coactus fuerit, secus ac Schrifftassius, quam differentiam ex *Const. Sax. 5. P. 1.* elicebant, ubi *vid. MOLLERVS n. 14. sqq. SCHVLTES. P. 1. obs 22. KNICHEN. de Paction. Vestiturar. P. 2. c. 5. n. 13. ZIEGL. ad Calvoli Prax. §. Schrifftassii Concl. 2. WEHNER. Obs. Pract. Voce Ambtsassen.*

XXXVI. Verum ea differentia per *Ordin. Proc. Sax. tit. 5. von Vorstand*, expresse sublata est.

XXXVII. Ceterum Ambtsassii ut plurimum & regulariter jurisdictione criminali destituuntur, quam in prædiis eorum præfecti sibi vindicant.

XXXVIII. Quin & in civitatibus Schrifftassicis eam jurisdictionis speciem præfecto sæpe competere constat. Vtrum vero in iis jurisdictione etiam civilis ad præfectum pertinere possit, dubitatur.

XXXIX. Non videtur, tum, quia jurisdictione civilis jus municipii necessario consequitur, tum, quia Schrifftassiatum prærogativa & omnigenæ jurisdictionis ad præfecturam rejectio simul stare vix possunt.

XL. Interim teste LEYSERO *de Landsassus tb. ult. municipiorum* quorundam usus & hoc admisit, quam in rem allegari solet *Ord. Curia Witteberg. tit. Wer vor das Hoff-Bericht geladen werden möge, verhis wie in Städten gesezet.*

XLI. Superest, ut de origine & indole præfecturarum dispiciamus. Illam ita exponit LEYSERVS *d. l. tb. 47.* Videntur, qui apud veteres Germanos comitatus erant, pluribus deinde comitatibus in principatum unitis, magnam partem in præfecturas mutati esse; neque enim prorsus a vero aliena sunt, quæ de XII. comitati-

mitatibus olim ad Ducatum unum conſtituendum requiſitis vulgo feruntur.

XLII. Elegans hæc conjeſtura accuratius forte ita exponitur: Erant apud priſcos Germanos duplicis generis iudices, Comes, qui ſuperiori, & Scultetus vel Scultafius, *Schultheiß*, qui inferiori iurisdictioni præerat.

XLIII. Legimus quoque de Ammannis, iisque vel ſuperioribus, qui Comitibus æquiparati, vel inferioribus, qui iidem cum Scultetis fuiſſe videntur.

XLIV. Cum enim Comitum nonnulli jus hereditarium & latioreſi ſibi poteſtatem arrogarent, ne res in exemplum traheretur, titulo Comitum in Ducatibus paulatim abolito, poteſtas ejus vicario ſeu Ammanno cedebat.

XLV. Semper enim Scultetus ſeu Ammannus a Comite proximus & vicarius fuit civitatis, eoque vel propter alia rei publicæ negotia vel ob adverſam valetudinem abſente, ille mallo ^{a)} præſedit. *conf. BRUMMER de Scabin. c. 4. §. 2. uſque ad 7.*

XLVI. Atque hinc factum eſt, ut comitatus nomen *Ambt- bacht*, *Ambtbath* & contracte *Ambt*, Ammanni vero *Ambacht- mann*, vel *Ambtmann*, ſortirentur, voce Celtica, quæ ministerialem denotat, in ſubſidium vocata. *vid. du FRESNE Gloſſar. mediæ & infimæ latinitatis voce Ambachtus & voce Amman. WEHNER. obſ. præſ. voce Amman.*

XLVII. Inde etiam eſſe videtur, quod hodieque præfecturæ quædam in alias minores *Bogteyen oder Unterämter*, ſubdividuntur. *SECKEND. de ſtat. Princip. P. I. c. 2.*

XLVIII. Hinc quoque patet, non ſatis certam eſſe *illuſtris STRYKII* conjeſturam, qui in *cautel. contract. Sect. 2. c. 9. §. 32.* vocem *Ambtmann* ab Ammodiatore derivatam putat.

XLIX. Ammodiatio quidem ad præfecturas refertur; verum & in aliis privatorum prædiis, quibus varii generis jura adhærent, vel unde varia commoda percipiuntur, locum invenit.

L. Neque hæc vox conceptum *derer Ambtleute* exhaurit:

^{a)} Mallus erat locus iudicii. Derivatur a Germanico *Wahl*, ſigno.

Ammodiator enim fructus & reliqua commoda sibi; Præfectus omnia Domino acquirit. *conf.* STRYK. *d. l. §. 32. & seqq.* & TABOR *diss. singul. Vol. I. Tractat. p. 657. & seqq.*

Ll. Officium præfectorum non solum in administranda justitia, sed vel maxime in œconomia regenda rationibusque reddendis consistit. Quæ ex parte cognoscuntur ex sciagraphia, quam exhibet WEHNER. *in obs. pract. voc. Amts-Bücher edit. noviss. p. 15. seqq.* it. SFCKEND. *in addit. des Teutschen Fürsten Staats, ad cap. 2. §. 5.* plenius vero ex codicillis, quibus officium hoc defertur, aus denen Amtmanns-Bestellungen, qualem idem autor exhibet in *alleg. tract. p. m. 828. usque 844.*

LII. Vno verbo: præfectus nihil aliud est quam administrator œconomiae & justitiæ, quales in castris Nobilium deprehenduntur, nisi quod functiones ejus multo ampliores sint. Interim majus & minus non variant speciem.

LIII. Atque ex his patet, quæstoris nomen non adeo inconvenienter huc applicari, certe convenientius, quam nomen toparchæ, quod Principem ditionis significat.

LIV. Præfectus enim Princeps non est, imo Princeps ipse, non qua Princeps, sed cum primis als Erb- und Gerichts-Herr, Amtsfassis imperat.

LV. Vnde prudenter SECKENDORFIVS *in addit. ad cap. 2. §. 3. des Fürsten Staats* expensis præfecturarum incommodis judicat, præstare forte, si Principes abdicatis ejusmodi œkonomiis particularibus ex solis redditibus publicis viverent. Quod tamen consilium Principibus, quibus amplior ex copia provinciarum potentia est, convenire videtur.

LVI. Extraordinarium vero præfecti officium etiam ad Schriftfassios extenditur, qui proinde certis præfecturis salva libertate sua annumerantur, neque præfecto, nisi tanquam commissario principis ad singula negotia constituto, obsequuntur. *conf.* SCHILTER. *de Schriftfassis loco supra alleg.*

CAP. VIII.

De

Diætiſ ſeu conventibus provincialibus, von Land-
Tägen, a)

I.

Quemadmodum jus comparendi in conventibus provincia-
libus inter potiffimas Schrifftaffiorum (quatenus ut ſin-
guli confiderantur) prærogativas merito refertur: ita com-
paritio in iisdem, non ſola ad eosdem citatio ſubjectionem probat.
ZIEGLER. *ad Calvol. Prax. §. Landſaffii Concl. I. n. 139. ſq.*

II. Nempe in univerſis fere Germaniæ principatibus & terri-
toriis, quæ a ſtatibus hereditario jure reguntur, moris fuit, ut de
præcipuis reipublicæ negotiis cum civibus deliberarent. HERTIVS
*in differt. de conſultation. legibus & judiciis in ſpecialibus Rom. Germ. Impe-
rii rebus publicis §. 3. uſque ad 11. Tom. II. opuſc. p. 409. & ſeqq.*

III. Diverſa vero eſt pro diverſitate amplitudinis juris territo-
rialis horum conventuum materia.

IV. Alibi ad indictionem belli, pactionem fœderum, impoſi-
tionem tributorum, aliaque ſummam reipubl. concernentia, votis
Landſaffiorum deciſivis dominus territorii indiget.

V. Alibi fere de ſolis ſubſidiis pecuniariis & modo collectandi
diſquiritur, b) reliqua ſtatibus indicantur, non ut deſuper conſul-
tent, ſed ne, quid agatur, ignorent.

VI. Sunt etiam multi Principes, qui, quod hiſce conventibus
juri ſuo eminenti derogari putent, modum collectandi perpetuum
& uniformem invenerunt. Quale quid in Palatinatu, Electoratu
Brandenburgico, quin etiam in regnis maximis paulatim introdu-
ctum eſſe experientia teſtatur.

VII. Abſque convocatione coire ſtatibus, excepto præſentiffi-
mi & irreparabilis periculi caſu, non licet. Convocat vero, qui ſu-
perioritate territoriali gaudet. *vid. HERTIVS d. l. §. 6.*

VIII. Con-

a) Confer. Weckens Beſchreibung der Stadt Dresden.

b) Ut ſubditi eo libentius & ſine murmure jugum ferant. Die Leute geben
es williger, wenn ſie darein gewilliget.

VIII. Convocantur subditi eminentiores, qui Aristotelico conceptu cives dici possunt. In Saxonia vocantur **Präläten, Grafen, Ritterschafft und Städte**, ubi Prælatorum nomine etiam utraque Academia Lipsiensis & Wittebergensis venit, quæ hucusque prærogativam præ Comitibus strenue defenderunt.

IX. Ex his potiores dicuntur **der Ausschuß**, qui in **den engern und weitem Ausschuß** subdividuntur.

X. Quemadmodum vero hoc de Prælatis & Comitibus dici nequit: ita Nobiles zum Ausschuß consensu Principis ab ipso collegio des Ausschusses eliguntur. Civitates des engern und weitem Ausschusses enumerantur in *Dn. HORNII Jure publ. c. 63.* ubi omnia, quæ hic dicere animus erat, jam dicta mihi que otia facta reperio. Addatur *HERTIVS supr. alleg.* ex quo, quæ quis deesse putare posset, facile supplebuntur.

CAP. IX.

De

Jure natalium ingenuorum. Von denen Ahnen.

I.

UXorem radiis mariti corruscare, neque ipsius originem dignitati prolis addere quicquam vel detrahere, ex jure Romano certum est. *l. 8. § 12. ff. de Senator.*

II. Cui hypothesi conveniens est, quod ubique circumfertur, quantum ad statum libertatis, partum æstimari ex ventre, quantum vero ad status reliquos & dignitatis prærogativam, ex patre, qui in potestate habet. *conf. NOLDEN. de statu nobil. civil. c. 11. p. m. 260. sqq.*

III. Quia vero præter Nobiles nulli in Germania erant ingenui, mirari non debemus, cur etiam ex parte matris nobilitas, id est, status ingenuitatis requiretur.

IV. Cumque urbibus extructis inferioris (plebejæ) conditionis homines ex opum affluentia potentiam & auctoritatem aucuparentur, nobiliumque matrimonia ambirent, homines priscae ingenuitatis, ne novi in ipsorum consortium se ingerent, iisque emolumenta præriperent, sedulo semper caverunt.

V. Cer-

V. Certum itaque numerum majorum ex utroque latere per continuas generationes nobilium requirebant, ut quis pro nobili genuino haberetur, & antiquæ nobilitatis privilegiis frueretur.

VI. Interim frustra disputabant juris Romani Dd. utrum statuta genus quoque maternum ad nobilitatem requirementia in rebus publicis recipi possent, id quod BARTOLVS cum quibusdam ipsi succinentibus contra usum per totam Europam manifestum impudenter negabant.

VII. Numerus iste majorum alibi ad quatuor, alibi ad octo, aliquando ad sedecim personas adstringitur. Es muß einer seine vier, acht, oder sechzehn Ahnen beweisen.

VIII. Ahn enim, primitivum linguæ Germanicæ vocabulum, aliquem ex majoribus denotat, teste SCHOTTELIO von der teutschen Haupt-Sprache, Lib. 5. tract. 6. in Lexico Etymolog. primitivor. conf. Jus Provinciale Württenb. in Tab. ad pr. P. IV. & dicta P. IV. tit. 19. ubi inflexa successu temporis voce avus Ahni, avia vero Ahna vocatur.

IX. Computatio recepta hæc est, ut majores ejusdem saltem gradus connumerentur, dummodo nemo eorum, qui propiores sunt, nobilitate exciderit.

X. Atque adeo zu 16. Ahnen requiritur nobilitas illibata per quatuor gradus; zu 8. Ahnen a) per tres; zu 4. Ahnen vero per duas generationes sufficit.

XI. Alii solas scæminas ascendentes computant; verum iis obstat, quod numerum rotundum, quantus quidem statutis & moribus requiritur, nunquam in certo graduum genere reperiunt.

XII. Obstant etiam verba sanctionum publicarum huc pertinentium, daß einer von Vater und Mutter, und der selben Groß- und Uelster-Vater, auch Groß- und Uelster Mutter von Alters her ererbten Helm und Schild aufzulegen habe.

XIII. Usus hujus requisiti conspicitur in collegiis capitularium Canonorum ecclesiasticis superioribus, bey denen Canonicis auf hohen Stifftern, quorum scilicet præsul vel Episcopus inter status imperii refertur. vid. NOLDEN. de statu Nobil. c. 11. n. 28.

XIV. Ita in primatu Argentinensi in Canonorum numero

F

merum

a) Zu acht Ahnen vocantur Stifftmäßig.

merum non cooptatur, nisi qui fidem profapiae illustris (sive ex nobilitate superiori) legitima 32. majorum demonstratione facere possit. Addatur BECKMANNI *Syntagm. dignitat. illustr. dissert. 14. c. 2. §. 10. in fine.*

XV. Itidem usus hujus requisiti sese exerit in ordine equestri S. Johannis, ubi necessaria est demonstratio nobilitatis per tres gradus continuatae, 8. Ahnen.

XVI. Porro in ludis equestribus, bey denen Tourniren, nec non in jure & judicio equestri Silesiae. NOLDEN. *dict. loc. num. 31. usque ad 37.* BECKMANN. *d. §. 10. add. SALMVTH. de matr. principis cum virgine nobili p. m. 162.*

XVII. Ita in Polonia ex utroque latere nobilitatem deduci, nec non in Hispania idem, quoties alicui castrum & fortalitium commendandum est, requiri, teste MATTHIA STEPHAN. *de nobilitate c. 5. n. 108. seqq.* quemadmodum & in Hispania ad ordinem militarem non, nisi sanguine avi aviaeque paternae & maternae nobiles admitti autor est BECKMANN. *d. l.*

XVIII. Ita in Saxonia ordo equestris ad consultationes in comitiis provincialibus neminem admittit, nisi qui 16. Ahnen probare possit. *Dn. D. HORNIVS in Jur. Prud. publ. c. LXIII. §. 3.*

XIX. Et olim Jure Sax. communi, Land-Recht *Lib. 3. art. 29.* musste ein Schöppenbar Frey-Mann sein Handmahl beweisen, und seine 4. Ahnen benennen, wenn er einen seiner Genossen kämpflichen ansprechen wolte.

XX. Ita eodem Jure Saxon. Provinciali communi *Lib. 3. art. 72. seqq.* disponitur: das ehrliche und freygebohrne Kind behält seines Waters Heer-Schild, und nimmt auch sein Erbe, und der Mutter also wohl, ob es ihr ebenbürtig ist 2c. Nimmt ein Schöppenbar Frey-Mann eine Bauer-Gültin, die Kinder sind ihr nicht ebenbürtig 2c. b) de quo infra in materia successionis hereditariae pluribus agetur.

b) OCKEL. *de prescript. immemor. c. 2. §. 11.*

CAP. X.

De

Jure clypeorum, galearum, vexillorum & insignium.

I.

Germani primum partim nudi pugnabant, partim pelle alicujus feræ tecti.

II. Et ita quidem, ut totam pellem, quæ caput feræ contexerat, capiti suo imponerent cum dentibus, atque superior pars rictus sive hiatus integra primorem frontem ac tempora; inferior fissa aures ac posteriores maxillas contegeret; reliqua pellis humeros ac tergum velabat, quam inter pugnandum lævo brachio obvolvabant. Cujusmodi figuras PHILIPPVS CLVVERIVS *Germania antiqua Lib. I. ad fin. cap. 44.* depictas exhibet.

III. Ceterum paulatim inter primates invaluit, indeque ad inferiores ordines descendit mos caput galea coriacea vel casside ferrea tegendi. *a)*

IV. Galeam vel cassidem ornabant cristæ pennatæ & aliquando effigiata ferarum capita, imposita cornua, alæ aquilarum & id genus alia.

V. Accedebant loricæ & postmodum thoraces, demum integer amictus ferreus.

VI. Scuta ab initio oblonga, quæ altitudinem & latitudinem viri implebant, eaque vel ex fimine texta, vel ex tabulis ligneis aut arborum corticibus confecta.

VII. Ea lectissimis coloribus ab invicem distincta per certa spatia, laterculos vel rhombos, item virgas seu trabes: qua de re auctores Heraldices & figuræ, ex antiquitate hodiernum superstites, consuli merentur.

VIII. Atque hinc cognoscimus originem & indolem insignium, deret *Wapen*, ut vulgo vocantur, proprie enim *Wapen*, hodie *Waffen*, arma dicuntur, quæ clypeo sive scuto & galea non minus ac telis & gladio absolvebantur, insignia vero galeæ affixa, & in scuto depicta deprehendere licet.

F 2

IX. At-

a) HAGGENBERGII Germania media in 410.

IX. Atque horum insignium gentilitiorum severa semper & religiosa cum primis apud Germanos fuit custodia, ut quicquam circa eam mutare dedecus & nefas, aliena vero usurpare summa injuria habeatur.

X. Ita etiamnum in Germania nostra, si quis plebejus vel burgensis nobilitatis insigne usurpare conetur, cuivis nobili, id quocunque in loco pictum fictumve conspicienti, deturbare, confringere, pedibusque conculcare fas esse creditur.

XI. Clypei nobilium inferiorum non aliis, quam quæ supra Pos. VII. commemoravimus, insigniis conspici fuerunt, unde hodieque antiquissima & maxime genuina ea putantur, quæ omnium sunt simplicissima.

XII. Integræ vero nationes augustiora animalium, qualia Germania fovet, puta equorum, taurorum, urforum, cervorum, luporum &c. signa in scutis ostentabant, quæ tamen non nisi a Principibus civitatum & Ducibus exercituum usurpabantur.

XIII. Posterioribus seculis effigies animalium pedetentim inferiorum quoque nobilium scutis inferi cœperunt ipsorum Principum indulgentia, qui suorum insignium usum, coloribus tantum mutatis, huic vel illi nobili permittebant.

XIV. Ne vero nimis hic evanesceret Principum præ eminentia, non integrum animal sed dimidia pars anterior caputve aut pes exprimebatur.

XV. Paulo post tamen & integrorum animalium imagines nobilibus concedebantur.

XVI. Hodiernam Neo-Nobilium, ex infima sæpe plebe ad hunc statum adspirantium, in excogitandis insigniis vanitatem eleganter describit CLVVERIVS in *Germ. antiq. Lib. I. cap. 44. p. m. 292. in fin.* cui jungi merentur, quæ in *Apologia JOHANN. REINHOLDI de PATKVL*, quam *Echo* inscripsit, habentur §. 14.

XVII. Hodierna itaque insignia, in latiori significato sumpta, & germanicæ *Wapen / Schild und Helm* dicta, comprehendunt 1) scutum seu campum, *das Feld*, cui insignia inhærent, 2) emblemata, figuras & colores scuto adhærentes, 3) galeam seu cassidem, 4) *Klenodia* galeæ imposita, 5) ea, quæ scutum & universa insignia sustinent.

XVIII.

XVIII. De scuto ejusque figuris & ornamentis præter superius dicta plura monere ad rem præsentem non attinet, quod enim hodie non amplius quadrata oblonga, sed frequentius oblonge rotunda, aut ad eam figuram declinantia sint, cuius figuras, commentariis heraldicis impressas, inspicienti ad oculum patet.

XIX. Galea nobilibus aperta seu clatrata, quam perforatam vulgo vocant, ein offener oder Turnier-Helm, tribuitur, quam tamen ii, qui genere nobilibus hodie certo modo æquiparantur, Consiliarii Principum, Doctores, Licentiati, urbium primariarum consules, & senatores ex observantia obtinuerunt, & notarii, mercatores, publicani, & nescio quis, dummodo opibus abundet, inepte & ridicule usurpant. *b)*

XX. De Klenodiis sive ornamentis galearum agit LIMNÆVS de Jure publ. Lib. 6. c. 6. n. 73. sqq. atque de telamonibus sive sustentaculis clypeorum IDEM. d. l. n. 101. sqq. denique de usu insignium vario *ibid.* n. 106.

XXI. Ceterum ideam universi nobilium ordinis ejusque distinctionis in superiorem & inferiorem suppeditat doctrina de Heerschildis seu clypeis militaribus.

XXII. Horum septem numerat *Jus Feudale Alemannicum cap. I.* quorum 1) Regi Romanorum, 2) Principibus ecclesiasticis, 3) Principibus laicis, 4) dominis liberis, 5) dominis mediæ libertatis, 6) ministerialibus, 7) denen semper Leuten tribuitur.

XXIII. Atque imprimis de septimo clypeo dubitatur, utrum jure feudi (scilicet nobilis) gaudeat nec ne? quamvis comparatio, a septem mundi ætatibus desumpta, non multum ad rem faciat.

XXIV. Plura notatu digna hic observat SCHILTER. in *Commentar. §. 2. seqq. v. 9.* Heerschildos non constituisse dignitates feudales. Rex Romanorum enim, cui primus clypeus tribuitur, a nemini feudum accipit, sed esse ordinem universæ nobilitatis, quæ olim apud Germanos ex sola fortitudine bellica oriebatur, ejusque signo, clypeo scilicet denotabatur. Quemadmodum etiam §. 4. usque ad 11. de origine clypei Principum ecclesiasticorum erudite differit.

F 3

XXV.

b) Offene ungeschlossene Helme oder Turnier- und Stech-Helme. Limnæus Pater Publicistarum.

XXV. Porro §. 12. refutat *Glossam germanicam Spec. Sax. Lib. 1. art. 3.* per Principes laicos eos saltem intelligentem, qui feuda a Principibus ecclesiasticis tenent, & pro ejus seculi superstitione clericos laicis præhabitos fuisse monet.

XXVI. Per dominos liberos, clypeo quarto gaudentes, **SCHILTERVS** intelligit Comites immediatos, quia eo tempore nomen Comitum nondum tanti habebatur, ut præeminentia Comitum immediatorum eo exhauriri crederetur.

XXVII. Per liberos mediatos sive **Mittel-Freyen**, intelligit Barones, hodie die **Frey-Herrn**, qui etiam semper **Freyen**, (id est **Sent-paar Freyen**) vel **Schöppenbar Freyen**, dicti fuerunt, & hos quidem immediatos. *c)*

XXVIII. Per ministeriales intelligit omnes nobiles mediatos, qui a capitaneis vel valvasoribus majoribus feuda tenent, suntque **Edele**, (quo Comites & Barones mediati etiam referuntur) **Ritter und Knechte**.

XXIX. Denique semper **Leute** esse putat, qui feudis investiti servitia militaria præstant aliave ministeria, neque tamen ex parentibus nobilibus nati sunt, unde parabiū i.e. nobilitatis jura & dignitatem non acquirebant. *p. 23. 24. 25.*

XXX. Brevior in materia est *auctor Juris feudalis Saxon. communis in pr. c. 1.* observans saltem: daß der Heer-Schild an dem Könige anhebe, und sich an dem siebenden Schild wieder ende; doch haben, ita pergit, die Lehen-Fürsten den sechsten in den siebenden bracht, seit daß sie worden seyn der Bischöffe Lehn-Manne, daß doch von Anbegin dieses Rechts nicht baß.

XXXI. Luculentius ea de re differitur in *Jure Provinciali Saxon. Lib. I. art. 3.* ubi Episcopi, Abbates & Abbatissæ, die gefürstet sind, ad clypeum secundum; die Schöppenbare Leute und der Freyherrn Manne ad quintum; dieser ihre Manne fortan ad sextum referuntur. Quis vero septimo potiri debeat, non exprimitur, nisi quod observatio, quam Jus Feud. Saxon. suppeditat, hic repetatur, Principes laicos, postquam ecclesiasticorum vasalli facti sint, clypeum sextum in septimum provolvisse, de qua observatione pluribus infra.

XXXII.

c) Schilt. in Gloss. ad Spec. Sax. §. 18.

XXXII. Valde vero differre *Speculum Svedicum & Saxonum*. ipsa docet inspectio: etenim die *Schöppenbaren Leute*, qui iidem sunt cum semper *Leuten*, hic ad quintum, illic ac septimum; *der Freyherrn Manne*, hic itidem ad quintum, illic ad sextum; und dieser *ihre Manne* fortan, id est Baronum subvasalli, hic ad sextum, illic ad septimum clypeum referuntur.

XXXIII. Interim *Juris Sax.* doctrinam fere secutus est, qui hoc argumentum ex instituto tractandum sibi sumsit JCtus Hallensis ANDREAS OCKEL. *de prescript. immemorial. c. 2. tb. 21. usque ad 46.* quod inter Germanos antiquos, Saxones potissimum, juris publici studiosi fuerint, ut ex RVLANDO *de Commissariis* observat GRYPHIANDER *de Weichbild. Sax. c. 44.*

XXXIV. Nempe OCKELIVS archi-officiales, postea Electores, tum ecclesiasticos, tum seculares, ad SECVNDVM clypeum refert, iisque Ducem Luneburgicum addit, quod, cum is Bavarico & Saxonico Electoratu duplicique archiofficio, quo olim gavius est, temporum fato excidisset, & reliquæ ejus terræ nihilominus in Ducatum postea erecta essent, scutum secundum & dignitas pristina eidem remanserit, *d. c. 2. tb. 25.*

XXXV. TERTIVM clypeum occupare dicit Principes, non solum qui aliquo imperii officio inferiori & archiofficiis contradistincto, gaudent, seu feudum cum dignitate, vel stylo juris feudalis Longobardici, beneficium & honorem, ein alt *Würden-Lehn* possident.

XXXVI. Clypeum QVARTVM tribuit Comitibus & Baronibus immediatis, de quibus multa notatu dignissima affert *tb. 27. usque ad 33.* atque his quatuor clypeis nobilitatem eminentiorem, den *hohen Reichs-Adel*, absolvi, reliquos vero clypeos ordini militari assignatos putat.

XXXVII. Nempe clypeo QVINTO addicit Nobiles, qui ministeria vel aulica vel judiciaria vel militaria obibant; SEXTO tum nobilitate recenter donatos, tum subvasallos hominum equestrium; SEPTIMO homines civici ordinis, qui exigua feuda possident, ex quibus tamen operas militares non præstant. *d)*

XXXVIII. Haftenus recitatae OCKELII sententiæ proxime accedit

(*d* Add. WENKERI *Tractat. de Pfablburg. Ulsburg. & Clevenburg.*

cedit Vir illustris HENRICVS COCCEJVS in *dissert. de potestat. stat. imperii circa dignitates c. 2. § 31. seqq.* asserens, sex olim fuisse clypeos, quorum secundum Principes; tertium Comites & Barones immediati; quartum ii, qui prima a Principibus feuda sua capiunt, *Mittel-Freyen, Schöppenbare Leute, Panner-Herren* &c. tenuerint, atque hos ultimum nobilitatis, quam semper ex officio publico æstimat, gradum constituisse.

XXXIX. Quintum clypeum attribuit *denen Dienst-Leuten*, qui non officia reipublicæ sed ministeria præstant, & quibus nobilitatem non nisi ex privilegio competere putat; sextum *der Dienst-leute Mannen*, qui mihi non nisi rustici esse videntur.

XL. Nos quemadmodum ordines Nobilium his clypeis indigitari, eorumque olim non nisi sex fuisse, inspecta Germanorum antiquitate & moribus, putamus, ita, cum ex omnium confessione Rex Germanorum (qui hodie Romanorum Imperator vocatur) PRIMVM teneat; SECVNDVM Ducibus archiofficialibus; TERTIVM Principibus; QVARTVM Comitibus immediatis varii generis, nec non Baronibus immediatis, dummodo principali dignitate non polleant; QVINTVM iis, qui primi a Ducibus & Principibus feuda & quidem officii publici ratione obtinebant; SEXTVM Ministerialibus seu Nobilibus in specie ita dictis asserendum esse, perpensis variorum quos hætenus recitavimus sententiis, credimus.

XLI. De vexillis commodior differendi occasio inferius apparebit; interim hic præmonuisse sufficit, non nisi superiori nobilium ordini jus propriis vexillis utendi, indeque ipsorum feuda *Fahnen-Lehen* appellata fuisse, quæ quidem res ad jus feudale pertinet.

XLII. Successu vero temporis vexillorum usus etiam ad officiales militares supremorum imprimis ordinum, nec non ordinem equestrem immediatum cum primis in exequiis extensus est, privato magis ausu, quam publica indulgentia, non secus, ac titulorum exaggeratio, quæ duplex hodie decorum publicum & privatum peperit.

XLIII. Tandem non prætereunda conjectura HERTII *opusc. Tom. II. p. 361. seqq. §. 90.* quam tamen utpote ad tempora antiqua, quibus jam certa insignia in usu erant, non assurgentem auctori suo relinquimus.

CAP. XI.

De

Jure urbium *a)* & burgariorum *b)* in genere.

I.

Burgarios & rusticos solis muris distingui *c)* tritum est proverbium, explicatum ab HERTIO in opuscul. Tom. 3. p. 607. *Paræmia 10.*

II. Verum & vici, præsertim in Franconia & vicinistractibus subinde muro lateritio cinguntur; neque sola muri extractio jura civitatis, alle bürgerliche Gerechtigkeiten und Wohlthaten, tribuit.

III. Ea jura consistere dicuntur in exercendis opificiis & instituendis tribubus opificiariis, in mercatura & nundinis, in præsumptione libertatis a dominio herili, in braxatione cerevisiæ & vini cauponatione, in celebratione conviviorum & conventuum, denique in jurisdictione propria, saltem civili seu inferiori, Erb, Gerichte.

IV. Verum & opificia quædam in pagis exercere videmus: frequentes enim reperiuntur Dorff, Schneider, Dorff, Schmiede, Kademacher, Schuh, Flicker, & id genus alii. *d)* Elegantiores opifices ibi haud facile reperiuntur, quia ipsis non indigent rustici, neque multitudinem magistrorum opificalium admittit vici angustia & cessans indigentia, unde per rerum naturam tribus ibidem erigi non possunt.

V. Nundinarum vicem, quatenus nempe rustici iis indigent, suppleant encænia, die Kirchmessen, & quibusdam in locis der Ablass. Caupones quoque res usus quotidiani ut plurimum venales habere solent.

VI. Li-

a) vid. cap. I. §. 12. usque 24.

b) Non credo delicatis auribus offendiculum ex hac voce subnaturum, postquam non modo integer *Codicis Theodosiani Titulus de burgariis* inscribitur, sed & burgi mentio fit in *l. 6. C. de fund. rei privatae, l. 2. §. 4. C. de pref. prat. Africa.* ubi GOTHOFR. in not.

c) Bürger und Bauern scheidet nichts als die Mauern.

d) *Ord. Elect. Sax. de 1551. tit. von Brauen und Schencken. CARPZ. Lib. I. Resp. 42.*

VI. Libertatis præsumptio differentiam specificam a vicis hodie suppeditare non potest, quia rusticis etiam tribuitur, ex hypothesi, quasi servitus in Germania plane defierit; & quamvis parcemia germanica: *Keine Henne flucht über die Mauern*, de qua HERTIVS loco supra cit. *parcem. 11. agit*, tanquam vera supponatur, onera tamen pecuniaria sive patrimonialia in urbibus præstatione gallinarum multo sunt molestiora.

VII. Interim solliciti esse solent magistratus oppidani, ne quisquam in urbem ex vico recipiatur, nisi testimonio manumissionis, *Laß-Brieff*, instructus. Quod, quomodo cum hypothesi positionis præcedentis cohæreat, alii viderint.

VIII. Jus braxandi cerevisiam ad urbes olim in Germania pertinuisse vix crediderit, qui TACITVM *de mor. germ. c. 23.* inspexerit: nullæ enim tum temporis in Germania magnæ urbes, cerevisia vero frequentissima & potus ordinarius fuit.

IX. Et hodie urbibus jus prohibendi non competit, nisi respectu vicorum intra milliare circumcirca fitorum. Qua de re peculiari capite infra.

X. Ex vini venditione exiguus in vicis quæstus expectandus erit; sicubi vero viatorum frequentia lucrum promittat, caupones pagani illud non negligunt.

XI. Convivia in vicis hodie celebrari quotidiana docet experientia, etiamsi vicus urbi sit proximus.

XII. Non itaque proprie specie differunt vicus & urbs, neque magis quam emporium vel metropolis & oppidum; sed differentia ab eo, quod plerumque fit, & ab incolarum conditione aut frequentia desumitur.

XIII. Dantur certa oppidula, quæ serio considerata neque a pagis differunt, neque nomen urbium vel oppidorum ambiunt, sed denominatione *derer Markt-Flecken* contenta sunt. Et quamvis consules ibi habeantur; ii tamen a scultetis paganis non differunt, neque senatores ostendere possunt.

XIV. Interim quando negotia supra *pos. 3.* enumerata, *bürgerliche Nahrung*, vocantur, non tam excluduntur extra urbem degentes & in vicis remotioribus commorantes; sed prohibetur, ne in

ea ipsa urbe talia exercent, qui in civium numerum cooptatus non est.

XV. Atque adeo non solum advenæ, sed & simplices incolæ, die *Zeddel-Leute* oder *Schutz-Verwandten*, ab iis prærogativis civium excluduntur, & plerumque vilibus operis panem quærunt.

XVI. Iis vero, qui horum jurium participes esse cupiunt, & collegio, cujus membra se profitentur, præstanda præstiterunt, spatium plerumque annum ad redimendum jus civitatis indulgetur. *GAIL. Lib. 2. obs. 31. n. 8.* Alibi hoc spatium vel coarctatur vel plane denegatur.

XVII. Quo elapso armatus (mit *Ober- und Unter-Gewehr*), nisi sit ex ordine eruditorum, (ein *Mantel-Bürger*) in curia comparere, regulariter homagium præstare & certam pecuniæ summam pro receptione solvere cogitur.

XVIII. Quod nisi fecerit, omni commercio civium ipsi interdicitur, & porro contumax urbe cedere jubetur, quod posterius præjudiciis firmat *B. LEYSER. diff. de jure civilit. §. 32.*

XIX. Quid vero si talis sit filius municipis ejusdem urbis? si, postquam pater jus municipis obtinuit, natus sit; ipse quidem de novo jurat, sed pro impetratione modicam saltem pecuniæ summam præstat.

XX. Antea natus regulariter jure patris non fruitur, nisi patri, ut proles hoc jure simul fruatur, dum ipse civis fieret, simul indultum sit.

XXI. Hamburgi distinguitur, ut liberi, qui, antequam pater inter cives reciperetur, annum 12. impleverunt, pro extraneis habeantur, minores jure patris fruuntur. *Jus municipale Hamburg. P. 1. tit. 2. art. 3.*

XXII. Alibi, ut *Wormatiæ* & in plerisque urbibus *Wurtembergicis*, jus municipis liberis nullo modo prodest, verum cum persona plane extinguatur. conf. *WEHNER. Thes. Pract. voce Bürger-Recht.*

XXIII. Aliud itaque est jus civitatis, *das Stadt-Recht*, quod vel vicis in urbem erigendis, vel urbibus noviter extractis tribuitur, non a solo Imperatore, ut vulgo, sed a quovis imperii statu, prout

rationibus & exemplis probatum dedit, & ab objectionibus dissentientium vindicavit THOMAS. *in dissert. de jure stat. Imp. danda civitatis*, §. 43. e)

XXIV. Hoc jus civitatis loco intra milliare ab urbe computandum sito impertiri non potest. *Jus Provinc. Sax. Lib. 3. art. 66.* Man mag keinen andern Markt bauen dem andern auf eine Meile zu nahe. Quod ad castra & fortalitia peculiaribus privilegiis extensum esse allatis exemplis observat STRYK. *Vol. 3. diff. 17. c. 2. n. 73.*

XXV. Concesso jure civitatis, jurisdictio, saltem inferior, simul concessa intelligitur. OBRECHT. *de jurisdict. th. 299. n. 304.* SCIPIO GENTIL. *de jurisd. Lib. 2. c. 5. & 6.* ac cum primis ZAHN. *de jure municipal. c. 7. seqq.* Verum & hanc regulam exceptiones pati *supra c. 7. pos. 38. seqq.* monitum fuit.

XXVI. Interim a jurisdictione separandum est jus magistratus, tranquillitatem communem, indigentiam quotidianam, ordinemque & officia civium respiciens, quippe quod consulibus & senatoribus, aut, quia non nisi ad modum Romanum hæc exprimere licet, duumviris & decurionibus, etiam jurisdictione non pollentibus, minime denegandum, v. g. Feuer, Becker, Brauer, und Markt-Ordnung aufzurichten, Vorkauff zu verbiethen, Bürger, Schoß einzufordern, jedweden vorhabenden Bau zu besichtigen, & similia quamplurima.

XXVII. Atque talia statuta, ut plurimum consensu civium suffulta, quamobrem etiam Willführ vocantur, Principis confirmatione non absolute indigent.

XXVIII. Aliud dicendum de jurisdictionalibus, in quibus præter jus commune aliquid statuere subditis citra Principis consensum non permittitur.

XXIX. Secundum jus, civitatibus qua talibus competens, olim erat das Weichfried, Recht, quod tamen constituta pace per universum Imperium Romano-Germanicum servanda, nihil peculiare involvit. Vid. de hoc Jure SCHOTTEL. *de antiqu. Germ. jur. c. 10. & GRYPHIAND. de Weichbild Saxon. c. 76.*

XXX.

e) *Add. STAMLERVS de Reserv. Imperat. MVLZIVS, MYLER. Land, N. Lib. 2. art. 26.*

XXX. Atque hæc jura, scilicet jurisdictionis seu banni, pacis publicæ, mercatus & statuta condendi, nomine juris Weichbildi vulgo denotantur.

XXXI. Weichbildum proprie est signum in urbe, vel prope eam erectum & rem aliquam indicans.

XXXII. Talia signa potissimum sunt statuæ Rolandinæ, ut vulgo vocantur, fabularum innumerarum genitricæ, quas ex parte examinavit JOH. GRYPHIAND. in *Tract. de Weichbild. Saxon.* accuratius vero *illustr. RHETIVS disp. jur. publ. t. de statuis Rolandin.*

XXXIII. Nos missis ineptis, historiam contaminantibus, eas saltem, quæ jurisprudentiam germanicam inquinarunt, notabimus.

XXXIV. 1) Male omnes hæ statuæ Rolando tribuuntur, cum variorum Imperatorum & heroum priscorum imagines referant.

XXXV. 2) Falsum est, eas donotare libertatem urbium, in quibus deprehenduntur, & eximias immunitates, cum dudum ante, quam urbs aliqua ad libertatem adspirasset, verosimiliter erectæ fuerint.

XXXVI. Unde 3) falsum, quod Rolandi statua, in aëre libero & sub dio constituta, libertatem omnigenam, tecta vero aut parietibus clausa libertatem restrictam indigitet.

XXXVII. 4) Vero & fidei historicæ non satis conforme est, quod Magdeburgi primæ harum statuarum erecta fuerit.

XXXVIII. Unde 5) consecrarium quoque corrui, quasi hæ statuæ civitates, quæ jus Magdeburgense receperunt, a reliquis distinxerint.

XXXIX. 6) Falsum est, Rolandum esse signum jurisdictionis, urbi competentis; verosimilius enim indicat jus imperii in urbem ad eum, quem statua referebat, pertinens.

XL. Nec satis concinna vocis Roland etymologia a Germanico *Wrogen* vel *Rügen*, quasi *Rugelant*: ita enim addita vocula *Land* plane non quadrat, cum potius *Robild* vel *Rostatt* vocari debuisset.

XLI. Falsum est 7) Rolandum esse indicium liberi mercatus, cum talis facultas omnibus oppidis, quæ nunquam viderunt Rolandum, competat.

XLII. Equidem non abnuo, moribus priscis Saxonice mercatus

tus, celebrari non potuisse, nisi Imperatore consentiente, & chirothecam dextræ manus, vetus juris concessi signum, in locum eum transmittente, *sein recht Handzeichen. Glossa jur. Prov. Sax. Lib. 3. art. 66. n. 2.* Quid vero hoc ad Rolandum?

XLIII. Neque Weichbildum solas statuas Rolandinas, sed quævis signa, districtum & jus civitatis indigitantia, denotat.

XLIV. Hodie vox Weichbildi metonymice designat territorium & jura civitatis.

XLV. Statuas tamen in confiniis quarundam urbium erectas, ut plurimum lapideas, & vel imagine redemptoris crucifixi vel cruce signatas, *die steinerne Creuze*, indistincte huc referre nolui.

XLVI. Alibi enim jurisdictionem ecclesiasticam vel sedem Episcopi significant; alibi rei gestæ memoriam conservant; alibi viatores ad cultum religiosum, qualis in papatu imaginibus sacris tribuitur, invitant.

XLVII. Vnde hic illic ædiculas cum imaginibus sacris ad viam publicam prope urbes extructas videas, devotioni viatorum vel supplicio candidatorum inservituras.

XLVIII. Potissima urbium divisio est in IMPERIALES & MUNICIPALIS, quæ cum quæstione: an dentur urbes mixti generis? discutienda est in juris publici tractatione.

CAP. XII.

De

Variis burgensium speciebus, patriciis, municipibus, incolis &c.

I.

Primus in urbibus ordo patriciorum est, quales duntaxat in urbibus imperialibus liberis & nonnullis Hanseaticis conspiciuntur. Nam de rebus publicis Italiæ, Romæ, Venetiis &c. hic differere non licet.

II. De horum origine a) variæ circumferuntur opiniones. RHETIVS *disp. juris publ. 6. de dignit. Imperii Rom. Germ. c. 1. §. 28.* Henricum

a) Add. THRACO *de orig. & jure patricior. Tract. peculiar.*

ricum Aucupem, metuentem ab Hungarorum irruptione, burgenes virtute militari præstantes Nobilium ordini adscripsisse putat; verum eos ab ordine Nobilium Germanicorum, qui æque ac Galli & Britani in urbibus habitare ignominiosum putabant, b) separato patriciorum nomine compellari cœpisse. NOLDEN. *de stat. nobil. c. 17. n. 12. sqq.*

III. Alii ipsorum Nobilium quosdam paulo post urbes erectas in gratiam episcoporum vel mollioris vitæ causa illuc concessisse autumant. *vid. THOMAS. diff. de jure danda civit. §. 30. sqq.* Ut aliorum sententias jam præteream.

IV. Potior videtur RHETII doctrina, ita tamen, ut non solis burgensibus, verum etiam ex rure allectis hanc dignitatem cessisse putem; in qua sententia cum primis me confirmat, quod multi hodieque supersint patricii, qui a vicis, urbibus propioribus nomen gerunt, quorum exempla AVTOR *hist. Brunsvicensis Part. 3. c. 1. & SPANGENBERG. in Chron. passim commemorat.*

V. Patricios itaque, quoad præ eminentiam & privilegia nobilibus alii æquiparant, alii immediate postponunt. Fatentur vero plerique, varia esse patriciorum genera vel potius gradus, atque adeo non unam definitionem.

VI. Id certum est, familias etiam antiquiores & potentes in urbibus, nisi vel ex prisco equestri ordine profapiam ducant, vel privilegio Imperatorum id optinuerint, Nobilibus non æquiparari, atque adeo sola consuetudine vel regiminis urbici administratione nobilitatos, *die Stadt-Junker, c)* nobilibus simpliciter talibus haud æquiparari.

VII. Eas vero, quæ a summo Principe hunc dignitatis gradum consecutæ & matriculæ patriciorum inscriptæ sunt, per omnia pari secum jure frui, nunquam concessit ordo equestris, quantumvis ipsæ potentia præpollentes, alicubi Baronibus æquiparari postulent, & eximiis in urbe sua prærogativis gaudeant.

VIII. Atque favet ordini equestri *ordinatio torneamentorum Heilbronna anno 1485. publicata, quæ apud GOLDAST. in constit. imp. p. 25. reperi-*

b) *vid. c. 1. §. 20. 21.*

c) *iidem sunt ut in locis salinariis Salz-Junker.*

reperitur, per quam a torneamentis, qui in urbe habitant, & munia civitatis gerunt, excluduntur.

IX. Quem defectum ut supplerent, & quaestionem status, ipsis motam, evitarent, nonnullae familiae peculiaribus diplomatibus Imperatoriis sibi prospexerunt, quale quid praesertim sub CAROLI V. Imperio subinde evenisse annales commemorant.

X. Atque inde nonnullis subnata est divisio patriciorum in vulgariter & legaliter tales. Priores vocantur cujusque urbis paulo opulentioris primores, quales supra §. 6. descripsimus: Posteriores, qui in urbibus imperialibus degunt, & vel ab ordine equestri descendunt, vel hac praerogativa ab Imperatore maectati sunt.

XI. Atque hi posteriores iterum subdividuntur in patricios primi ordinis, Nobilibus per omnia aequiparatos, & secundi ordinis.

XII. Primi ordinis sunt, qui Norimbergae, Augustae Vindelicorum, Ulmae & Francofurti ad Moenum: secundi ordinis, qui in civitatibus Imperii reliquis, ut plurimum non adeo illustribus, vivunt.

XIII. Sed & in primariis quatuor jam commemoratis imperii germanici urbibus aliae patriciorum familiae vocantur *Udeliche*, aliae *erbare Geschlechter*. Posteriores ad patricios secundi ordinis referre non dubitem.

XIV. Neque multum a dicta divisione aliam abluere credo, qua vulgo in *Rathsfähige und Unrathsfähige* (vel potius *Rathsunfähige*) dispescuntur, quorum hi ad munia senatui proxima in urbe & territorio ad urbem spectante admittuntur.

XV. Atque hoc imprimis Norimbergae solícite observatur, quae veterem illibatamque patriciae reipublicae virginitatem a CAROLI IV. temporibus se retinuisse profitetur, & Venetorum aemula audire mavult. Idem olim cavebant Lunenburgenses & Augustani, qui tamen hodie potiores ex plebe a regimine civitatis in totum non arcent, quamvis patriciis hac in parte per superiorem Germaniam eximia semper praerogativa competat.

XVI. Cumque patriciorum familiae haud secus ac familiae Nobilium ex antiquitate potissimum aestimentur; controversia ea de re Norimbergensibus cum Augustanis intercessit, quam, utpote instituto parum proficuum, historicis decidendam relinquimus.

XVII. Amit-

XVII. Amittitur patriciatus iisdem modis, quibus nobilitas, atque adeo in Germania etiam mercatura, quod ratione Norimbergensium certum est, per privilegium HENRICI VI. Imperatoris, verbis: *Wo ſie ſich der Adeliſchen Tugend und Freyheit ihres Standes für baß hinhalten wollen, und gemeiner Bürgerſchaft der Stadt Nürnberg allen ihren Handel und Gewerb frey laſſen / ſich deſſen nicht bekümmern, wie ſie biſher gethan haben.*

XVIII. Affines patriciis ſunt Clevenburgeri, die Clevenner: Equites nempe haſtis vel lanceis inſtructi, de quibus permulta monumenta antiqua collegit JACOB WENCKER. *in tr. de Pfahlburg, Uſburg. & Clevenburg.* eademque in re præ aliis induſtriam probavit ANDR. OCKEL. *de præſcript. immemor. c. 2. tb. 38.*

XIX. Quemadmodum vero vox Clevennes generalis eſſe, & equites, haſta inſtructos, denotare videtur; ita non ſolis burgenſibus, ſed & nobilibus ſtipendiariis, militiæ equeſtri addictis, competit, & ſubdiviſionem formandam eſſe puto inter Clevennes & Clevenburgeros, non ſecus ac inter Nobiles campeſtres ac Patricios.

XX. Sequuntur cives ſeu burgenſes in ſpecie dicti, die Burger, & hi itidem vel in ea urbe, ubi jus civitatis adepti ſunt, habitant, vel alibi degunt.

XXI. Alibi degentes vel Pfahlburgeri ſunt, vel Uſburgeri. Illi dicuntur, qui in unius civitatis præjudicium alteri civitati ſe aſſociant ea intentione, ut ab oneribus civitatis prioris mediante privilegio poſterioris immunes reddantur.

XXII. Atque hinc in poſteriori loco recipiantur, cavetur in *A. B. tit. 16.* ubi videatur ARVMAEVS, LIMNAEVS, RVMELINVS, *aliique.*

XXIII. Ea tamen prohibitione ſe non ſtringi putant Argentoratenses; qua de re prolixè laudatus WENCKERVS *de Pfahlburg.*

XXIV. Imprimis de etymo vocis mira & jucunda interpretum concertatio eſt, aliis a palis, die an einem Ort ihre vier Pfähle haben, aliis a veterum Francorum palatiis, quaſi Pfalz-Bürger, aliis a palando, quaſi palantes i. e. vagabundos, aliis a Fall, ſive caſu, quaſi Fallburger, plerisque quaſi falſche Bürger, aliis a balo, vel quod idem eſt a fala, quod dolum & infidias denotabat, aliis a pala, einer

Schauffel, quemadmodum etiam in membranis quibusdam Schauffel-Burger, vocantur, derivantibus.

XXV. Equidem huc referre non dubito die Pflug- oder Schauffel-Bürger, qui in vico degentes ad jus civitatis in præjudicium domini sui, des Erb- und Gerichts-Herrn, adspirant; verum hi speciem tantum Pfahlburgerensium constituunt.

XXVI. Minime omnium vero conceptum Pfahlburgerorum recte assequuntur, qui nudos incolas jure civitatis destitutos, quibus solum habitandi & commorandi jus competit, subintelligunt. Vnde etiam tot difficiles & inconcinnæ in hac materia Aureæ Bullæ explicationes.

XXVII. Vsburgeri, Nusburger, sunt, qui sine fraude & præjudicio alterius magistratus utrobique jure civitatis gaudent, quosque adeo hæc prohibitio minime tangit.

XXVIII. Sed neque diffiteor, notationem Grammaticam idem subjectum denotare videri, & forte Nusburger ita vocari a dominis recipientibus seu posterioribus, quasi *auswertige Bürger*, Pfahlburgeros vero a dominis prisceis, quasi qui ex terris eorum intra palos h. e. in urbem aliquam recepti sunt. Quemadmodum etiam Vsburgeri sæpius cum Pfahlburgeris confunduntur. *vid. omnino WENCKER. disquis. 2. p. 2. seqq.*

XXIX. Originem Pfahlburgerorum a bellis civilibus inde ab HENRICI IV. ævo inter Pontifices & Imperatores gestis repetit WENCKER. *de Pfahlburg. §. 10. p. 11.*

XXX. Qui in indagandis eorum natalibus altius assurgunt, & usque ad tempora CAROLI M. atque LVDOVICI PII eosdem referunt, non cogitarunt Pfahlburgerum domino prisco non renunciare, sed alium in fraudem prioris adsciscere. *conf. WENCKER. d. l. §. 22. p. 29.*

XXXI. Denique, prohibitio Aureæ Bullæ ad eos non pertinet, qui sine fraude domicilium in urbem transferunt, neque ad eos, quibus eo tempore integrum erat alterius protectioni se committere, utpote qui ibi diserte excipiuntur.

XXXII. Atque hi posteriores esse videntur die Pact-Burger, qui non nisi certis conditionibus & pactis jus civitatis quærunt, atque

que ab aliis Schutz-Verwandte dicuntur. *vid. FRITSCH. in Add. ad supplem. thes. pract. Besoldian. voce Pact-Bürger, 2c. p. m. 797.*

XXXIII. Ad hos in urbibus, ubi Academiae florent, referri possunt Professores, Facultatum & Dicasteriorum Assessores, Doctores, quos vocant legentes, aliique Academiae adscripti, quatenus in urbe immobilia possident, nec non Nobiles, wenn sie Bürger-Güter fauffen.

XXXIV. Hi enim quoad personam & actiones personales senatui oppidano non subjiciuntur, neque ulterius, quam ut vitam tranquillam agant, & pensitationes justo tempore exsolvant, munera denique personalia, excubias, & id genus alia per substitutos praestent, eidem obligantur.

XXXV. De incolis reliquis, qui ut plurimum officia sordida obeunt, Tagelöhner, Abläder, Holzhacker, 2c. & similibus, plura addere opus non est, quam quod pro annua pensione minuta, dummodo a quaestu civibus proprio abstineant, tolerantur.

XXXVI. Dummodo immobilia non possideant, ea enim, licet in suburbiis sita sint, acquirentibus jus civitatis simul impetrare necesse est.

CAP. XIII.

De

Muneribus civium,

I.

MVnera ex doctrina juris Romani sunt vel realia seu patrimonialia, quæ in pensitationibus; vel personalia, quæ in operis consistunt.

II. Patrimonialia hodie rarius vocantur munera, frequentius onera, Beschwerden, Herren-Befälle, atque hæc vel Principi vel senatui præstantur.

III. De prioribus agendum est in jure publico: posteriora vocantur Schoß, & dividuntur in Erb-Schoß, & Gewerb-Schoß, quod de artificiorum vel commerciorum exercitio præstatur.

IV. Atque ab his neque nobiles neque clerici, si immobilia in-

tra urbem vel territorium ad eam pertinens possideant, eximuntur. *Ref. Grav. Sax. de 1612. tit. von Justizien-Sachen, §. 109. & Ref. Grav. de 1661, eod. tit. §. 96.*

V. Eximuntur vero ipsi consules & senatores, alicubi omnes & perpetuo, alibi solum, quoties regimini præsumt, wenn sie in regierenden Rath sitzen, cujusmodi dispositionem ad Scabinos urbium extendendam non esse *Facultas Juridica Witteberg. M. Februar. 1663. An Bürgermeister und Rath zu Jüterboch* respondit.

VI. Munera personalia consistunt in avertendis periculis, urbi imminentibus, v. g. in agendis excubiis, si urbs præfidiis instructa non sit, quo casu excubias agens peculiari sanctimonia munitus censetur, ut quocunque modo ipsum contemnentes severius puniantur, licet eum verbis injuriosis non laceffiverint.

VII. In reprimendis turbis, si mediis ordinariis compesci non possunt, qua de re in *Ordinat. Polit.* ut plurimum peculiariter prospici solet.

VIII. In restringendis incendiis improvisis, cujusmodi ordinationes quælibet prope urbs civibus suis peculiariter præscripsit, ne alter alterum officium nimis sedulo faciens impediatur, utque vulgus ad opem ferendam tanto magis compellatur.

IX. Et quo magis hisce officiis observandis idonei cives reddantur, armorum usus iis non modo conceditur, sed & præcipitur.

X. Hanc in rem cives, præsertim juniores, obligantur ad frequentanda exercitia jaculatoria, zum Armbrust- (Bogen-) und Büchsen-Schiessen, quibus certa loca, Schieß-Grabē, Vogel-Stangen, &c. deputantur, quamvis ut plurimum totum negotium in commensationem (Fresserey) abeat.

XI. Ita more militari ex ordine civium capitanei, optiones, signiferi & officiales subalterni constituuntur, reliqui cives in centurias, in Compagnien oder Bierthel, dispescuntur, & quævis earum proprio vexillo instruitur. add. *FRITSCH. de jure lustrationis cap. 1. th 3.*

XII. Interim usus armorum burgensibus non promiscue, sed duntaxat, si dato signo convocentur, wenn die Sturm-Glocken gerühret,

rühret, oder Allarm geschlagen wird, conceditur, adeo, ut neque gestatio gladii regulariter ipsis competat.

XIII. Dantur & alia civium munia non armata, v. g. ut putei & fossæ urbis purgentur, viæ stratae serventur, purgamenta in plateis non relinquuntur, item, ut juniores ex ordine mercatorum pecuniæ publicæ recipiendæ alternis vicibus inserviant, & similia alia, de quibus statuta & aliquando ordinationes provinciales ^{a)} disponunt. Sed & jussus magistratus oppidani hac in parte legis instar habetur.

^{a)} vid. omnino Gothaische Landes-Ordnung.

C A P. XIV.

De

Juribus mercatorum.

I.

Mercatura prisca Germani, ab omni luxu & vestitus perinde ac apparatus domestici splendore alieni, plane abstinebant, quemadmodum & aliæ gentes fortitudine claræ eandem aspernabantur.

II. Postquam vero modus vivendi elegantior & cultus urbanus ipsis arridere cœpisset, iique a gentibus finitimis discerent, vim non contemnendam etiam opibus inesse, mercatura penes ipsos invaluit, qua in re hodie provincias mercatu florentissimas æmulantur.

III. Hinc factum, ut mercatores varia privilegia voluntate imperantium expressa vel tacita, utilitatem publicam ex commerciorum amplitudine resultantem respicientia, obtinuerint.

IV. Atque his quodammodo suffragatur *jus municipale Saxon. art. 9.* Quamvis enim ex parte fabulas sapere videatur; pleraque tamen verosimilia sunt, si consideremus, primos mercatores aliunde & maximam partem ex Italia in Germaniam invitatos, Regisque chirothecam tum signum immunitatum fuisse.

V. Privilegia ista vel potius jura mercatorum singularia ad quatuor classes refert SIMON. *in Præsid. Academ. Tom. I. Disp. 9.* Scilicet eadem respicere vel personas mercatorum, vel res, vel obligationes vel judicia.

VI. Privilegia personarum ipse vel in securitatis præstatione collocat, vel in vectigalium & tributorum remissione, vel in munerum vocatione.

VII. Securitatis præstatio vel pertinet ad violentiam extrajudicialem, vel ad judicialem. Ad extrajudicialem spectat *Recessus Imp. Francofurtan. de 1442. §. 6.* quo cavetur, ut in diffidationibus publicis, tum temporis usitatis, securitas domestica & itineris mercatoribus & vectoribus mercium præstetur. Quod ad æquitatem naturalem refert GROTI. *de J. B. & P. Libr. 3. c. 11. §. 12.* ex infirmatione; quamvis enim vita mercatorum ab armis aliena sit, nervum tamen belli opes suppeditant.

VIII. Hodie post pacem publicam introductam conductus promiscue omnibus præstatur, de quo infra *pecul. cap. agendam.* Imprimis vero nundinarum tempore emporia curam ejus rei agere videmus: Ita Francofurtum ad Mœnum juxta vias publicas per territorium suum stationes excubiæ exponit, advenarum securitati inservientes: Alibi stipendiarii, vulgo *Musreuter*, vel *Strassenbe-reuter*, aluntur, ut nundinarum tempore vias securas præstent.

IX. A vi judiciaria seu arresto securitas præstatur durantibus nundinis solennibus, in quibus arrestum concedi non debet. *P. I. C. EL. Sax. 30. ibique CARPZOV. BERLICH. P. 1. concl. 77. conf. KLEIN. disp. jurid. 14. c. 3.*

X. Decoctoribus vero five bancruptoribus, ea securitas concedenda non est, adeo, ut & beneficium cessionis bonorum hodie non nisi imperantis consensu iis tribuatur, de quo dixi *ad ff. de Cess. Bonor.* De literis vero moratoriis infra videbimus.

XI. De vacatione munerum splendide agit *l. 5. §. 3. ff. de jure immunit. & l. 5. ff. de muner. & honor.* Sed hoc tanquam fatis notum non multum curo, ait SIMON. *dict. diff. c. 6. §. 4. in fin.* Utinam vero curasset usum hodiernum, præsertim cum hic plane fileant GROENWEGEN, a) BRUNNEMANNVS, BVSIVS, alique, & quod mireris, ipse BARTOLVS.

XII. Mihi horum textuum usus nullus esse videtur: & quisnam esse posset? cum non de mercatoribus omnibus, sed tantum de negotia-

a) CYPRIANVS REGNERVS.

gotiatoribus annonæ publicæ, naviculariis & oleariis agant. Jus singulare vero, imprimis, quod subditosa consuetis oneribus eximit, extendendum non fit.⁹ Ne dicam ipsam experientiam hic reclamare.

XIII. Frustra porro jactatur privilegium mercatorum de vectigalium & tributorum remissione, non enim nisi ab exactione modum excedente & injusta, perinde ac alii viatores & hospites, exempti sunt, fatente ipso SIMONE *d. l. th. 5.*

XIV. Speciali vero tributorum immunitate in nundinis Francofurtensibus mercatores Norimbergenses & Wormatienses ex privilegio gaudent.

XV. Jurium singularium, quæ quidem proprie talia sint, & ad rem præsentem pertineant, nullum in allegata dissertatione exhibetur.

XVI. Jus singulare circa obligationes, quod quidem contractum cambii & affecurationis respicit, separatis capitibus inferius tractantum est.

XVII. Interim ratione usurarum in antecessum observandum, quod inter mercatores usuræ besses & bessales permittantur. *conf. CARPZ. P. 2. c. 30. d. 1. § 2.*

XVIII. Ratione actionis redhibitoriaë etiam modus & termini, in jure præscripti, non ita stricte observantur. SIMON *d. l. c. 8. §. 3.*

XIX. Mercator quoque mercis partem, usque dum pretium solvatur, recte retinet, cum contra alii agere cum effectu non possint, antequam ipsi contractum omnino impleverint.

XX. Quantum ad judicia ibidem observatur, quod mercatores 1) instituere possint collegia propria: atque eo refertur potentissima olim ipsisque regibus & rebus publicis formidabilis societas Hanseatica.

XXI. Hinc sequitur 2) quod statuta a jure communi positivo diversa in negotiis mercatoriis condant; quo tamen ipsis hodie parcus indulgetur.

XXII. 3) Quod judiciis peculiaribus gaudeant, cujus rei exempla exotica affert SIMON. *d. l. c. 9. §. 1.*

XXIII. Verum & in plerisque Germaniæ emporiis ad causas merca-

mercatorum certi senatores, interque eos cum primis mercatores, deputantur.

XXIV. Tale iudicium mercatorium Lipsia quoque auctoritate Serenissimi Electoris 1682. obtinuit, de quo videri potest *Das Leipziger Kauff- und Handels-Recht*, eodem anno typis mandatum.

XXV. In ordinatione processus hujus iudicii quamplurima occurrunt singularia, interque ea potissimum, quod citationem nec in scriptis fieri, nec apographum libelli simul transmitti necesse sit, quod in litis progressu citationes advocato, mandatario, actori vel curatorum infinuari sufficiat, quod plures quam tres actiones in uno libello, dummodo id citra confusionem fieri possit, admittantur, quod reus etiam foemina, nisi in casibus diserte exceptis, per procuratorem comparere nequeat, quod ante litem finitam nec revocari mandatum nec eidem renunciari possit, quod actor, in termino non comparens, intra spatium Saxonicum sub poena perpetui silentii ad litem prosequendam, reus vero ante meridiem non comparens, ut horis pomeridianis ejusdem diei id faciat, sub poena publicae apprehensionis, *bey Vermeidung anderer Anordnungen*, citari, & denuo contumax postridie per lictores in iudicium duci debeat, quod nullae exceptiones dilatoriae, nisi feriarum sacrarum, illegitimationis, spoli, praeventionis & litis pendentiae attendantur, solutionis vero, compensationis, transactionis, praescriptionis & rei iudicatae tum demum quid operentur, si plane liquidae & indubitatae sint, quod documenta producta nisi in primo termino recognoscantur, haud praevia comminatoria e vestigio pro recognitis habeantur, quod in processu executivo reus, qui chirographum recognoscit, vel debitum fatetur, a reo personali, usque dum solvat, detineatur, quod reassumptio litis solum intuitu successorum singularium, nunquam vero heredum obtineat, quod in nulla causa ordinaria probatio admittatur, demonstratio vero intra tres septimanas peragi, atque idem spatium contra-demonstrationi (*der Gegenbescheinigung*) praefinitum, statim a die testium examinatorum vel documentorum recognitorum computari debeat, quod absolutis demonstrationibus, nullae disputationes attestationum admittantur, sed acta statim in rotulari & in Scabinatum Lipsiensem transmitti, prosecutio leu-
teratio-

terationis intra duas hebdomadas fieri, interposita vero appellatione sportulæ pro apostolis intra octiduum solvi & mulcta arbitraria 20. usque ad 50. uncialium imperialium, in casu si appellans correctionem non impetraverit, simul deponi, ipsa appellatio intra terminum proximum, si eo usque tres septimanæ supersint, justificari, in instantia appellationis nulla leuteratio admitti, quin & si interposita in prima instantia leuteratione sententia condemnatoria confirmata sit, antequam confirmatoria in rem judicatam transeat, debitum cum usuris statim deponi aut reus incarcerari, quodque executio in causis realibus intra octiduum, in personalibus vero intra tres septimanas simul cum immisione fieri, & proxime subsequente die subhastationibus destinata res, in quam executio facta est, proclamari debeat, & similia alia.

XXVI. Verum & alibi receptum est, ut mercatorum causæ resectis juris apicibus, summariter peragantur. *vid. SIMON. dict. diff. c. 9. §. 2.*

XXVII. Scilicet potissimum commerciorum fulcrum est, ut fides data servetur. *conf. CARPZOV. P. 1. c. 2. d. 10. GAIL. Lib. 2. obs. 27. n. 27.*

XXVIII. Eamque ob rem consuetudine & iudicio Jctorum solennitates & rigor juris in multis articulis, quantum ad mercatores, temperatur.

XXIX. Ita inter mercatores commendatio pro mandato habetur. *CARPZOV. P. 2. C. 18. d. 24. FINCKELTHVS. obs. 16. n. 5.*

XXX. Ita inter eos non obtinet beneficium excussionis. *CARPZ. d. 1. D. 7.*

XXXI. Ita libris mercatorum fides habetur pro scribente ad semiplenam probationem. *ROESENER integro tract. de Libris mercator. KLEIN. disp. jurid. 20. per tot.*

XXXII. Nihilominus codex mercatorum non æquiparatur instrumentis publicis, atque adeo iis in locis, ubi dispositio *l. 11. C. qui pot. in pign.* obtinet, hypothecis exinde nulla prærogativa conciliatur.

XXXIII. Ita fœmina mercatrix sine curatore contrahit. *CARPZ. P. 2. c. 15. def. 16.*

XXXIV. Ita causa debendi in chirographo mercatoris necessario

fario exprimenda non est. BRUNNEM. Cent. 2. Dec. 99: quæ omnia aliaque plura singularia autoritate plus quam centum juris Doctorum confirmat KLEIN. Vol. disp. jurid. p. 973.

XXXV. Ita, quamvis leges civiles pactum de societate ad heredes extendenda improbent; l. 35. § 59. ff. pro soc. Illud tamen utpote nec equitati nec utilitati publicæ adversum ob fidem datam servandam ratum habuerunt Scabini Witteb. M. Januar. 1708. an Johann Schmieden in Leipzig, quæ eadem sententia Jctis quoque Jenensibus & Hallensibus placuit.

XXXVI. Ceterum consuetudines mercatorum iniquas & bono publico adversas tollendas esse, res ipsa loquitur. Exempla exhibet Reformatio polit. Augustana de anno 1548. tit. Verkaufung der Wollen; Lücher. Reformat. polit. Francof. de anno 1577. tit. 18. Die Monopolia belangend. &c.

CAP. XV.

De

Juribus opificum.

I.

Opifices sunt, qui opus faciunt, seu manibus potissimum operantur, Handwerker, suntque vel vulgares, vel artifices.

II. Posterioribus annumerantur pictores, statuarii, auri-fabri, sculptores gemmarii, a) typographi, & in Germania barbitonsores, quia chirurgiam simul callere debent, prout Ordo Juridicus Witteberg. nuperrime respondit versus urbem Werthern.

III. Atque iis moribus Germaniæ jus collegiorum, & ne quis extra collegium constitutus artem vel opificium ipsorum profiteatur, jus prohibendi tribuitur. vid. ADRIAN. BEIERI Tract. de Colleg. Opific. ejusdemque Tractat. alius de juribus prohibendi, der Zünfft Zwang.

IV. Inde certis temporibus turbones seu turbatores, die Stöhrer, ab iis indagari pessimeque haberi solent, quoties aliorum gratia & quidem pro mercede opes faciunt.

V. Ad usus enim proprios quodlibet opificium a quolibet exerceri

a) Edelgestein-Schneider.

ceri posse videtur, nisi absque periculo v. g. incendii & similium exerceri non possit.

VI. Ita cum Numburgi hortulanus in suburbio furnum ad usus proprios extrueret, & contradicente pistorum collegio, ad libertatem sibi operandi, ejusque testes aliquot COEPOLLAM *de servit. c. 50.* CRAVETTAM *Consil. 871. n. 4.* MYLER. *in Metrolog. c. 19. §. 8. n. 1.* STRYK. *diff. de jure furnorum c. 2. n. 6.* aliosque provocaret, pistorum petitione rejecta, reus a *Facultate Jurid. M. Novembr. 1705.* absolvebatur. Quam sententiam *Jenenses M. Apr. 1706.* reformarunt quidem, sed *nos M. Febr. 1708.* denuo confirmavimus.

VII. Sed nec indistincte aliis operam suam addicere prohibitum est, v. g. si fartor, aut similis opifex in alicujus familiam concedat, quales vocamus Laqueyen, Schneider, Reise, Barbierer &c.

VIII. Item, si operæ viliores sint, v. g. Schuh, Flicker, &c. dummodo nihil novi conficiant, *wenn sie nichts neues zuschneiden.*

IX. Nec non, si operæ sint gratuitæ, etiamsi honorarium sponte postea oblatum acceptetur.

X. Ut itaque jura collegii opificiarum quis consequatur, ante omnia requiritur, ut per annos certos & in singulis fere opificiis præscriptos tyronem egerit, cujus tamen spatii coarctatio magistri arbitrio relinquitur, quatenus collegio non præjudicatur. *conf. BEIERI Tyro. c. 2. 3. §. 9.*

XI. Non vero ad tyrocinium admittitur, nisi sit 1) sexu masculus; foeminae in plerisque opificiis, ne quidem ut adjutrices tolerantur. *BEIER. d. l. c. 4. §. 2. 3. 4.*

XII. 2) Nativitate ingenuus & ex honesto thoro natus. Quam in rem testimonium legitimæ nativitatis publicum, einen Geburts-Brieff, producere tenentur, cujus formulæ ex VOLCKMANNNO emendato *P. 3. c. 36. n. 2. 3. 4. §. 5.* requiri possunt. *conf. BEIER. d. l. c. 5.*

XIII. 3) Parentes honestæ non sordidæ professionis habuerit, & qui crimine aliquo maculam non contraxerint, quorumque vitam innocentem ipse tyrocinii candidatus diligenter secutus sit. Excluduntur itaque filii excoriatorum atque carnificum; delictorum, opilionum, & castratorum porcorum filiis, res dubia est. At molitorum,

rum, linteonum, balneatorum, publicanorum, fidicium liberi admittendi sunt per *ord. polit. de ann. 1548. & 1577. tit. von Handwercks Söhnen und Gesellen. conf. BEIER. d. l. c. 6. & HERT. Tom. 3. opuscul. Lib. I. Paræm. 13.*

XIV. Atque harum qualitatuum rigidi cumprimis exactores sunt tribus opificiarii, vetus proverbium ingeminantes: *Es müssen die Handwercke so rein seyn, als ob sie von Tauben gelesen wären;* de quo HERTIVS *d. l. Paræm. 14.* ubi problematis a SECKENDORFIO prolati mentionem injicit: utrum collegiorum opificalium institutum reipublicæ germaniæ plus detrimenti, quam commodi afferat.

XV. Qui requisitis his pollet, eum cum magistro suo contraxisse inque familiam ipsius concessisse non sufficit, sed magister aliusve coram collegii seniore candidati nomen profiteri, deinde cœtui coram arca aperta congregato eum præsentare tenetur, qui habilitatem ipsius examinant, probatum in matriculam suam referunt, solutisque sportulis magistro addicunt. BEIER. *d. l. c. 7.*

XVI. Quilibet magister plures tyrones simul habere non potest. BEIER. *c. 8.* Tyro idem spatium disciplinæ seu periodum doctrinæ penes eundem magistrum absolvere debet; si discedat ex causa fontica, alii magistro ad residuum temporis explendum addicitur; temere vero aufugiens non modo tempus absentiae refarcire tenetur, sed & aliquando, præsertim si sæpe discesserit, plane excluditur.

XVII. Exantlatis vero annis disciplinaribus, tyro a magistro ipsum dimittendo, (*der Meister giebt ihn ausgelernt,*) collegio absolvendus sistitur, (*wird dem Handwerck vorgestellt, daß sie ihn frey sprechen;*) atque tum, nisi quid obstat, a collegio liber declaratur, eique attestatum disciplinæ peractæ, ein Lehr-Brieff, traditur. *d. l. c. 12.*

XVIII. Ne quis vero putet, eo ipso jam in Boetum mutatum esse, quem magistri absolverunt. Etenim aliud est missio, das Freysprechen, aliud focii dictio, zum Gesellen sprechen. Illud a magistris; hoc a fociiis, non absque ceremoniis variisque solennitatibus, crudelibus sæpe & blasphemis, atque simul elargitione symposii, durch Verschönerung des Lehr-Bratens, peragitur. *vid. BEIERI Boetus c. 3.*

XIX. Quo facto prærogativis sociorum, jure scilicet certo signo sive marca, ut vocant, utendi, vossitationis, assessuræ in conventibus sociorum, symboli, *des Beschences*, & similibus gaudere incipit.

XX. Quin & confestim in diversorium commune se confert, ac tanquam peregre adventans operas quærit; *Er lasset sich als einen Fremden zur Arbeit umschauern.*

XXI. Postquam aliquamdiu operas sociales præstitit, peregrinationem cogitat, quæ adeo necessaria est, ut quicumque per annos, in quovis opificio præscriptos, peregre non abfuerit, inter magistros neutiquam recipiatur.

XXII. Alia enim collegia biennium; alia triennium; alia sexennium, per quod Boetus continuo a loco disciplinæ abfuisse debet, præscribunt.

XXIII. Causam allegant artis perfectionem consequendam, unde inter ipsos proverbium: *Was ich nicht erlernet habe, das habe ich erwandert.*

XXIV. Quod si aliquantum temporis annis peregrinationis desit, id multa expiatur: *es kan verstraffet werden.* Quamvis pleraque collegia rigori peregrinationem reiterandi insistant. *BEIERI Boetus cap. 6. §. 2.*

XXV. Aliquando peregrinandi necessitas plane remittitur, imprimis boetis maritatis. *BEIER. d. l. c. 4. n. 193.*

XXVI. Peregrinationem præcedit renunciatio, tum boetis facienda, propter officium comitandi & sarcinam ferendi.

XXVII. Ubi observandum, terminum exeundi denunciatum mutari vel protrahi ab ituriente non posse.

XXVIII. Tum magistro, petendo licentiam valedictionis; nisi magister eam ultro impertiatur.

XXIX. Sequitur valedictio, *der Abschied*, cui dies solis destinatur, ne cessatio operarum in boetis reliquis, abeuntem comitantibus, magistro damnum inferat.

XXX. Si itineri accinctus functionem collegii sustinuerit, eam alicui sodalium resignare & clavem tradere tenetur; si non sit,

qui suscipiat, resignatur magistro, atque hoc etiam recusante nihilominus deponitur, & mantili innectitur.

XXXI. Valedicenti commendatur salutis dictio, cujus formulam BEIERVS *d. l. n. 229. 234. 235. & 241.* communicat, quæ adeo necessaria est, ut arresti loco habeatur / wenn einem den Gruß zu bringen versaget wird.

XXXII. Ipse simul attestato magistrorum & boetorum instruitur, quale exhibet BEIER. *d. l. c. 6. inf. & in advocato opificiar. c. 32. §. 21.*

XXXIII. Ne vero per ignorantiam salutem dicat, quibus dicere non debet, huic attestato plerumque subjungitur catalogus eorum, qui non integræ famæ habentur, quod vocant, in die Rundschaft setzen. Hæc enim phrasis & nicht vor ehrlich halten pro synonymis reputantur. BEIER. *Advoc. opif. c. 32. §. 18. & 22. it. c. 13. §. 7. & 8.*

XXXIV. Ceterum hoc attestatum ideo necessarium est, ut nemo magistrorum advenam eo destitutum conducat, de quo BEIER. *in Advoc. opif. c. 13. §. 14.* Atque propterea ad boetorum mores coercendos attestata, donec ipsi iterum discedant, in arca collegii asservantur.

XXXV. Toties vero attestato opus est, quoties quis a loco, ubi aliquandiu operas præstitit, discedit, ut, quando ad magisterium aspirat, se tempus peregrinationis otio non transegisse docere possit.

XXXVI. Qui a loco operationis, da er als Geselle gearbeitet, discedit, per trimestre abesse cogitur, idemque observatur, si aliquo in loco operandi occasionem non invenerit.

XXXVII. Advena e vestigio in diversorium, a collegio constitutum, zu dem Vater auf die Herberge, concedere, nisi mulctam incurrere velit, tenetur. BEIERI *Boëtus c. 5.*

XXXVIII. Ibi, si opificio liberali, vel munifico, ut vocant, additus sit, wenn er eines geschickten Handwerks ist, hospitio, cibo & potu excipitur, usque dum is, ad quem ea respertinet, circumspexerit, an magistrum invenire possit. BEIERI *Boëtus c. 7.*

XXXIX. Quem magister proprio motu dimittit, advenæ æquiparatur, & eodem in loco alium sibi magistrum quærere potest,

est, secus ac si ipse dimissionem efflagitaverit. BEIER. *d. l. c. 8. imprimis num. 428.*

XL. De ipsa lustratione ejusque formulis agit BEIER. *integro isto cap. 8. d. l.* deque vita & moribus boetorum in reliquis *dict. tract. capitibus.*

XLI. His exacte observatis & peregrinationis tempore transacto, ad magisterium adspirare licet, quod fit professione nominis candidati & alicubi nominis sponsæ in matriculam referendi. BEIER. *magister. c. 7.* dummodo quis verus & factitius boetus sit: **Er muß ein gemachter Geselle, nicht aber ein Jünger, Lohner oder Mittler seyn.**

XLII. Plerumque enim paulo ante petitionem magisterii jus boetorum quærunt, ad evitanda onera, præcipue adventantes excipiendi.

XLIII. Dummodo subeat annum probatorium, quo durante ipse, ein Jahr-Geselle nuncupatur, ut interim tumabilitas operandi, tum vita ante acta, certius explorari possit.

XLIV. Hoc tempus plerumque statò anni die incipit, & continua ferie decurrit, ac ea ipsa in urbe, ubi inter magistros cooptari vult, penes magistrum, a collegio assignatum, pro mercede valde exigua operæ præstandæ sunt.

XLV. Dummodo exacto anno probationis (qui quidem filiis magistrorum remittitur, & penes collegia quædam cum tempore sollicitationis coincidit) per tria trimestria sollicitaverit, & interea operas pro viliori mercede continuaverit, ubi simul arrha collegio offerenda, & termini sub pœna nullitatis ubique accurate observandi sunt: **Er muß drey mahl in drey Quartalen muthen, und den Muth-Groschen erlegen.** BEIER. *d. l. c. 6.*

XLVI. Hinc sequi debent artis specimina, die Meister-Stücke proprio ingenio manumque coram deputatis ex materia, proprio ære comparata, in loco a collegio assignato, intra spatium præfinitum, ad an. ussim artis elaboranda. BEIER. *d. l. c. 8.*

XLVII. Si in speciminum elaboratorum examine defectus vel error pateat, unicus quidem notabilis, aut plures exigui, emenda expian-

expiantur; plures vero notabiliores repudium conciliant, idque pro re nata, vel ad tempus, vel in perpetuum.

XLIX. At tempus fieri solet ad majus vel ad minus pro erroris quantitate, ut scilicet denuo vel sollicitare, vel etiam aliquando peregrinari teneatur.

XLIX. In perpetuum, si neque tertia vice artis peritiã ostenderit, ubi in posterum nunquam ad sollicitationem admittitur.

L. Succedit convivium, *das Meister-Essen*, cujus etiam tum, quando necessitatem conficiendi speciminis remittunt, nunquam obliviscuntur; de quo & aliis conviviorum opificalium generibus agit BEIER. *d. l. c. 9.*

LI. Convivium comitantur sumtus alii, quos in universum enumerat BEIER. *d. l. c. 10.* utpote merces pro collegis convocandis, pro arca referanda, symbolum sollicitationis trina vice pendendum, merces pro inscriptione, redemptio licentiæ materiam futuri speciminis pro arbitrio comparandi, epulum iis, qui actui elaborandi speciminis interfunt, præstandum, quod vocant, *das Materien-Essen*, & ut plurimum ad certam pecuniæ summam transigunt, pecunia magistralis, vulgo *das Meister-Recht*, diversæ quantitatis, & alicubi ad 24. Imperiales assurgentis, symbolum ad supellectilem collegii militarem, funebrem & oeconomicam, ceraticum, *das Wachs-Geld*, aliæque expensæ, ad pias causas destinatæ. Denique alicubi redemptio juris negotiandi in operibus a se confectis, nundinasque domesticas & extraneas frequentandi.

LII. Cumque collegia opificiaria pro sumtibus hisce augendis, contra magistratus & candidati pro imminuendis laborent; varia desuper nascuntur litigia, quibus componendis sæpiuscule nec principalis auctoritas sufficit.

LIII. Aliquando tamen princeps jure dispensandi constituit, ut alicui magisterii candidato sumptus consueti remittantur, qualis vulgo vocatur *ein Gnaden-Meister*.

LIV. Aliis etiam necessitas consuetudines opificii servandi remittitur, atque tales vocantur *Frey-Meister*, *die an Handwercks-Brauch nicht gebunden seyn*.

LV. His itaque præstitis vel legitime remissis, magister

ster demum evadit, & consequitur facultatem omnia, quæ statuto aut more ad hoc opificii genus pertinent, efficiendi, docendi, dijudicandi, negociandi, prohibendi, collegio nec quicquam impediante. BEIER. *d. l. c. 11. & 12.* Dummodo tamen in plerisque opificiis uxorem etiam duxerit. BEIER. *de domesticis opific. c. 2 n. 54. & seqq.*

LVI. Remittuntur vero saltem ex parte filiis magistrorum, de quo prolixè BEIER. *de domest. opif. c. 9. 10. 11. & 12.* quin & iis, qui viduam vel filiam magistri ducunt, *die auf ihre Meisterin oder eines Meisters Tochter muthen.* BEIER. *in magistr. c. 12. n. 417. seqq.*

LVII. Constituitur simul sodalis collegii ejusque emolumentorum, *er nimmt Theil an der Lade*, ita tamen, ut, ubi collegia generalia aut diocesana, *die Kreyß-Laden*, in usu sunt, iis etiam pars sumtuum præstetur. add. BEIERI *magister cap. 10. n. 334.*

LVIII. Ita in Saxonia Electorali saponarii obtinuerunt quatuor arcas diocesanas, primariam Fribergæ, reliquas Torgaviæ, Zwickaviæ & Dresdæ, quibus omnium urbium Saxonicarum collegia, ad hoc opificium pertinentia, subsunt.

LIX. Sigillatim Torgaviensi annumeratur *der Chur- und Unter-Crayß*, als Leipzig, Eulenburg, Borna, Wurzen, Grimmen, Gotwik, Seiffaym, Herzberg, Bessen, Schweinitz, Wittenberg, Zana, Welzig, Numeck, Brücken, Rochlitz, Leisnick, Oschaz, Mutschchen, Strela, Mühlberg, Liebenwerth, Naumburg, Merseburg, Weissenfels, Lützen, Begau, Sangerhausen, Eisleben, Quetlinburg, Damitsch, Schildau, Bretsch, Kemberg, Schmiedeberg, Zerbick, Bitterfeld, Delitsch und Lausig.

LX. Qui extra hanc diocesin magister factus opificium ibi exercere cupit, attestata legitimæ nativitatis, vitæ inculpatae, tyrocinii quadriennalis, peregrinationis per totidem annos, magistrerii impetrati & morum collegii observatorum a magistratu & saponariorum in loco domicilii mutati producere, convivium magisteriale exhibere, & triginta insuper Imperiales collegio pendere tenetur, quorum quinque præfecturæ Electorali, 5. Senatui urbis, unus ærario ecclesiastico solvitur, novendecimarcaæ accedunt.

LXI. Atque hoc jus tamdiu retinetur, quamdiu quis eo in loco, ubi impetravit, sedem fixam retinet. Alio concedens, jus magiste-

rii in loco, ad quem se contulit, consueta pecuniæ summa redimere & attestatis, positione præcedente enumeratis, personam suam legitimare, demum ad prisca sedes reversus, jus idem denuo redimere tenetur. BEIERI *magister c. 11. n. 391. seqq.* EJVSDEMQVE *Tractatus de jure prohibendi c. 11. per totum.*

LXII. Aliquando tamen, antequam opificio per omnia satisfecerit, permittitur ipsi, non tanquam collegæ, sed tanquam civi, jus opificii propria manu exercendi, dummodo scilicet nec socios alat, nec pueros doceat, & a conventibus atque emolumentis collegii abstineat.

LXIII. Amittitur quoque jus collegii, si quis onera consueta detrectet, vel conventus negligat, (ubi ipse itidem opificium exercere non prohibetur) aliisque modis, de quibus BEIER. *d. l. c. 13.* deque matrimonio minus casto aut honesto IDEM *de domesticis opificum. c. 3.* & im *Handwercks-Meister, cap. 4. n. 131. seqq.*

LXIV. Magistris legitimis opponuntur turbatores seu turbones, die Stöhrer, proditores vulgo Fretter, & clancularii, Böhne-Haasen oder Pfuscher, nec non in quibusdam opificiis ambulatores, qui per vicos & domus emtorem quærunt, die Haußierer, de quibus BEIERVS *in magistro c. 14. & 15.*

LXV. Atque hi expelli possunt, nisi in locis privilegiatis & a jurisdictione civitatis exemptis operentur, v. g. an Fürstlichen Höfen, auf Dom-Höfen, Vicarien-Häusern, de quo BEIERVS *d. c. 14.* eoque pertinent factores in ædibus collegiorum Academicorum Lipsiensium subsistentes, die Collegien-Schneider.

LXVI. Deprehensi quoque variis modis, imprimis corruptione eorum corporis membrorum, quibus ad artis executivum quam maxime indigent, affiguntur, v. g. turbonibus in opificiis sartorum pollex digiti frangitur, vel acu transfigitur, quod tamen nullo jure permittitur, & a magistratu serio inhibendum est.

LXVII. A turbonibus differunt ii, qui analogatum alicujus opificii ignobilius constituunt, & regulariter in gratiam pauperum tolerantur, v. g. apud sartores, die Hosen-Röche, apud sutores veteramentarii, die Altreissen, apud pistores, die Wetschelbecker, apud laniones, die Kästerer. conf. BEIERVS *d. l. c. 16.*

LXVIII.

LXVIII. Viduabus magistrorum continuatio opificii permittitur eo usque, ut alicubi etiam tyrones docere possint, dummodo experto boeto, quem plerumque ex quavis officina eligere possunt, instructæ sint, qualis apud sartores, Taffel-Schneider, apud sutores, Bret-Meister, apud fabros lignarios, ein Polierer, apud pharmacopolas, provisor appellatur; murarii vero aliique viduabus opificii continuationem non permittunt.

LXIX. Binis opificiis addictus unus idem esse non potest. BEIERS *de jure prohibendi c. 2.* Neque regulariter negotiationem opificiariam in duabus tabernis simul exercere licet. *conf. BEIERS ibidem c. 3. n. 110.* Quemadmodum & duo magistri eandem officinam communem habere non possunt. BEIERI *Advocatus opific. c. 5. S. 17.*

LXX. Neque opificium exercere potest in materia sordida, b) pro qua tamen non habetur corium humanum in anatomia medica

K 2

cada-

b) Also wolten die Ober- und andere Meister bey der Haupt- und Trefß-Laderer Weiß- und Sehmisch-Gerber nicht leiden, daß Lorenz Drechsler, ein Weißgerber zu Merseburg, aus denen Flechsen von umgefallenen Viehe, welches die Caviller abziehen pflegen, Leim sieden möchte, und hatten ihm deshalb einen Revers bey 50. Rhein. Gold-Gülden Straffe abgeschwa-
 het: Beklagter urgirte, das sey ein Eigensinn; er zöge ja die Flechsen nicht aus dem Luder, sondern das thäten die Schinder-Knechte, und genössen das Geld als ein accidens, nachdem aber die vilior operatio præoccupiret, sey die materia nicht mehr turpis, sondern ad operationes nobiliores apta; das ganze Rothgerber-Handwerck brauche dergleichen Flechsen zum Leim-Wasser bey ihrer Handthierung, und hätten mit nichts, als solchen Vieh-Häuten zu thun; die Seiffen-Sieder erhandelten den Talg von denen Abdeckern, und versötten ihn; die Tuch- und Zeug-Macher erkaufften das Kamm-Fett von denen umgefallenen Pferden; die Seiler kaufften die Schwänze davon, schnitten die Haare ab, und überliessen die Bürzel den Weißgerbern, welche auch Hund- und andere Felle ausarbeiteten; die Schmiede kaufften von denen verreckten Pferden die Huff-Eisen; die Kam-Macher das Horn; die Sattler die Haare; und sey das Leim-Sieden aus denen Flechsen von alten Zeiten her üblich, immassen der beste zache Leim daraus würde; Beklagter könne nicht lesen, wisse nicht, was er unterschrieben, zc. wolle denen Klägern den Eyd deferiret haben, daß sie es ihm nicht vorgelesen. Daher man in Ansehung, daß er ein sehr simpler Mann, auf die Eydes-Relation erkannt in *Facult. Vitemberg. mens. Sept. 1713.*

cadaveribus punitorum detractum. CARPZOV. P. 3. Q. 173. n. ult.
KLEIN. disp. jur. 7. C. 3. n. 61. seqq.

LXXI. Neque illatas injurias tacite concoquere potest, nisi ab exercitio vel saltem conventu opificii, donec famam contra injuriantem defendat, suspendi malit, quam quidem consuetudinem irrationabilibus, c) merito annumerat KLEIN. in disp. jurid. p. 36.

LXXII. Cæterum de artificibus palatinis, de collegiis, de officinis & tabernis, de instrumentis, de convitiis, deque domesticis opificum, nec non de jure prohibendi & de jurisdictione d) ac processu

e) Vnde, cum Joh. Jacob Müldnerus, pistor Franckenhufanus, a collega suo Philippo Leisnero symbolam in conventu solenni, den Auflege Groschen, accipere nollet, quod mulier aliqua hunc einen Schelm und Häschel vocasset, atque ut has injurias prius vindicet, urgeret; hic adversus illum actione injuriarum experiebatur, ad quam peractis probationibus Scabini Lipsienses Mens. Febr. 1708. pronunciabant. Daß Beklagter seines Vorwendens ungeachtet: Klägern der libellirten injurien halber eine Christliche Abbitte und Erklärung vor Gerichte zu thun, auch alle verursachte Unkosten nach vorgehender deren Liquidation und richterlichen Ermäßigung abzustatten schuldig, und wird hierüber 8. Tage lang mit Gefängniß, oder um vier alte Schock in Straffe billig genommen. Reus, interposita leutatione, imprimis urgebat consuetudinem opificiorum, & ex parte sui deficientem animum injuriandi, quodque injurias relative tantum proposuisset, eoque ipso a Scabinis Halensibus mens. Jul. 1708. sequentem obtinebat sententiam: Daß die Leuterung ihrer formalien halber zu recht beständig; ratione materialium aber aus denen Actis nunmehr so viel erscheinlich, daß Beklagter und Leuterant von der wider ihn angestellten Injurien Klage zu absolviren, jedoch bleibt Klägern und Leuteraten frey, diejenige Frau, welche die schimpffliche Reden geführet, zu belangen. Verum actor ab hac sententia leutationem similiter interponebat, eaque impetrabat, ut Scabini Vitembergenses M. Mart. 1709. repudiata Halensi, Scabinorum Lipsiensium sententiam denuo amplecterentur & confirmarent: Nunmehr aus denen Acten so viel zu befinden, daß es der von Beklagten eingewandten Leuterung ungeachtet, bey dem am 25. Febr. des jüngst verwichenen 1708ten Jahrs eröffneten Urtheil billig bleibt.

d) Eam exiguam esse & valde restrictam, docet responsum Jenense, quod exhibet BEIER. in Advocato opifical. cap. IV. §. 17. seqq. multo minus, si opifex crimen publicum commiserit, sed extra ordinem punitus sit, atque adeo reatus sublatus, ipse denuo a collegio puniri potest. BEIER. d. l. §. 12. seq.

su eorundem totidem tractatibus singularibus egit sæpe laudatus ADRIANVS BEIERVS, quem vastum opus juris opificiarii jamdudum meditatam esse & ante biennium propemodum absolvisse, catalogi nundinales Lipsienses docuerunt.

CAP. XVI.

De

Jure braxandi.

I.

Ius braxandi non rusticis, nec nobilibus regulariter, sed civibus specialiter dictis, seu burgensibus, competere, constans doctorum assertio est, multis ordinationibus politicis comprobata. vid. TABOR *de jure cerev. tractatum Vol. I. pag. 603. seqq.* SCHOEPFFER. *tractatu peculiari de jure braxandi P. 1. C. 2. n. 350. usque ad 859.* ubi consilium JACOBI SCHVLTES in favorem urbis Geræ conceptum & hucusque anecdoton, sed pro ratione illorum temporum accurate & diligenter elaboratum, cum suffragiis Jctorum Vitebergensium, Lipsiensium & Dicafterii Pragensis exhibet. add. CARPZ. *P. 2. Const. 6. D. 4. § 5.* Ibiq. ESBACHIVS *in notis.*

II. Verum hoc, recte evolutis autorum sententiis, de cerevisia venali, non ad usus proprios coëta, intelligendum esse colligitur. conferantur supra allegati & CARPZ. *d. l. D. 7.*

III. Imprimis hæc prohibitio obtinet in pagis & castris intra miliare ab urbe distitis, *arg. Juris Prov. Sax. Lib. 3. art. 66.* Man mag feinen Marck bauen, dem andern eine Meile zu nahe. Ubi Marck bauen ex mente glossæ & Doctorum idem est, ac bürgerliche Mahrung treiben.

IV. Sed quænam quantitas milliaria? a quo termino & ad quem? & quonam ductu computandum est?

V. Primam quæstionem de quantitate milliaria ita decidit *Glossa ad art 66.* Eine Meile Weges soll von Rechts wegen haben 60. Gewende und ein jedes Gewende 60. Ruthen und eine Ruthe 7½ Ellen.

VI. Eamque dimensionem olim probasse Scabios Lipsienses, ostendit eorum sententia, Weichbild Saxonix subjuncta, Tit. ob G

Delleute auf ihren Lehn-Gütern mögen Bier brauen. Ad quam tantum non omnes provocant, SCHVLTZIVS in *Synopsi Inst. Tit. de excus. tut. lit. 1.* COLERVS *Decis. Germ. P. 1. Dec. 215.* SCHNEIDEW. ad §. 5. n. 40. *seqq. Instit. de Action. CARPZOV. P. 4. C. 84. D. 12.*

VII. Neque de incertitudine metuendum esse dicunt, si per ulnam duo pedes geometrici intelligantur, wenn nach der **Werd-El-len** wird gerechnet.

VIII. At hoc dubium multo gravius, quod, cum milliare germanicum maximum sit viginti quinque millia pedum seu quinque millium passuum geometricorum; milliare Saxonicum ex jam dicta computatione sit decem millium octingentorum passuum, atque adeo mensuram milliaris maximam plus, quam altero tanto superet.

IX. Quæ ratio B. ZIEGLERVM aliosque hujus loci antecessores movit, ut ille in *tract. de juribus majest. Lib. I. c. 43. §. 8. seqq.* suffragantibus collegis deserta computatione Saxonica calculum geometricarum sequatur, & quidem milliaris mediocris, quod quater mille quingentorum passuum est, exhibitis decidendi rationibus ad Serenissimum transmissis, nec non responso ad D. JOH. GEORG. MARSMANNVM anno 1672. dato. Aliud responsum Vitebergense pro eadem sententia conceptum exhibet Dominus WERNHERVS in *conclus. forens. mens. Octobri 1704.* in cathedra hac ventilatis. Adde BERGER. *supplem. ad electa process. possess. tb. 13. pag. 19. seq.*

X. Verum iisdem se opponit Dominus JOH. HENR. MYLIVS, *Scabinus Lipsiensis*, in *concl. quibusdam forensibus*, respondente filio suo Lipsiæ propositis, Saxoniam computando rationem adstruens; eandemque sententiam Lipsienses Juri in scabinatu æque ac Facultate Jur. tuentur.

XI. Atque horum opinioni ego quidem subscribendum esse censeo; modo notetur, hoc privilegium, cum proprie tale non sit, sed medium jus commune civitatum conservandi, ampliandum potius, quam restringendum, nullum incolis pagorum ex privatione rei, quæ ad ipsos non pertinet, præjudicium enasci, hanc computandi rationem non a Scabinis Lipsiensibus excogitatam, sed longo rerum usu & inveterata consuetudine ad eos propagatam, neque adeo lege
scripta

scripta opus esse, ubi observantia & consuetudo negari non potest. conf. MARSMANNI *Miliologia passim*, & MYLIVS *d. l. concl. 10.*

XII. Terminum computationis a quo non constituunt mœnia urbis, quod quidem videtur COLERO *P. 1. Dec. 215.* & WEHNERO *in observ. practicis voce Meile*; sed extrema suburbiorum ædificia. ZIEGLER. *de juribus majest. d. l. n. 15.* MARSMANNI *Miliologia c. 8. membr. 1.* Atque hæc posterior sententia hodie certa est, nisi quod priorem in Thuringia prævalere testetur DILHER. *in continuatione sbesauri practici Besoldiani voce Meile.*

XIII. Terminus ad quem non esse videtur sepes pagi, neque proxima prædia neque extremitates partis pagi adversæ; sed id ipsum ædificium, de quo, an intra milliare situm sit, quæritur, v. g. domus braxatoria, caupona, officina fabri ferrarii & similia. ZIEGLER. *d. l. n. 16. seq.* atque id ipse intellectus phraseos indigitat, ob die Schenke *ic. binnen der Meile gelegen.*

XIV. Ductus seu linea computationis non recta est secundum poli elevationem dimensa, neque per compitam, qua solum ambulatur, sed per viam regiam ducta.

XV. Neque attendenda distinctio eorum, qui in materia privilegiorum lineam potius rectam, quam viarum anfractus sequendam esse malunt; quoties enim de propinquitate prædii quæstio est, semper eo respiciendum esse videtur, quam propinquus ad istud sit aditus.

XVI. Eximuntur vero ab hac prohibitione in Saxonia Electorali veteres cauponæ hæreditariæ, die alten Erb-Kretschmar, quibus aliquando non nisi jus vendendi, aliquando etiam jus braxandi competit.

XVII. Posteriori casu anticipare initium & prorogare terminum ejus anni temporis, quo urbes proximæ braxare incipiunt & desinunt, haud licet. *ordd. Proc. Saxon. de anno 1482. & 1555.*

XVIII. Nec nisi minutim cerevisiam vendere regulariter possunt, sie mögen wohl verzapffen, aber nicht verschrotten.

XIX. Aliquando certis tantum anni spatiis cerevisiam, ibidem costam, vendere licet, qui terminus ut plurimum a die Jacobi ad diem Michaelis decurrit.

XX. Præ-

XX. Præscriptio vero in hac materia non attenditur, nisi immemorialis, *a)* & disceptatio summaria in controversiis adhibetur.

XXI. Probatio hujus juris nobilibus & rusticis olim, deficiente licet contradictore, injungi poterat. Hodie non, nisi urbes aliive, scilicet vicini nobiles, litem moveant.

XXII. Terminus probatorius est duorum mensium *b)* *Ord. Proc. d. l.*

XXIII. Interim vero dum quæstio juris competentis ventilatur, suo loco remanet possessio, atque adeo possessorium summarissimum hic recte adhibetur. *c)*

XXIV.

- a)* Quæ, qualis sit, vid. CARPZ. P. 2. Const. 1. def. 7. WERNH. conclus. forens. 165. aliosque quos allegavi ad posit. 9. ff. de usurpation. & usucapion.
- b)* Computandus von der Zeit, da einer angefochten wird, per quod non tempus institutæ actionis, sed probationis per sententiam, vim rei judicatæ adeptam, injunctæ intelligitur. WERNH. obs. forens. 198. Huc pertinet sententia Scabiorum Lipsiensium mens. Julio 1706. an den Amtmann zu Wolckenstein, in causa des Nath's zu Martenberg contra Christoph Hartwigen: Diemeil Beklagter des geklagten Bier-Schanck's geständig, darneben aber, daß er dessen befugt sey, vorgeschützet: So ist er solch sein Befugniß in doppelter Monats-Frist, Klägers Gegen-Beweis, Eydes-Delation, und anderer rechtlichen Nothdurfft vorbehältlich, wie recht, zu erweisen schuldig; jedoch wird derselbe bey der possess vel quasi angeregten Bier-Schanck's pendente lite billig geschützet. Scilicet reus possessionem XXXI. annorum & diei Saxonici demonstraverat.
- c)* Aliud in Saxonia Electorali vi conventionis, inter ordinem equestrem & urbes initæ, & speciali edicto de die ultimo Decembris 1676. confirmatæ; ubi disponitur: possessionem contra legem provincialem non relevare, nisi sit immemorialis, atque adeo nec summario, nec ordinario possessorio locum esse. Verum ista conventio in subsecutis comitiis anno 1689. fuit suspensa, & omnia ad priscum statum revocata. Quamobrem nec jus prohibendi, priscis cauponis in dicta conventionione tributum, hodie locum habet, quandoquidem ordinationes provinciales ERNESTI & ALBERTI de anno 1482. MAVRITII de anno 1551. sed & AVGVSTI Electoris in urbium fovorem disponunt. Ita cum Laurentius Greiff, caupo in Galschiz, contra Georgium Kretschmar in Walsdorff jus prohibendi urgeret, *Facult. Jurid. Lipsiens. April. 1692.* pronuntiavit: Daß Beklagter auf die erhobene Klage sich einzulassen nicht schuldig, da hingegen Kläger die aufgewandte Unkosten demselben zu erstatten

XXIV. Sed neque omnibus burgensibus braxare licet: Necessesse enim est, ut quis domum, cui hoc jus adhæret, possideat.

XXV. Idque ut plurimum ad certam mensuram seu numerum, v. g. daß manches Haus zwey oder mehr biß sechs Biere oder Gebräude brauen könne. Alibi omnibus ædificiis, quæ quidem aliqujus momenti sunt, juxta seriem ordinis hoc competit. conferatur
SCHOEPFFERVS *Part. 1. c. 4. n. 20. usque ad 36. it. n. 99. seq.*

XXVI. Jus braxatorium habendi alibi omnibus ædibus, jure cerevisiam coquendi pollentibus, competit, ubi sartagine commo- dato accipi solent; alibi quibusdam tantum ex privilegio tribuitur.

XXVII. Certa quoque polentæ quantitas præscribitur, & cerevisiæ coctores, nec non molitores, ne in modo præscripto excedant, vel deficient, jurejurando constringuntur, daß nicht zu viel geschüttet noch gegossen werden.

XXVIII. Modum braxandi & elogia cerevisiæ exhibet
SCHOEPFFERVS *P. 1. c. 3. n. 80. seqq. nec non aliquot precedentibus.* Nos inde tantum observamus: cuicumque jus non est cerevisiam coquendi, ei nec jus est polentam præparandi; & cui illud competit, ei hoc denegari non potest.

XXIX. Braxatio publice institui debet, atque adeo ubique prohibetur

ten pflichtig. Eamque sententiam *supremus appellationum senatus mens. Febr. 1694.* confirmavit. Simili modo laudatissimus *senatus* in causa possessorum cauponæ zu Zehren, contra den Schencken zu Welckisch, *Term. Trinit. 1689.* pronunciavit, & contrarias sententias *Facultatis Vitembergensis & Scabinatus Lipsiensis* correxit. Ita cum Christoph Arnold & Johann Rößler, zu Klein-Miltitz, vicino nobili J. T. de Brætau, in Schönau jus braxandi & zythopolium dubium redderent, & d. 29. Mart. 1690. sequentem sententiam obtinerent ex *Facultate Vitembergensi*: Daß Kläger 2c. zur Nothdurfft erwiesen; Derowegen Beklagten Principal des Brauens und Schenckens auf seinem Guthe Schönau, auffer so viel er vor sich und die Seinigen zum Tisch-Trunck benöthiget, sich zu enthalten, und weil er dessen denen Landes-Ordnungen zuwider sich angemasset, die darinnen gesetzte Straffe derer 100. fl. zu erlegen, so wohl die verursachten Unkosten 2c. zu erstatten schuldig; atque hæc sententia a *Facultate Juridica Viadrina d. 17. Augusti 1691.* confirmaretur: appellatione interposita, tota ista sententia *mens. Septembr. 1693.* corrigebatur, reusque ab actione, multa & expensis absolvebatur.

hibetur clandestina, quam vocant *Kessel-Bier brauen*. *Resol. Grav. Sax. de anno 1661. tit. von Justitien-Sachen, §. 122. conf. SCHOEPFF. P. 1. c. 4. n. 37.*

XXX. Et cerevisiæ venali certum pretium a magistratu constituendum est.

XXXI. Cæterum opus non erit, ut exceptionibus, a regulis supra traditis, diu immoremur, quo refero licentiam extra ordinem braxandi, v. g. *Quedlinburgi, das Hochzeit-Bier oder Hochzeit-Brenhan*, de quo more dubias aliquot præstiones subjunctis præjudiciis decidit *SCHOEPFF. P. 2. c. 2. n. 59. usque ad 155.*

XXXII. Num vero jus praxandi vel singulis vicibus vel in perpetuum absque prædio in alium transferri possit, ex cujusque loci observantia decidendum est, regulariter vero negandum, conf. *SCHOEPFF. P. 3. c. 2. n. 13. seqq.*

XXXIII. Atque ex dictis jam intelligimus definitionem a *SCHOEPFFERO P. 1. c. 1. n. 41.* propositam: jus braxandi est jus reale publicum, quo mediante civi id habenti, cerevisiam ex materia apta, justo servato ordine, ad suam suorumque utilitatem coquere licet.

XXXIV. Vnum adhuc, ne sine lege loquamur, observandum est, cerevisiæ mentionem fieri in *L. 9. pr. ff. de tritico, vino vel oleo legato*, qui textus crucem non unam fixit interpretibus. Verum nihil exinde discimus, quam zythum sub nomine vini non contineri, quod quidem nemo nostratum rusticorum ignorat.

XXXV. Neque apud nostrates magni usus erit quæstio, utrum, qui jure braxandi gaudent, mercatoribus, an opificibus annumerandi sint? de qua vid. *HERTIVS Tom. 3. opusc. p. 452. paræm. 41. TABOR. de jure cerevisiario c. 4. n. 5.* Quin senatum Frisicum eos, qui cerevisiam per dolia integra vel dimidiata vendunt, pantopolis, quos mercatores grossarios vulgo vocant, annumerasse, refert *SANDE Decisionum Fris. L. 4. tit. 6. Def. 2.*

CAP. XVII.

De

Jure hospitiorum publicorum & cauponarum, von
Gast-Höfen und Schenck-Stätten.

I.

CUm diverforia publica & cauponæ nonnisi gradu differant, eadem fere de istis, quæ de illis dicenda sunt.

II. Et quidem, quod ad cauponas in vicis attinet, eæ, quatenus urbibus præjudicant, regulariter non tolerantur, ^{a)} de quo cap. præc.

III. An vero cauponam privilegiatam, intra milliare ab urbe sitam, in alium locum transferre liceat, disquiritur? affirmat cum **RICHTERO** Vol. 1. P. 1. Consil. 56. **SCHOEPFF**. de jure braxandi P. 4. c. 2. n. 21. usque ad 24.

IV. Verum negativam, si præjudicium alteri inde immineat, prævalere præter argumenta a molendino (de quo **RICHTER**. P. 3. Dec. 131. **CARPZ**. P. 2. C. 4. D. 10. n. 2. **HERING**. de molendinis qu. 9. **KNIPSHILD**. de juribus civit. L. 5. c. 26. n. 36.) & ovili (**COLERVS** Decis. Germ. 218. **BERLICH**. P. 2. concl. 49. n. 11.) petita aliaque etiam usus ostendit.

V. Ita cum cauponam, quæ in pago **Wiederstädt** intra milliare ab urbe **Heckstädt** reperiebatur, ad viam regalem transferre niterentur pagi istius possessores, & senatus **Heckstedensis** propterea anno 1688. querelam moveret, causa prolixè ventilata, demum a **Scabinis Lips.** M. Febr. 1693. pronunciabatur, cauponam ibidem extrui non licere, nisi probari possit, eo in loco jam olim extructam esse, quam sententiam, leutatione a reo interposita, mens. Febr. anno 1703.

L 2

con-

^{a)} Sed per ordinat. Provinc. Elect. Sax. de anno 1555. constituta poena centum florenorum prohibentur; quæ multa ipsi Principi cedit: add. Landes-Ordnung de anno 1482. §. des Melzens und Brauens. Ausschreiben de anno 1551. Resol. Gravam. de anno 1612. tit. von Justitiensachen. §. 26. Resolut. Grav. de anno 1661. eod. tit. §. 118. Ausschreiben die Brau-Nahrung betreffend, de anno 1676.

confirmavit *Facultas Jurid. Lips.* ac demum appellatio ab eo interposita *M. Sept. 1704.* a SERENISSIMO rejecta fuit.

VI. Eodem modo nova hospitia vel diversoria in urbibus in præjudicium veterum instituere non licet, neque possessio, nisi immemorialis, attenditur, atque ita respondit *ordo noster mens. Aug. 1670.*
an Heinrich Schreyen, Amtmann zu Woldfenstein, und Elisabeth Fraulobin zu Wurzen.

VII. Atque illa hospitia publica signis solennibus, portæ superimpositis, in urbibus indicantur.

VIII. De horum origine ita mihi videtur: Nobiles potiores, Comites, quin & aliquando ipsos Principes primitus ejusmodi hospitia publica extruxisse, & privatis hominibus locasse, neque hæ ædes publicæ in sortem privatorum detrudantur, atque ut commodo peregrinantium consulatur, insignia sua iisdem affixisse.

IX. Postmodum privatos in oppidis, & cum primis in urbibus liberis, hunc morem imitatos, & facultatem hospites recipiendi jure proprio ac hereditario obtentam quolibet signo arbitrario & aliquando non satis congruo notasse.

X. Neque ergo est, cur hodie arcana antiquitatis germanicæ ex ejusmodi signis quæramus, cum hospitia privatorum commercio ubique pateant.

XI. Inde tamen esse puto, quod hodieque die *Verleihung der Tavernen*, i. e. locorum, ubi hospites recipiuntur, pro actu jurisdictionem probante quibusdam in locis habeatur.

XII. Nec non, quod jus erigendi diversoria a nonnullis ad regalia referatur. *SCHOEPFF. de jure brax. P. 4. c. 2. n. 16. ibique allegati.*

XIII. Cæterum nonnullæ cauponæ ita privilegiatæ sunt, ut simul jure prohibendi, ne quis aliunde potulenta emat, gaudeant; ita *des Banweins* meminit *LEHMANNVS in Chron. Spir. L. 4. c. 22. p. m. 351. & L. 5. c. 121. p. 656.* de *scytopoliis* vero hoc jure instructis, *von Zwang: Schencken* agit *SCHILT. Exerc. 18. tb. 4. & CARPZ. L. 1. R. 66. add. Schoepff. P. 4. c. 2. n. 41. usque ad 58.*

XIV. Ne vero advenæ in pretio victus nimis circumveniantur, ordinationibus quorundam locorum, imprimis *provinciali Anbaltina* *tit. 28. nec non Gothana P. 2. c. 3. tit. 19.* cautum est, ut statis temporibus e-

sculen-

sculentorum & potulentorum pretia determinentur, tabulisque, in quovis diversorio suspensis, publice denuncientur.

XV. Contra hospitibus ubique licet, advenarum, symbolas non solventium, equos, merces, vestes, quin & ipsas personas detinere, usque dum de pretio satis factum sit. WEHNERVS in observ. pract. voce Wirth. CARPZ. P. 1. const. 39. D. 18. n. 5. & P. 2. C. 25. D. 22. & n. 4. seqq. SCHOEPFF. de jure brax. P. 4. c. 2. n. 59. usque ad 69. ibique plures.

XVI. Hospiti tamen, vestem advenæ detrahendi, cui postea frigore pereundum fuit, multam decem uncialium piis causis impendendam dictatam fuisse, refert BESOLDVS in Thesauro pract. voce Gast.

XVII. Quin & alicubi debito pro victu ad annum usque jus prioritatis in concursu creditorum tribuitur. vid Statuta Hamburg. P. 2. tit 5. art 6.

XVIII. In Saxonia Electorali per Edictum militare anno 1686. publicatum §. 1. hospitia ab actuali militum receptione libera esse jubentur, & cauponibus facultas pecunia metatas redimendi permittitur.

XIX. Alibi & sigillatim Norimbergæ hospitibus etiam jus pecora pro lubitu ad usum hospitii mactandi tribuitur, qua de re BESOLDVS in thesauro pract. voce Gast.

XX. Denique de receptis, a caupone restituendis, quo solo themate integra fere de cauponibus materia in commentariis juris civilis absolvitur, ad Tit. ff. nautæ, caupones, stabularii ut recepta restituant, actum est.

C A P. XVIII.

De

Jure geranii & stapulæ. Vom Krahn- und
Staffel-Recht.

I.

HÆc jura, cum ad regalia pertineant, atque adeo in juris publici tractatione ventilari soleant vel debeant, brevibus saltem perlustranda erunt, deque iis videri poterunt SCHOTTEL.

de singul. Germania Juribus c. 24. 26. COCCEJVS jur. publ. c. 23. n. 57. ZIEGLER. de juribus majest. L. 1. c. 42. WEHNERVS, BESOLDVS & SPEIDELIVS voce Krahn-Recht & Staffel-Recht, cum primis BENJAMIN LEVBERVS in tractatu Germ. Magdeburgischer Stapel-Unfug.

II. Imprimis disquirendum, quomodo jus geranii, stapulæ, nundinarum & emporii differat.

III. Primum a geranio, machina tractoria, rostrum ciconiæ prope modum referente, denominatum, est jus inquirendi in merces quascunque, præprimis itinere navali prætervectas.

IV. Cumque jus istud nullam merces vendendi necessitatem inferat, sed solum defraudationi vectigalium obicem ponat, inde a STAMLERO *de reservatis Imper. §. 61.* jus stapulæ minus plenum vocatur, verum id a stapula plane separare præstabit.

V. Etenim jus stapulæ cum vectigalibus nihil habet commune, & multa loca, facultate vectigal exigendi instructa, jure stapulæ destituuntur, ac viceversa.

VI. Contra jus geranii juri vectigalium annexum est, neque dubito, illud absque speciali concessione in quovis loco, qui jure vectigal exigendi pollet institui posse, conf. KLOCKIVS *de contributionibus c. 1. n. 272.*

VII. Atque adeo licet in verbis faciles esse debeamus, in re præfente tamen confusio multum præjudicat.

VIII. Jus a) stapulæ ab aliis ad solas merces, navali itinere prætervectas, unde *Schiffs- & Anlândungs-Zwang*, ab iis vocari amat, LEVBERVS *n. 1497*, LEHMANN. *in Chron. Spirens. l. 4. c. 12.* ab aliis ad ea, quæ eius potusque causa sunt, restringitur, & hi *Staffel-Güter* distinguunt *von Markt-oder Meß-Gütern*, COCC. *jur. publ. c. 23. n. 57.*

IX. Neutrum recte, & Lipsia nec portu nec flumine navigabili conspicua, nihilo secius jure stapulæ gaudet.

X. Stapulam quoque ratione solorum esculentorum & potentiorum

a) In æquitatem stapularum inquit PVFFENDORF. *de J. N. & G. Lib. 3. cap. 3. §. 6.* ubi vide HERTIVM *in annotat.*

lentorum institui posse non nego; at stapulam, generaliter concessam, ad ea sola restringi nemo persuadebit.

XI. Quin & alicubi jus stapulæ certis anni temporibus adstrictum est, quod tamen perinde in dubio non præsumitur.

XII. Itaque jus stapulæ est facultas, certo loco per privilegium vel possessionem immemoriam competens, ut merces prætervehere non liceat, antequam ibi venum exponantur.

XIII. Ejusmodi vero privilegia, cum magno vicinorum præjudicio conjuncta, hodie absque Electorum congregatorum unanimi suffragio concedi non possunt, *Capitul Joseph. art. 12. seqq.*

XIV. Porro cum jure stapulæ jus nundinarum imperialium connexum non esse, urbes imperiales complures, e. g. Colonia, Spira Moguntia, Ratisbona, Ingolstadtum, Hamburgum, Brehma aliæque, stapula quidem, non vero nundinis pollentes, comprobant.

XV. Quin nec dum certum est, an jus stapulæ semper cum jure nundinarum imperialium cohæreat. Certe urbi Fribergæ in Wetteravia, quæ quotannis quatuor nundinis LVDOVICI IV. & CAROLI V. Imperatorum beneficio gaudet, jus stapulæ competere non memini. Idemque jus Lipsiam dudum post jus nundinarum impetrasse ex renovatione privilegii a CAROLO V. indulta, quam LEVBERS *n. 1699.* exhibet, discimus.

XVI. Cæterum de nundinis plura huc afferre opus non est, cum in eo themate tantum non omnes juris publici scriptores occupentur, conf. FRITSCHIVS *de reg. nund. jure.*

XVII. Jus emporii ex mente LEVBERI *n. 491. usque ad 500.* est privilegium, loco maritimo competens, ut merces undique libere eo convehantur, sed non nisi incolis vendantur, atque ab iis demum in externos transeant.

XVIII. Verum ipse fundamenta hujus definitionis dubia reddit LEVBERS *n. 493. & seq.* quemadmodum etiam, quod emporia portibus instructa esse debeant, non satis probat, *d. l. n. 500. & 505.*

XIX. Unicum monuisse sufficit, quodammodo, quod ipse asserit, Francofurtum ad Mœnum totius orbis emporiorum compendium dici potest, si id ipsum emporium non sit.

XX. Scilicet occasio erroris esse videtur, quod accessus ad emporia

poria liber esse debeat, unde vocantur Freye Niederlagen; liberum vero esse non crediderunt per alterius territorium, sed per mare, quod nullius est.

XXI. Vtrumque vero falsum; & accessum per alterius territorium liberum non esse; & omne mare esse nullius.

XXII. Emporium itaque denotare puto urbem, quæ jure stapulæ & nundinarum simul gaudet, eine rechte Handels Stadt: factum vero esse non diffiteor, ut hoc vocabulum civitatibus celeberrimis commodique imprimis accessus solo quidem stapulæ jure gaudentibus, verum ita frequentatis, ut perpetuas per integrum annum nundinas referant, tributum fuerit.

XXIII. Atque hinc alterius erroris, Hamburgo aliisque urbibus perquam commodi & injustandem conversi, accessio enata est: quia enim extranei statim tempore eo non confluunt, indigenæ emendi facultatem exclusis exteris occuparunt, eoque potentiam & opes quam maxime amplificaverunt.

CAP. XIX.

De

Investitura allodialium.

I.

Investituram non fieri de re plene propria in alterum translata, constantissima est & verissima doctorum opinio. SCHILT. exerc. ad ff. 3. tb. 123.

II. Vnde in feudo & emphyteusi investituram admittunt, non perinde in bonis censiticis.

III. Quodque in multis Germaniæ locis etiam bonorum censiticorum nomine investituræ renovatio petenda & laudemium solvendum sit, id ob affinitatem cum feudo & emphyteusi successu temporis, dominis jura sua latius extendentibus, præter regularem naturam contractus censualis ita receptum esse contendunt. vid. STRVVII Synt. Jur. Feud. c. 2. apb. 10. n. 3.

IV. Quid itaque dicemus de investitura allodialium immobili-
um,

um, prædiorum cum primis urbanorum, per integram, quantum constat, Germaniam & præsertim Saxoniam nostram usitata. *a)*

V. Eam enim ita necessariam esse credi cœpit, ut citra ipsam dominium immobilium transferri non possit.

VI. Et quamvis CARPZOVIO *L. 1. Resp. 102.* it. RAVCHBARO, *Berlichio* aliisque juris Saxon. Doctoribus hæc sententiam ex juris Germanici principiis defendentibus multa opponant FRANTZKIVS *L. 2. ref. 12.* RICHTERVS *de concursu creditorum c. 2. membro 19. n. 17. seqq.* STRVVIVS *Synt. Jur. Civ. exerc. 23. th. 109.* priorem tamen opinionem probavit SERENISSIMVS *Decis. Sax. nov. 61.*

VII. Quin eo usque progrediuntur interpretes, ut venditori, licet pretium acceperit, & rem privatim tradiderit, nondum facta resignatione eam valide oppignorare licere statuant. vid. *Dn. BERGER. in ref. ad ff. de actione emti qu. 4.* quam tamen assertionem dubiam reddit TITIVS *ad Lauterb. Obs. 569.*

VIII. Multis modis hic torquentur, qui, defixis in jus Romanum oculis, ulterius circumspicere non audent: alii enim priscam Romanorum mancipationem sibi hic imaginantur; alii prætendunt, obviam eundum esse inconstantiam hominum, ne contractus, postquam in iudicium deducti sunt, ita facile rescindant: interesse magistratus, nosse, quis immobilia, & quid quisque acquirat, an contractus rite celebratus, an forte ea in personam inhabilem transferantur: subesse hic non nisi cessionem & traditionem judicialem iudicisque non investituram, sed nudam confirmationem seu ad acta relationem, aliud esse, in *Lehn*, aliud in *Wirden reichen*, illud de censiticis, hoc de allodialibus prædicari; & id genus alia.

IX. Sed hæc rem nondum exhauriunt; aliud enim est confirmatio contractuum judicialis, aliud investitura, qua distinctione notata, omnes rationes jam recitatæ corruunt. add. *KLEIN. disp. jur. 8. c. 1. n. 117. usque ad 126.*

X. Neque dubium est, investituram proprie dictam subesse; non enim coram iudice res emtori a venditore immediate traditur, sed

a) vid. *Sächsisches Land, Recht Lib. 1. art. 8. & 52. Lib. 2. art. 24. Weichbild art. 20. 60. & 61.* cui parallela sunt loca in *Jur. Provinc. Alemann. cap. 308. & 311.*

sed judici resignatur, qui eam postea emtori concedit, es muß die Lehn aufgelassen und das Grund-Stück dem Käufer von der Obrigkeit in Lehn gereicht werden. Id quod vel sola vox resignationis & refutationis indicat.

XI. Alibi symbola quoque & solennia adduntur; Ita in perantiqua urbe Electorali Libenverda, fronde viridi interveniente, investitura allodialium immobilium peragitur, quod Torgaviæ, si recte memini, etiam receptum est; Ita jam olim res magni momenti hastæ, mediocres virgæ, minimæ culmi vel stipulæ interventu tradebantur. LEHMANNVS *Chronico Spir. L. 12. c. 30.* conf. SCHILT. *ad ff. exerc. 8. ad §. 5. lit. c.*

XII. Quin etsi res in heredem etiam suum devolvatur, ubi non transit dominium, sed solum continuatur, nihilominus investitura experientia teste impetranda est; cumque alias, si solum privatorum interesse verteretur, cuilibet suo periculo omittere investituram liceret, magistratus ex officio sub mulctæ indictione aliisque mediis coactivis eam, ut intra certum spatium a die rei privatim traditæ computandum impetretur, exigit.

XIII. Forte etiam dici potest, non a iudice proprie tali fieri investituram, sed a magistratu, inter quem utrumque magnam esse differentiam, infra ostendetur, atque id iterum experientia loquitur: die Belehnung geschieht nicht vor denen Stadt-Gerichten, sondern vor dem Rath.

XIV. Vnde sequitur, non recte hic applicari quæstionem, an resignatio ista & investitura sit jurisdictionis voluntariæ, an contentiosæ? in qua decidenda anxiam, sed parum proficuum industriam ostendit KLEIN. *disp. jurid. 8. c. 1. n. 53. usque ad 67.*

XV. Quis enim diceret investituram, quæ a Principe fit vassalis, aut a Nobili rusticis, fieri a Principe vel Nobili tanquam a iudice, præsertim cum sæpe alius sit dominus investiens, der Erb-Herr, alius dominus jurisdictionis, der Gerichts-Herr.

XVI. Quod si vero ab iisdem investitura fiat tanquam a domino, quidni etiam investituram prædiorum urbanorum a senatu, tanquam a domino, fieri dicamus.

XVII. Si quis excipiat, allodia, quorum possessor dominio pleno

pleno gaudet, non alium habere dominum; ædificia vero urbana ad allodialia referri: fateor posterius hodie ita videri, sed non olim.

XVIII. Et quid si dicam, investituram non fieri, nisi a domino directo, itaque prædia urbana non esse plene allodialia, sed senatui etiam quoddam dominii directi genus competere.

XIX. Quin etiam dabo, hoc dominium directum omnibus effectibus præter investituræ necessitatem hodie destitui, sufficere, evoluta investituræ origine, tum errores in ejus explicatione obvios evitari, & quæstiones intricatas promptius & verius decidi posse.

XX. Potissimus error, quo explicatio hujus materiæ difficilius reddita est, is esse videtur, quod omnes, in urbibus degentes, inde a prima ipsarum origine liberi homines fuerint per vulgare dictum: *Keine Henne flucht über die Mayen.*

XXI. Contrarium omnes propemodum rerum germanicarum scriptores, & imprimis LEHMANNVS in *Chron. Spir. L. 4. c. 14.* tuentur, qui posterior observat, omnes opifices, nautas, aurigas & id genus burgenses servilis fuisse conditionis usque ad HENRICVM V. Imperatorem, qui universos eos liberos esse voluerit, ab eoque tempore patricos a plebejis secerni cœpisse.

XXII. Quamvis autem istam libertatis prærogativam non adeo ex diserta HENRICI sanctione, quam potius ex hypothese juris Romani, tum temporis magis magisque invalescentis, tribuendam putem huic hominum generi, rem ipsam tamen certam esse sufficit.

XXIII. Ne vero quis putet, dominos pristinos omne statim in servos jus abdicasse, & vel umbram ejus sollicitè non retinuisse; id enim & hodie usu venire videmus.

XXIV. Atque inde est, quod hodieque de ædibus liberis, *von denen Frey-Häusern*, multis in locis investitura non exigatur, quia scilicet earum possessoribus prisco ævo plenum & verum dominium competiit. At quis credat, idem etiam servis aut infimi generis libertis competiisse.

XXV. Inde quoque de origine resignationis & investitura allodialium judicium ferri potest, quam urbibus Saxonis tribuit KLEIN. *d. diff. 8. c. 1. n. 137. usque ad 145.* Ego Germanis omnibus,

præsertim iis, qui urbibus extruendis citius incubuerunt, tribuerem.

XXVI. Cum itaque resignatio tendat partim ad conservatio-
nem juris domini superioris, partim ad confirmandum jus acci-
pientis, inde patet, eam tertio non præjudicare, & quæ alias firma
esse non potest alienatio, eam nec resignatione & investitura con-
firmari.

XXVII. Cumque resignatione demum dominium transfera-
tur, emphyteuta sine præscitu, vassallus sine consensu domini directi
rem vendens eadem non excidit, antequam resignaverit.

XXVIII. Objectum resignationis sunt immobilia, & quæ pro tali-
bus habentur, molendina cujuscunque generis, decimæ, & jure Lü-
becensi, annui redditus. An etiam actiones pro re immobili compe-
tentes? Affirmat KLEIN. *d. l. c. 2. §. 39.* Verum resignandi necessi-
tatem ultra res corporales extendendam non puto.

XXIX. Olim etiam in resignante firma valetudo requireba-
tur, daß er begürtet mit einem Schwerdt und mit einem Schilde
auf ein Roß kommen möge, von einem Stein oder Stock einer
Daum-Ellen hoch, ohne Hülffe; jedoch daß man ihm das Roß und
den Steg-Reiff halte: Sächsisches Land-Recht, *L. 1. art. 52.* Solen-
nia juris Lubecensis repræsentat KLEINIVS *d. c. 2. §. 40.*

XXX. Effectus resignationis publicæ diligenter enumerat
KLEIN. *d. l. c. 3.* eoque nobis otium fecit, præsertim, cum pleraque
ex supra dictis sponte fluant.

CAP. XX.

De

Censu emigrationis & jure detractio- nis.

I.

Census vel gabella emigrationis præstatur ab indigena, qui do-
micilium mutare indeque omnia sua bona exportare secum
constituit.

II. Jus detractio-
nis vero exercetur ad versus peregrinos, hæredi-
tatem indigenæ adeuntes, eamque ex domicilio defuncti secum ab-
laturos.

III. Vtrum-

III. Vtrumque in eo convenit, quod magistratus loci, unde bona exportanda sunt, certam eorum quantitatem detrahat.

IV. Vbi iterum quæritur, an jurisdictioni criminali, an vero civili hæc jura adhæreant, an item regalibus annumerentur? Proprie loquendo nihil affirmari potest.

V. Descendit enim ex priscae servitutis Germanicæ jure, unde Nobiles, utpote ingenui, ab eo semper fuerunt immunes, idque nec judici criminali, nec civili, nec Principi, qua talibus, sed dominis competit.

VI. Quantumvis vero hodie burgenses & rustici pro liberis hominibus habeantur; præsens tamen antiquæ servitutis vestigium tantum non ubique remansit, & hic illic valde extensum est.

VII. Sæpe vero, datis literis reversalibus, magistratus urbium hoc jure invicem cedunt; quod domicilium mutaturis, ut nempe, utrum reversales inter magistratus locorum, unde discedunt, & quo tendunt, jam adsint, explorent, aut ad eas a futuro magistratu suo exhibendas, provocent, diligenter observandum est.

VIII. Et ab hoc onere ubique eximi debent ecclesiæ earumque res, clerici eorumque viduæ & liberi, quamdiu forum non mutarunt, professores, studiosi & in ministerio Academico constituti, quamvis id non semper observetur.

IX. Alii etiam extraneos liberos, parentes & conjuges parentibus, liberis conjugibusque indigenis succedentes, semper eximendos esse contendunt; sed usus non ubique respondet: Quamvis etiam FRITSCH. *Tom. I. exerc. jur. publ. 3. tb. 13.* præjudicium *Jenensium* pro hac sententia excitet; ipse tamen contrarium introduci posse, & in Marchia Brandenburgica universa observari fatetur.

X. Fœminam etiam indigenam, peregrino nubentem, de dote, quam secum ex domicilio aufert, gabellam solvere non teneri, quidam asserunt, & Marchia Brandenburgica recepit; FRITSCH. *d. l. §. 14.* Verum hoc alibi non minus incertum, quam lubricæ videntur cautelæ *in d. exerc. §. 15.* suppeditatæ.

XI. Obtinet jus detractiōnis in hæreditate ejusve parte, item legato etiam alimentorum, nisi ea egeno tanquam necessaria vitæ subsidia relinquuntur.

XII. An in nominibus a defuncto relictis? Si magistratus privilegio gaudeat, de bonis mobilibus & immobilibus jus detractionis exercendi, nomina sub iisdem in materia odiosa non comprehenduntur; atque ita *Facultas Jurid. Vitemb. M. Mart. 1680.* ad consultationem Caji Sulpitii, studiosi Lipsiensis, respondit. Quodsi vero gabella magistratui ex privilegio vel consuetudine de omnibus bonis debeatur, eam detrahit magistratus non ejus loci, ubi debetur, sed domicilii, RAVCHBAR. *in quest. Jur. Sax. P. 1. qu. 17.* per totum; atque in rebus mobilibus eodem modo magistratus domicilii præfertur; quoad immobilia vero jus detrahendi competit magistratui loci, ubi res sita est. SCHVLTES. *ad. Modest. Pistoris qu. 85. n. 5.* RHET. *disp. jur. publ. ult. p. 533. n. 24.*

XIII. Detrahitur ei, qui bona, ex quibus detractio fit, accipit, v. g. legatario a legato, hæredi ab hæreditate, & ita in cæteris.

XIV. Adeo, ut licet testator legata a detractione Falcidiæ & similibus onerum libera exsolvi jufferit, gabella tamen legatario incumbat, prout in terminis probat RAVCHB. *qu. 16.* & *Facultas jur. Vitemb. M. Jan.* respondit in casu supra pos. 8. commemorato.

XV. Censuræ emigrationis præstatur etiam de immobilibus, licet ea in territorio remaneant, nec auferri possint; proprie enim ex pretio inde redacto solvitur. RHET. *d. l. p. 535. n. 2. sqq.*

XVI. Quantitas utriusque pro locorum diversitate variat; minima est pars centesima, unde alicubi phrasis invaluit: *man müsse die Güther verhundersten*; alibi quinquagesima; alibi vigesima, quæ in Ducatu Anhaltino iis, qui in territorio permanent, sed urbem vel præfecturam mutant, imponitur. Quodsi vero territorium mutetur, decima ibi exigitur, *Ordin. Proc. Anhaltina tit. 24.*

XVII. Eaque decima nimirum frequentissima est: unde census iste subinde decima detractus & aurum decimarium vocari solet, atque observatur in Palatinatu & Electoratu Rheni, it. Francofurti ad Mœnum, Lubecæ, Hamburgi, Bambergæ & alibi. At compluribus in locis decima quinta, ut in Marchia Brandenburgica; Alibi quinta, quarta, imo tertia pars bonorum pendi debet. SIMON. *presid.*

presid. Academ. p. 2. diff. 11. c. 5. tb. 2. n. 1. RHET. d. l. p. 536. n. 7. usque ad 15. ubi etiam de variis bona evehenda taxandi modis agitur.

XVIII. Et penditur in moneta illius temporis, quo emigratio suscipitur, vel hæreditas ex aliquo loco evehitur: nam etiam taxatio secundum æstimationem præsentem inicitur.

XIX. Sponte non præstita gabella, ut plurimum aresto (vid. *RHET. d. disp. ult. p. 531. n. 12. seqq.*) item mulcta, executione reali, aliquando etiam, sed rarius, & quoties jam dictis remediis utendi locus non est, actione judiciali extorquetur. *SIMON. d. l. c. 5. tb. 2. n. 2. seqq.*

XX. Ubi tamen semper probatio requiritur, jus istud magistratui vel ex privilegio, vel consuetudine, vel jure retorsionis competere. *RHET. d. l. p. 527. num. 16. usque ad 21.* Licet enim ex plerorumque sententia jus detractiois ubique in dubio valeat; fieri tamen potest, ut vel alicubi introductum non sit, vel, quod ut plurimum contingit, quantitas gabellæ variet.

XXI. Quod ultimum (scilicet jus retorsionis) rectius quidem jus repressaliarum vocatur, & adversus omnes magistratus, jure retorsionis utentes, recte adhibetur ab iis, penes quos alias plane ignotum est; male vero ex *tit. ff. quod quisque jur. in alt. statuat.* derivatur, per ea, quæ in *pos. ad eund. tit. dixi.*

XXII. Deinde sive subditi sponte migrent, sive ob defectum exercitii religionis, gabellam præstare tenentur, dummodo nulla interveniat coactio, vel paci religiosæ & instrumento pacis Westphal. contraria, vel alias injusta. *RHET. d. l. p. 544. n. 45. seq. FRITSCH. d. exerc. 3. sub fin. conf. RVMELIN. ad. A. B. P. 2. diff. 4. tb. 6. ibique additiones, quibus recte perperis, facile tollitur dissensus SIMONIS P. 2. pres. Acad. diff. 11. c. 7. tb. 2. n. 3. seqq.*

XXIII. Non minus detractio obtinet, si quis ob delictum solum vertere, aut ære alieno pressus domicilium mutare & bona vendere cogatur. *RVMELIN. d. l. tb. 8. BERLICH. P. 3. concl. 52. n. 18.* quamvis posterus vix observetur, nec salva æquitate, ubi creditores indigenæ sunt, observari possit: unde enim quid detrahitur, si solum vertens nihil secum auferat; imo, licet creditores exteri bona diripiant, ex mercimonio tamen antegresso eadem auferunt. Quicquid vero ex commercio aufertur, gabellæ detractiois aut emigrationis non subjacet.

XXIV.

XXIV. Personas, quæ territorium non mutant, licet ex urbe in urbem concedant, detractionem non pati, multorum sententia est. BERLICH. *P. 3. concl. 52. n. 21.*

XXV. Quod quidem in Electoratu Palatinatus, in Marchia Brandenburgica, & olim in Archi-Episcopatu Magdeburgico, teste SIM. *d. in diff. c. 4. tb. 1. n. 10.* alibi vero & ipsa Saxonia Electorali non observatur.

XXVI. Ejusdem generis est sententia: hoc jus exerceri non posse, quoties civis domicilium transfert in locum, ubi gabella in usu non est, vel reciproce huc usque exacta non fuit.

XXVII. Si enim inter magistratus utriusque loci ita placuerit, & reversales datæ acceptæque sint, res vigore pacti certa est; extra hunc casum vero tuto affirmari non potest, cum hac sententia admissa juris retorsionis exercendi nunquam superesset occasio.

XXVIII. Et frustra allegatur *Const. El. Sax. 38. P. 3.* ubi saltim retorsionis jus prohibetur contra loca, quæ jure detractionis, adversus cives retorquentis, usa non sunt.

XXIX. Etenim jus retorsionis non nisi de iis locis prædicari potest, in quibus alias gabella usitata non est, atque tum exerceri nequit, nisi adversus civitates, quæ jure detractionis contra retorquentes utuntur. conf. RHET. *disp. d. ult. §. 532. n. 16. seqq.*

XXX. An vero multa dentur in Imperio Romano-Germanico loca, quæ jure detractus non polleant, dubito. Id quidem de urbibus Argentorato, Spira, Wormatia, Aquisgrano, Kitzinga Franconica & de toto Ducatu Wurtembergico asseritur, sed quantum ad Spiram, Wormatiam & provincias Wurtembergicas rem dubiam reddit SIMON *d. diff. c. 4. tb. 1. n. 14.*

XXXI. Ceterum integram prope auctorum, de hac materia agentium, centuriam sistit SIMON. *d. diff. 11. in fine*, quibus addi possunt TABOR *operum Tom. I. p. 186.* STAMM. *de servitute person. L. 3. c. 20. n. 8. usque ad 13.*

XXXII. Affine juri detractionis est, quod Hamburgi, Argentorati alibique observare licuit, ut foeminæ, extra territorium nubentes, omni successione testamentaria & legitima excidant, nec non Halæ, quod emigrantes olim salinarum usumfructum amiserint, nec quicquam ex immobilibus retinere olim potuerint. RHETIVS *d. l. p. 538. n. 18.*

CAP. XXI.

De

Pace burgenſi, vom Burg-Frieden.

I.

CUm diffidationes (Fehde oder Befehdungen) adhuc palam & tacite uſurparentur, ampliores familiae aut ex tenuioribus complures certis pactis conjunctae caſtra ſeu burgos contra inuafionem vicinorum extruebant.

II. Et quoties plures familiae talis modi foedere coaleſcebant, aut una genus, in plures domos diuiſa, tutelae ſuae cauſa in arctius ſocietatis vinculum coibat, conventiones iſtae, ad pacem & concordiam paciſcentium communem pertinentes, vocabantur Burg-Friede. *BESOLDVS Theſ. pract. lit. b. n. 93. voce Burg-Friede. WEHNERVS in practiſis obſeru. ead. voce.*

III. Earumque capita perpetuam pacem firmabant vel directe vel indirecſte: ad poſteriora referuntur pactum ganerbinatus, item de bonis extra familiam non alienandis, quae omnia pacis vel pactus burgenſis nomine veniunt.

IV. Verum ſignificatus iſte, licet frequentiffimus, hujus loci non eſt, ſed ſaltem de ſecuritate alicujus loci ſanctius cuſtodienda & gravioribus poenis, quam vulgo, circumſepta hic agendum.

V. Nimirum videmus hodie certa loca, frequentiori hominum congregationi deſtinata, eo jure ſingulari gaudere, ut in eos, qui ibidem ad arma proſiliunt, multo ſeuerius, quam ſi alibi deliquiſſent, animadvertatur.

VI. Ita palaeſtrae, curiae, templa, forum, palatia Principum, cau-
ponae quaedam publicae, theatra, auditoria academica ita privilegia-
ta ſunt, ut minae etiam atrocius coerceantur.

VII. Poena gravior ut plurimum in manus amputatione confi-
ſtere dicitur, quale quid etiam ſigna in tabulis, publice ſuper fori-
bus affixis depicta comminantur; alibi ſigna appenſa non conſpici-
untur quidem, at ejusmodi loca nihilominus privilegio pacis bur-
genſis pollent.

N

VIII. Ete-

VIII. Etenim manus amputatio rarius hodie exercetur, ut plurimum diuturnioris carceris aut gravior mulcta decernitur, quod experientia frequens comprobatur.

IX. Origo hujus eximiæ securitatis ab auctoribus, quos inspicere licuit, alto silentio involvitur: ita semita per conjecturas tendenda est.

X. Cum plures familiæ five unius five diversæ gentis burgum extruere sibi proponerent, rem istam maximi momenti, magnorum sumtum & tanto majoris periculi, si inter cohabitantes discordiæ intercederent, non sine provida cura & prudenti circumspeditione (qua majores nostri præ aliis nationibus pollebant & solertissime utebantur) suscepisse credendum est.

XI. Pacta itaque non modo spe lucri concordiam sustinentia, v. g. ganerbinatus, sed etiam mali formidine a diffidationibus & insultibus hostilibus absterrentia, in subsidium vocanda erunt.

XII. Et hæc forte non dominos paciscentes ipsos, sed personas subjectas initio tetigerunt, quamvis nihil obstet, quin & ipsi domini, ut animum serium tanto certius declararent, iisdem se subjecerint.

XIII. Atque huc magis, quam ad ganerbinatum aliaque lucra applicandam putarem quæstionem: num pacta, nomine *des Burg-Friedens*, notata, sine Principis confirmatione valide celebrari poterint? quam ex citatis pro utraque sententia autorum cohortibus indecisam reliquit eximius JCtus ANDR. TIRAQVELLVS, neque determinare ausus est WEHNERVS in *observ. pract. voce Burg-Frieden*, p. m. 68.

XIV. Res ex principiis juris Germanici facilius forte expediri poterit, ubi etiam pacta de carcere, item de libertatis jactura ac forte de poenis quoque corporalibus sufferendis, præsertim quoad servos & subditos, quos res præsens quam maxime tangit, valuerunt.

XV. Sed ponamus ea non valuisse, rati habitio Principis haut difficulter impetrari potuit, ac propterea in diplomatibus sæpe numero *von Landes-Fürstlicher Obrigkeit bestätigter Burg-Friede*, commemoratur.

XVI. Cæterum hanc sententiam mihi persuadet conventio Comitum de Waldeck, de qua HERING. *Mantissa 1. de jure burgorum tracta-*

tractatui de molendinis subjuncta c.1. n.739. seqq. sequentia affert: so Seine Gnaden unsere Behausung gebrauchen wolten durch Ihre Gnaden selbst, oder andere Ihre Gnaden Diener darzu schicken würden, die sollen unseren usgerichteten Burg-Frieden Inhalt desselben geloben und reden, den also mit uns stet und fest zu halten, bis zu Ausgang des vorermeldeten Gebrauchs.

XVII. Cumque adeo res ex pactis descenderet, signa publica supra *pos.7.* descripta, quæ a nonnullis termino barbaro Salvaguardiarum denotantur, propterea erecta fuisse videntur, ne advenæ, pactorum ignari, in eadem impingerent.

XVIII. Frequens vero imitatio demum consuetudinem peperit, & utilitas eam rem tanquam legis ferendæ materiam commendavit.

XIX. Cum enim obtinendæ tranquillitati publicæ imprimis inservirent capita pactis antea firmari consueta, eadem lege publica sancire & tanquam rem notam unico vocabulo adscititio, sed perquam commodo, exprimere cœperunt.

XX. Atque ita voluntate imperantium tum expressa, tum tacita invaluit, ut palatia, templa, fora, curiæ & similia loca, ubi plures necessario congregantur, pace burgenfi ipso jure gaudere & ibi signorum affixio tanquam cautela abundans negligi inciperet.

XXI. Observatur vero illa signorum affixio in locis, ubi plures sponte conveniunt, v. g. cauponis quibusdam, theatris, palæstris, ubi plerumque tabulam vel sola voce Burg Fried inscripta, vel manu securi supposita depictam videre licet.

XXII. Atque manus amputationem dictatam olim fuisse, testis est CARPZ. *P. 1. qu. Cr. 40. n. 30. usque ad 35.*

XXIII. Imprimis hic rigor observatur, si vis facta sit in palatio Principis, qua de re CARPZ. *d. l.* solennitates, in curia Anglicana hoc casu adhiberi solitas, describit JACOB DOEPLERVS *in theatro Supplic. P. 1. C. 1. n. 130. seqq.*

XXIV. Affinia pacis burgenfis sunt pax municipalis, Weich Fried, pax domestica, Hauß-Fried, nec non jus asylorum, vulgo Freyheit, de quibus alibi.

CAP. XXII.

De

Hominibus propriis eorumque variis speciebus.

I.

Germaniam nostram nunquam veros servos habuisse, & homines proprios revera liberos esse, testibus GAILIO, SICHARDO & ZASIO, nec non rationibus compluribus probare nititur STAMM. *de serv. pers. L. 3. c. 17.*

II. Scilicet servos per omnia tales, quales Romani habebant, Germanis regulariter non fuisse concedo; inde vero non sequitur, Germaniam veros servos non habuisse, imprimis cum TACITVS & JULIVS CÆSAR toties tamque luculenter contrarium asserant.

III. Imo si servus est, qui dominio alieno subjicitur, qua definitione ipsi JCTI usi sunt, quis dubitet, hominem alterius hominis proprium servum esse. Reliqua dubia a STAMMIO aliisque mota, solide discussit POTGIESERVS *de condit. & statu serv. apud Germanos L. 1. c. 3. §. 26. usque ad 31.*

IV. Varia servorum genera & nomina idem POTGIESERVS *d. c. 3. §. 6. usque ad 61.* ordine alphabetico enumerat. Vbi observavi, omissos ab eo fuisse dotales servos, scilicet plerumque cum fundis alicui ecclesiæ in dotem concessos, qui nomen tenus hodie frequenter, sed quantum ad significatum priscum rarius occurrunt. conf. ZIEGLER. *in tractatu de dote eccles. c. 9. & 12.* Omissi quoque sunt Judæi, certissimum servorum genus, de quibus paulo inferius.

V. Nempe servi nomen sortiebantur vel a patria, ut Albini sive Albani, ab Albi ita dicti, ex quo etiam Albinagium, Sclavi, Smurdi, Veneti: vel ab officiis, ut bordarii, gassindii, coloni, rustici: vel a pensitatione, ut cossati, item, quos Potgieserus omisit, die Gûlten, de quibus OCKELIVS *de prescript. immemor. c. 2. tb. 11.* vel a possessionibus, ut casales sive casati sive cotarii, die Rôtener, beneficiarii, mansionarii sive mansarii, corrupte masarii: vel a modo subjectionis, ut dotales, lassii vel lazzi, & ex idiomate inferioris Saxonix latii item leuti, liti vel litones, malmanni, corrupte maselmanni, nativi,
origi-

originarii, oblato, obnoxii: vel a jure pinguiori & libertinorum conditioni æquiparando, ut Aldiones five Aldii, Barones simpliciter tales & liberis Baronibus contradistincti: item Frilassi; Schalk vero synonymon servi semper fuit, neque speciale quid, nisi addita determinatione, denotavit, de quibus omnibus POTGIESER. *d. l.*

VI. Servos propria voluntate fieri non potuisse, jure Romano certum est, excepto casu §. 5. *inst. de jure personarum* & L. 2. C. *de patribus, qui filios distraxerunt*. At jure Germanico id licuisse, exempla oblatorum & obnoxiorum apud POTGIESERVM *d. l.* ostendunt, hodieque licere minime dubito.

VII. Acquiruntur etiam præscriptione, cujus celebre exemplum occurrit in Wildfangiis in tractu Rhenano territoriis nempe Electorum ecclesiasticorum & Palatini, de quibus RHET. *in jure publ. L. 2. tit. 3. §. 8. seqq.* Idemque in *disp. juris publ. de statu Germaniæ circa subditos c. 5. §. 7. p. 262. seqq.*

VIII. Quæ præscriptio olim ubique obtinuisse videtur, si quis in alterius territorio vel districtu habitare cœperit, ibique genus vivendi, liberis hominibus conveniens, vel privilegia libertatis affecutus non sit.

IX. Cæterum servorum numero Judæos quoque addendos esse non dubito, & probant STAMM. *de serv. perf. L. 1. t. 5. c. 1. 2. 3. 4.* SCHILT. *Exerc. ad ff. 37. tb. 15. usque ad 21.*

X. Monachos quoque huc referre volunt ipsi doctores Pontificii. vid. SEBAST. MEDICES *in tractatu, mors omnia solvit. P. 1. n. 44. p. m. 26. conf. STAMM. de serv. perf. L. 1. t. 4. c. 1.*

XI. Et hodieque hominibus propriis plena est Pomerania, (STRYCK. *Vol. 3. disp. 21. c. 5. tb. 15.*) Ducatus Mecklenburgicus, (HYSANVS *de hominibus propriis c. 2. n. 26. seqq.*) major pars Marchiæ Brandenburgicæ & Lusatiæ inferioris, Siletia, Bohemia, Moravia, Westphalia & omnes propemodum Germaniæ inferioris provinciæ: multæ item Germaniæ superioris paulo meliorem ipsorum conditionem esse, probe animadvertit HERTIVS *Tom. 2. p. 165.*

XII. In reliquis provinciis plerisque theoria magis hujus argumenti, quam praxis mutata est, atque adeo concidit quæstio: quo tempore servitus in orbe christiano, præsertim in Germania, desierit?

rit? ad annum 1212. referunt plerique. vid STAMM. *de serv. person.* L. 1. T. 1. c. 2. Dn. BERGERVS. *in resol. ad ff. d. statu hominum p. 24.* ibique allegatus HVERVS.

XIII. Multo verisimilius THOMASIVS *in disp. de homin. propriis & liberis Germanorum §. 75. usque ad 88.* docet, mutationes inde ab initiis regni Francici per varias periodos, in Germania evenientes, statum servorum nunquam sustulisse. add. HVSANVS *de hominibus propriis c. 2.* & HERTIVS *Tom. 2. p. 164. seq.*

XIV. Ostendunt id præter jusjurandum, de quo HERTIVS *d. Tom. 2. p. 389.* effectus varii, v. g. quod homo proprius non solum cum prædio, sed & absque eodem vendatur, permutetur, oppignoretur, donetur, & quovis modo perinde ac res alia, commercio subiecta, alienetur. STRYCK. *in cautelis contractuum sect. 1. c. 3. §. 6.* ibique allegatus MEVIVS *vom Zustande und Abforderung der Bauren;* POTGIES. *L. 2. c. 5. 6. 7. & 8.*

XV. Quod vindicari & ad glebam revocari possint, cuicumque etiam vitæ generi se addixerint, adeo, ut Theologum, in ministerium ecclesiasticum jam receptum, a domino revocatum meminerim, quod vocant *das Besetzen oder Satzungs-Recht, sive Satz-Recht.* conf. POTGIESERVS *d. l. c. 11.*

XVI. Imo succurritur dominis remedio *legis 14. C. de agricolis,* ut ante reverti debeant, quam lis de proprietate mota ventiletur. STRYCK. *de investigandis actionibus. Sect. 2. membr. 2. §. 30.*

XVII. Quod homines proprii sine consensu domini matrimonium inire non possint. add. POTGIES. *L. 2. cap. 1.*

XVIII. Quod nati ex matre alterius propria, etiamsi pater liber fit, perinde fiant proprii; quemadmodum alicubi etiam e matre libera & patre servo nati liberis hominibus haud accensentur, juxta proverbium vulgare: *die Kinder gehören zur ärgern Hand.* HERTIVS *Tom. 2. p. 169.* & POTGIES. *d. l. §. 13. seqq.*

XIX. Imo multis in locis obtinuit, ut liber homo fœminam alterius propriam ducens: vel fœmina libera, homini proprio nubens, in servitutem prolabantur, & domino conjugis cedant.

XX. Ita hominibus propriis justestimonii in testamentis liberorum hominum per RECESSVM IMP. *de anno 1512. tit. von Notarien/*

tariem, & in Ducatu Mecklenburgico, Pomerania alibique ipsa testamenti factio denegatur. LAVT. *in coll. ad ff. tit. qui test. fac. possunt. §. 25.*

XXI. Et qui credit meliorem esse rusticorum nostratium, quam servorum Romanorum conditionem, perpendat quæso illorum descriptionem apud HERTIVM *Tom. 2. opusc. p. 374.*

XXII. Reliqua, quæ dici hic poterant, ab HERTIO *in diff. pec. de hominibus propriis Tom. 2. opusc. p. 157. usque ad 182.* occupata sunt, & pleraque plenius a POTGIES. sæpius allegato excussa.

XXIII. De operis vero, pensitationibus, earumque variis speciebus & jure dominorum in bona hominis proprii defuncti supra diximus, cum quibus comparari possunt, quæ habet POTGIES. *L. 2. §. 2. 3. 4.*

XXIV. Cumque ex iisdem dependeat omnis de variis prædiorum censiticorum generibus tractatio, ejus quoque otium hic nobis factum puto.

CAP. XXIII.

De

Laudemio.

I.

Laudemium, cujus synonyma græca, latina & germanica exposuit FRANTZKIVS *in tract. sing. de laudemis Jena anno 1625. edito & aliquoties recuso*, nostratibus ut plurimum *Lehnwahr*, & aliquando *Handlohn* vocatur, unde parœmia germanica: *Die Henne trägt das Hand-Lohn auf dem Schwanz*, de qua supra. conf. HERTIVS *Tom. 3. p. 427.*

II. Dicitur ita a laudando, quod barbaro significatu idem ac indicare vel agnoscere denotat, quia scilicet in recognitionem domini directi solvitur.

III. Consistit in certa pecuniæ quantitate ad pretii aut æstimationis rei alienatæ proportionem præstandam, ut novus possessor a domino directo investiatur, & hic vicissim ab alio agnoscatur.

IV. Nunquam ergo laudemium de re accipientis plene propria præstatur, sed dominium utile semper præsupponit.

V. Sci-

V. Scilicet solvitur de bonis feudalibus, emphyteuticis & hodiernis censiticis ruralibus, quod iterum evidens indicium censuarium non pleno, sed utili tantum dominio in re censitica gaudere.

VI. Dividitur laudemium in civile & consuetudinarium: illud de solis bonis emphyteuticis, & tantum in casu alienationis debetur, & quinquagesimam pretii partem continet. *L. ult. C. de jure empbyt.*

VII. Consuetudinarium FRANTZKIVS *c. 3.* in majus & minus dividit, in hohe und fleine Lehnwahr. Verum minus, quod alias Schreibe-Schilling vocatur, laudemium proprie non est.

VIII. Laudemium majus vel simplex est, nempe in feudis aliisve bonis secularibus vigesima pars pretii; in ecclesiasticis quinquagesima: vel duplex, quod in secularibus decimam, in ecclesiasticis vigesimam quintam pretii partem continet.

IX. De bonis feudalibus jure feudorum communi nihil debetur, sed moribus passim receptum est, ut mutata manu serviente (i. e. mutato vasallo, non vero domino directo) laudemium solvatur. FRANTZK. *c. 4. imprimis n. 15. 22. & 28.* Talismodi vero mores probandi sunt, nec de prædio ad prædium extendendi. FRANTZK. *d. l. n. 42.*

X. Hujusmodi consuetudinum probatio num per libros censuales recte fieri possit, inquit FRANTZKIVS *d. l. n. 29. usque ad 57.* quæ tamen consideratio hujus loci non est.

XI. Quando ex parte possessoris duplex contingit mutatio, puta, si is, qui investituram petere debebat, ante temporis præfixi finem diem suum obeat, laudemium non nisi semel præstatur, quia una tantum investitura intercedit. FRANTZK. *c. 4. n. 35. seqq. & c. s. passim.*

XII. Investitura enim vera & proxima causa est, propter quam laudemium debetur. Unde ante investituram factam id peti regulariter non potest; & si partes ante eandem a contractu recesserint, nihil debetur.

XIII. Solutio laudemii novo acquirenti, non rem transferenti incumbit. FRANTZK. *c. 16. n. 113. seqq.* fundus tamen pro ejus præstatione hypothecæ obnoxius non est.

XIV. Et

XIV. Et præstatur ei, qui dominio directo gaudet tempore factæ investituræ. conf. FRANTZK. c. 7.

XV. Quibusnam vero alienationis casibus laudemium præstari debeat, quantum ad Saxoniam Electoralem ex *const. inedita I.* discimus, quæ si comparatur cum iis, quæ affert FRANTZK. c. 8. item c. 14. usque ad 22. patebit, eam a jure consuetudinario communi non adeo in multis discrepare.

XVI. Scilicet in Saxonia laudemium solvit, qui rem a domino utili 1) emit, 2) donationis, 3) hæreditatis testamentariæ, 4) legati titulo accipit, 5) omnis successor ab intestato, qui ab ultimo possessore non descendit.

XVII. Contra ab eo solvendo immunes sunt, 1) qui emunt a domino directo, 2) ultimi possessoris descendentes, sive mortuo succedant, sive a vivo rem accipiant, dummodo non emerint, aut res non transferatur in remotiorem, quem ordo successionis nondum tangit, 3) possessor mutato domino directo, 4) gener in dotem prædium accipiens, 5) qui permutationis titulo rem acquisivit, modo pura sit permutatio, nec simul pecunia intercedat.

XVIII. Alicubi pristinus possessor, elapso certo tempore, iterum iterumque laudemia solvit, quo bona colonaria, sive ut ipse vocat, majoratus, *die Meyer-Güther*, refert FRANTZK. c. 11. n. 11. in quibus contractus per singula novennia, accedente laudemio, renovatur.

XIX. Regulariter vero tenendum, laudemium non deberi, nisi dominus utilis mutetur, atque adeo cessare, si res emphyteutica vel similis generis locationis aut pignoris titulo in alium transferatur, quia scilicet transfertur ad tempus.

XX. Denique si dominus directus alteri proprietatem castri sui, alteri ejus usumfructum legaverit, magis est, ut subditos priori, quam posteriori laudemium debere dicamus, licet dissentiat FRANTZK. c. 7. & cum eo ANTHON. TABOR aliique complurimi: nempe consensus in alienationem & præstatio investituræ non ab usufructuario, sed a proprietario domini directi perfici debent.

CAP. XXIV.

De

Matrimonio ad morganaticam.

I.

MOrgengaba sive Morganatica quasi *Morgen-Gnade* (*Gnade* enim donum olim significavit; conf. de variis harum vocum lectionibus CAROLVS DV FRESNE *in glossario mediae & infimae latinitatis lit. m.*) erat donum, a sponso altero nuptiarum die novæ conjugii in remunerationem ereptæ virginitatis datum, was der Bräutigam nach beschlagener Decke der Braut an Ketten, Kleinodien oder Gelde giebet.

II. Eaque donandi consuetudo hodiernum, præsertim inter personas illustres, frequentissima est, & in plerisque aliis Christianorum regnis & provinciis observatur, teste MYLERO ab EHRENBACH *in gamologia c. 15. §. 4. seqq.*

III. Quoties itaque sponsa & liberi, ex ea gignendi, sola hac donatione contenti a reliqua mariti & patris hæreditate abstinere jubentur, vocatur matrimonium ad morganaticam.

IV. Et definitur: pactum inter personas illustres celebratum, ut uxor inferioris conditionis, & liberi inde nati, a nomine, dignitate, successione, tam feudali quam allodiali, & insignibus paternis abstineant, ac certa bonorum quantitate, eodem pacto definita, contenti sint.

V. Sedes hujus materiæ, præter varios juris Germanici textus in CODICE LINDENBROGIANO passim obios, est *L. 2. feudorum tit. 29.*

VI. Scilicet hoc pacto matrimoniali & familiæ consulitur, ne patrimonium relictum, in plurimas particulas divisum, evanescat, & conscientiæ, ne is, qui dono continentiæ non pollet, concubinatui, vel vagæ libidini se mancipet, unde admodum scite hoc matrimonium Gallis vocatur *Mariage de conscience*.

VII. Ut plurimum olim sinistrae mariti manui talis uxor a sacerdote jungebatur, unde Germanis hoc matrimonium vocatur, *Ver-mählung*

mählung zur linken Hand. Verum manus discrimen ad rem præsentem, ex solis pactis æstimandam, nihil confert.

VIII. Æquitas naturalis hujus pacti, si ab Alvarotto, Baldo aliisque hujus farinae hominibus requirenda foret, vereor, ne istud improbandum foret; sed res ubique salva est.

IX. Vxori enim & liberis nihil, quod lex naturæ iisdem tribui jubet, adimitur; & causam hujus pacti (seu matrimonii) ex parte egit HENRICVS SALMVTH *in responso* pro matrimonio Principis cum virgine nobili, nec non MYLERVS ab EHRENBACH *in Gamol. personarum illustrium c. 6.* ex quo non sine plagii opprobrio integra prope hac de re *disputatio inauguralis Argentorati 1703.* ventilata descripta est.

X. Neque solo reipublicæ sed & cujusque familiæ commodo pacta hæc sustineri, neque adeo ad solos illustres eadem restringi puto.

XI. Qua in re mecum sentit, & ad nobiles quoscunque, modo generis antiquitate & splendore gaudeant, hanc pacti morganatici licentiam extendit, atque hanc sententiam respondendo secutos esse *Ætos Vitembergenses*, testatur Dn. NÆVIVS *in disp. pec. anno 1702.* habita.

XII. Quin & ad homines civici ordinis, sed muneris aulici, vel alius sublimioris splendore eminentes, ejusmodi pactum recte applicari censeo, certe si principis confirmatio a) impetretur.

XIII. Positis tamen terminis habilibus. Neque enim de insignibus gentilitiis, cognomine vel dignitate in liberos non transferendis, sed de re familiari tum quæstio foret, ne uxor, durante matrimonio, proœdriam juxta mensuram dignitatis maritalis prætendat, vel tanto sumtuum apparatu alenda sit, nec liberi inde nati ad plenam portionem legitimariam adspirent. Quæ rationes ipsos aliquando Principes ad ejusmodi matrimonium compulerunt. MYLERVS *d. l. §. 14.*

XIV. Quantum ad materiam eo usque hæc pacta extenduntur, ut liberis ex tali matrimonio genitis ne legitima quidem a patre

O 2

relin-

a) Sed neque eam necessariam esse evincit *Magnif. HORNIVS in jurispr. feud. c. 6. §. 2.*

relinquenda sit, ea enim, nisi qua media educandi continet, juris naturalis non est.

XV. Quæstio vero, an filii, ex tali matrimonio oriundi, ad ludos equestres admitti, vel in collegia cathedralia recipi possint, non ex pacto morganatico, sed ex majorum nobilium numero, non de *nen Ahnen*, dependet, de quo supra *pec. cap.* dictum est.

XVI. Vtrum denique pater, durante ejusmodi matrimonio, pactum morganaticum in favorem liberorum inde procreatorum mutare iisque plenam successionem ab intestato & alias prærogativas assignare possit, affirmandum videtur, si proprio motu cum sola uxore factum sit.

XVII. Quod si vero pactum cum liberis prioris matrimonii aut agnatis antecesserit, ne alia, quam morganatica lege uxorem sibi associet, mutatio pacti ejus arbitrio non subest.

XVIII. Affinia nuptiis, ad morganaticam initis, matrimonia enumerat MYLERVS *in gamol. c. 6. §. 11.*

CAP. XXV.

De

Vnione prolium.

I.

UNio prolium, die *Einfindschaft*, etiam est pactum successorium, quo liberi diversi matrimonii ad utriusque parentis successionem æque vocantur, ac si ex posteriori matrimonio geniti essent.

II. Singulares hac de re tractatus ediderunt JACOB RICKIVS ab ARWEILER & OTTO PHILIPP. ZEPPELVS, eamque incidenter, ex instituto tamen illustrarunt MVSCVLVS *de successione conventionali & anomala membro 3. per totum*: STRYCK. *de success. ab intest. diff. 8. c. 6. per tot.* KLOCK. *Tom. 3. consil. 160.*

III. Eam apud Germanos in locum adoptionis successisse tralatitium est; vid. HOPP. *Comment. ad pr. inst. de adopt. in usu mod.* sed si proprie intelligatur, falsum est.

IV. Idque velex ipsis concessis: quomodo enim adoptioni successisse

cessisse potuit unio prolium, si hæc apud Germanos antiquissima, illa vero ante receptum jus Romanum plane ignota fuerit. conf. RICK. c. 9.

V. Itaque hoc ita intelligo: quemadmodum Romanis frequens fuit adoptio, ita Germanis olim frequentissima fuit adoptioni maxime affinis prolium unio.

VI. Dico Germanis olim frequentissimam fuisse; hodie vero adoptione rariorem esse testatur atque ad experientiam provocat STRYCK. *in usu mod. ff. tit. de adopt. §. 9.* in meridionalibus vero Germaniæ tractibus sæpius occurrit; vid. *jus provinc. Würtemb. P. 3. tit. 9. per tot.*

VII. Scilicet nobiliorem adoptionis speciem, quæ arrogatio vocatur, a moribus nostris non omnino alienam esse, vel ea comprobant, quæ habet NICOLAI *resolut. for. 6.* conf. STRYCK. *d. l. §. 2. seqq.* Contra adoptionem simplicem, tum plenam, tum minus plenam, hodie inutilem esse, ostendi in *pos. ad ff. de adopt.*

VIII. Quin imo in plerisque adoptionem & unionem prolium convenire, multi contendunt, sed frustra. Differunt in partibus potissimis: unio prolium sola successionis communicatione determinatur; adoptio regulariter patriam potestatem & reliqua filiationis consecutanea tribuit; atque eum in modum vel intelligenda vel emendanda sunt, quæ habet LAVTERB. *in colleg. ff. ad d. tit. th. 12. & 18.* NICOL. *d. resolut. 9. n. 7. & 8.* aliique. vid. omnino STRYCK. *in us. mod. d. l. §. 10. & 15.* IDEMQVE *de success. ab intest. diss. 8. c. 6. §. 3. & 24. seqq.*

IX. Sed & alia superest differentia: ingratitude facultatem tribuit revocandi adoptionem; non ita prolium unionem. STRYCK. *in U. M. d. l. §. 13. & 16.* quam sententiam postea aliquantum mutavit *de success. ab intest. §. 28.*

X. Denique arrogatio auctoritatem principis requirit; unio prolium solo magistratus decreto contenta est. add. CARPZ. *resp. 6. L. 5. n. 22.* GAIL. *L. 2. obs. 125. n. 11.* RICKIVS *c. 3. n. 64.*

XI. Quin etiam magistratus decretum ad cautelas abundantes refert MEVIVS *ad jus Lubec. P. 2. tit. 1. in addition. ad n. 113.* & necessitatem

tem auctoritatis cognitionisque magistratus in universum negat
MICH. RHODIVS *in disp. de unione prol. sine pratore.*

XII. Scilicet sine pratore ex pacto unionis obligantur conjuges paciscentes, non proles unienda jamque nata. Idque adeo, qua illis prodest, valebit, non qua nocet; eaque distinctione adhibita diversæ sententiæ facile ad concordiam rediguntur.

XIII. Porro non ad validitatem unionis, sed ad ejus probationem requiritur scriptura, utque archivo magistratus inseratur.
STRYCK. *in us. mod. d. l. §. 11.*

XIV. Ita dubium est, num consanguineorum utriusque partis præsentia & consensus simpliciter necessarius sit: ratio enim ab adoptione desumpta ob varias disparitates non concludit.

XV. Ita inventarii bonorum utriusque parentis neglectus suspectam magis, quam irritam unionem reddit, nisi statuta inventarium requirant. RICK. *c. 6. n. 40. seq.* STRYCK. *de success. d. l. n. 15.*

XVI. Interim ejusmodi solennitates adhibere, quam omittere præstat, saltim ut disputationes & subterfugia frustanea præscindantur, quæ cautela per integram fere jurisprudentiam forensam se diffundit.

XVII. Cæterum præter pactum conjugum unientium consensus liberorum uniendorum, nec non eorum tutorum vel curatorum, si uniendi nondum justæ ætatis sint, requiritur. Ratione liberorum futurorum vero, nisi jam tum in utero sint, unio indistincte valet.

XVIII. Ut coram judice competente fiat, tutius est; licet alii quemvis judicem, quod hic actus ad jurisdictionem voluntariam pertineat, sufficere statuant. Fieri quoque poterit coram comite Palatino, si hæc ei potestas specialiter indulta; sed nunquam coram notario.

XIX. Effectus unionum prolium ex verbis pacti colligendus est. Regulariter in eo consistit, ut liberi parentibus unientibus, non vicissim parentes liberis, nec liberi uniti sibi invicem neque aliis affinibus collateralibus succedant, nisi statutis aliud disponatur. add. STRYCK. *de successione d. l. n. 19. & in cautelis contractuum sect. 3. c. 6. §. 11.*

XX. Utrum & bona ipsorum liberorum jam propria hoc pactum

etum afficiat, in dubio negandum putem, quia pacta sunt strictæ interpretationis, neque ista communio ad finem unionis prolium requiritur: unde neque usumfructum in bonis privignorum vitrico hoc casu tribuerem.

XXI. Datur inde petitio hæreditatis conventionalis, & eodem modo ac alia pacta unio prolium rescinditur.

XXII. Non vero scinditur ob læsionem postea supervenientem. vid. Dominus BERGERVS in resol. ad ff. de adoptionibus p. 36. STRYCK. de success. d. l. §. 32.

CAP. XXVI.

De

Patrio jure & quasi emancipatione Germanorum.

I.

Patria potestas vel moraliter consideratur vel civiliter: & hoc modo iterum diversimode pro diversitate gentium. Ita alia facies erat apud Romanos, alia apud Græcos, alia apud Germanos &c.

II. Atque hinc recte TRIBONIANVS §. 2. *inst. de patr. potest.* jus potestatis in liberos proprium esse civium Romanorum, nec alios esse homines, qui talem in liberos, qualem Romani, potestatem habeant, affirmat.

III. Moraliter considerata patria potestas ab officio parentum separanda est; hoc enim sequentibus absolvitur partibus: 1) ut liberis prospiciatur de necessariis vitæ subsidiis, 2) ut cohibeantur, ne sibi ipsis imprudenter noceant, 3) ut ad officium boni hominis & civis assuefiant, 4) ut præparentur ad vitæ genus, quo ipsorum & aliorum utilitas promoveatur.

IV. Prima pars nullam regulariter coactionem requirit; reliquæ non semper, sed aliquando, præsertim duæ posteriores eadem opus habent, usque dum, subactò affectuum impetu, vis rationis ad maturitatem provehatur.

V. Hoc itaque jus cogendi sive imperium paternum tanquam medium educandi & officio paterno satisfaciendi parentibus jure naturæ

naturæ indultum est: scilicet patri æque ac matri, nisi quod hujus jussa ex moribus gentium subalterna & patrisfamilias regimine circumscripta sint.

VI. Quin idem jus a parentibus, antequam liberorum educationem absolverint, fato functis, ad cognatos seniores proximos vel ad tutores devolvitur, unde tutela recte per potestatem definitur §. 1. *inst. de tutelis.*

VII. Interim hoc imperium primario in utilitatem prolis tendit, & obtento educationis fine expirat.

VIII. Remanet vero reverentia perpetua, utpote perpetuæ gratitudinis significatio, qua liberi etiam majorennis parentum voluntatem comiter observant, eique temere non refragantur, quippe benevolentia & prudentia parentum firmissime persuasi.

IX. His cancellis terminata potestas parentum naturalis a patria potestate Romanorum, utpote quæ primario & propemodum unice in patris utilitatem tendebat, toto cælo differt.

X. Ita enim 1) hæc potestas soli patri, exclusa matre, tribuitur §. 10. *inst. & L. 5. C. de adopt.* Optime enim amplitudini & dignitati familiarum consuli credebatur, si quæque unius subesset imperio, nec quicquam patrisfamilias regimini opponeretur.

XI. Ita 2) complura jura, utrique parentum ex lege naturali competentia, jus Romanum adauxit, vel ad casus speciales deduxit: v. g. quod absque venia parentes in jus vocari sub multa 50. aureorum prohibeantur; quod liberi parentibus egenis succurrere, & licet divitibus legitimam institutionis titulo teneantur relinquere; quod parentes liberis æqualiter ab intestato succedant; quod eos, si aliunde alere nequeant, vendere possint, quæ vendendi licentia etiam jure Alemannico comprobata legitur, Schwab. L. R. c. 407.

XII. Ita quantum ad specialiores patriæ potestatis effectus 3) liberi inconsultis parentibus, quorum in potestate sunt, matrimonium inire non possunt, adeo, ut ex plerorumque sententia patris rati habitio effectui retroactionis non gauderet, quemadmodum & ejusmodi nuptiæ, licet consummatæ, irritæ tamen, liberique inde nati illegitimi erant.

XIII. 4)

XIII. 4) Pater liberis, in potestate constitutis, testamento tutores dat, qui neque confirmantur neque fatisdant.

XIV. Reliqua hac regula absolvuntur: Pater & filius habentur pro una persona.

XV. Inde 5) inter patrem & filium nulla lis neque donatio neque obligatio civilis.

XVI. Inde 6) pater liberis pupillariter substituit.

XVII. Inde 7) quod filius acquirit, patri acquirit; habita tamen ex jure noviori ratione distinctionis peculiorum.

XVIII. Ex quo axiomatice novæ conclusiones procedunt: v. g. quod pater bonorum filii, etiam majorennis & inviti, sit administrator legitimus & usufructuarius: quod filius familias sine patris consensu neque mortis causa, multo minus inter vivos donare, neque in judicio stare possit.

XIX. Quod vero filius familias neque testamentum faciat, neque pecunia mutuo accepta obligetur, id ex patria potestate directe non descendit, quamvis ab eadem quodammodo pendeat.

XX. Filii enim familias, nec permittente patre, testari poterant, quia iis in comitiis comparere non licebat, quippe qui partem familiæ, non reipublicæ faciebant.

XXI. Senatus-Consultum vero Macedonianum fœneratoribus etiam post mortem patris mutuum repetentibus obstabat; quamvis non negem, illud denegatam liberis administrandi facultatem præsupponere.

XXII. Denique patria potestas neque majorennitate, neque separata œconomia neque liberorum nuptiis, sed sola spontanea patris emancipatione solvebatur, & jure Romano veteri ad jus vitæ & necis ascendebat.

XXIII. Causam tam eminentis juris alii eam afferunt, ut, omnigeno imperio patrifamilias relicto, litibus domesticis judicia publica fatigare opus non sit. vid. *CHOPIVS in philos. juris de potestate & obligatione L. 2. c. 8. §. 1.*

XXIV. Alii, ut hisce privilegiis Quirites ad nuptias ineundas invitentur, nec habeant, cur ipsos voti procreandorum liberorum poeniteat.

XXV. Alii ad summam civium Romanorum libertatem, qui sub initio reipublicæ suæ vix alio, quam precario jure regebantur, qua de re dixi *in prolegomenis ad ff. §. 25.*

XXVI. Quamcunque ex his rationem eligas, ea ad jus Germanicum non quadrat: nam & hodie lites inter dominum & servum conductitium, inter vasallum & subditos, inter maritum & uxorem, neque adeo inter diversos patresfamilias tantum; & Germanos tantopere ad nuptias invitare, minime opus; neque tanta iisdem libertas pro indole nostratum rerum publicarum tribui potest.

XXVII. Interim in *constit. Elect. Sax. 10. P. 2. asseritur*, weil in den Sächsischen Rechten nirgends zu befinden, daß die väterliche Gewalt insonderheit aufgehoben, so bleibet auch dieselbe nochmahls nicht unbillig bestehen.

XXVIII. Scilicet quæ juris naturæ sunt, in Germania non fuerunt mutata, quin potius mores Germanorum hac parte, quemadmodum & alibi, ad juris naturæ rationem quam proxime accedunt.

XXIX. Ita patris præ matre prærogativa, ex jure gentium descendens, semper apud Germanos perstitit; at potestatis soli patri competentis effectus vix superest præter administrationem & usumfructum bonorum filii adventitiorum atque pupillarem substitutionem.

XXX. Ita veniæ in jus vocandi impetratio cessante privata illa & rudi in jus vocatione cessat; de quo in *pos. ad ff. de in jus vocando dictum est.*

XXXI. JVS tamen WVRTENB. provinciale *P. 1. tit. 11. in fine* & JVS PRVTEN. *L. 1. tit. 14. art. 6. §. 6.* veniæ impetrationem requirit; qualia juris Romani assumenta, legibus provincialibus non satis feliciter juncta, passim observare licet.

XXXII. Ita jus antipelargias, ratione naturali quam maxime consentaneum, plerisque in locis inculcatur. Utinam etiam executioni mandaretur. vid. JVS PROV. WVRTENB. *P. 4. tit. 14. CARPZ. P. 2. C. 10. D. 29. ENENCK. de privilegiis parentum & liberorum privileg. 7. c. 6. per tot.*

XXXIII. Necessitas legitimam parentibus relinquendi & successio eorum ab intestato hodieque obtinet; sed liberos quoque emanci-

emancipatos tangit, adeoque pro patriæ potestatis effectu haberi nequit.

XXXIV. Jus vendendi liberos hodie non obtinere propter sublatum servitutis usum putat ENENCKEL. *d. Tr. privit. ult. in fine.* Aliam rationem, quod nempe magistratus hoc casu egentibus subveniat, affert STRVV. *ad ff. Ex. 23. tb. 27.*

XXXV. Denegata liberis facultas matrimonium non impetrato patris consensu ineundi ubique hodie ad matrem, avos & avias, imo alicubi ad proximos cognatos nec non ad tutores & curatores porrigitur, atque adeo patriæ potestati amplius attribui non potest. GIESEBERTI *Justinianus Harmon. ad tit. inst. de nupt. n. 84. seqq.* EIVSDEMQUE *periculum 2. statutorum Harmon. pract. tit. 38.*

XXXVI. Effectus etiam propter parentum dissensum matrimonia consummata irrita reddendi plerisque in locis hodie cessat, exhæredandi licentia substituta, *Ordin. Elect. Sax. tit. von Ehe. Sachen. Const. LVDOVICI IV. IMPERAT. apud GOLDAST. Tom. 1. der Reichs-Satzungen, p. 149.* SIMON van LOEWEN. *censura forensi P. 1. L. 1. c. 13. n. 9. seqq.*

XXXVII. In comitatu tamen Hennebergico nuptias, invitis parentibus contractas, aliquando rescissas fuisse, observat SCHILTER. *ad ff. Ex. 3. §. 12. idemque sancitur in Ordin. matrimon. Brandenburg. anno 1694. promulgata §. 14. seqq.* eamque sententiam ab æquitate & legibus divinis non discedere, ostendimus in *disp. de dispensatione circa matrimonium intra gradus prohibitos §. 7. & nobiscum facere deprehendimus ENENCK. priv. 6. parentum & liberorum c. 8. per tot. imprimis n. 4.*

XXXVIII. Jure Germanorum prisco idem constitutum fuisse leges Alemannorum c. 54. apud LINDENBROG. ostendunt. Novius vero JVS ALEMANNICVM five SVEVICVM c. 381. cum hodierna consuetudine, ejusmodi matrimonia tolerante, coincidit.

XXXIX. Illa quippe tempora opinione falsa jam erant imbuta, matrimonium esse sacramentum, ac proinde principibus de eo disponere nequicquam licere; quem errorem eleganter refutat JOH. LAVNOJVS Dr. Sorbonæ, sectæque Romanensium additus, in tractatu quem inscripsit: *Regia in matrimonio potestas.*

XL. In datione tutoris non ita hodie ac olim ad patriam potestatem respici, argumento sunt ea, quæ dixi in *pos. ad ff. de tutel. in pr.* & in *centuria thematum juris varii Exere. 4. th. 8. & 9.*

XLI. Porro unitatis inter patrem & filium fictio ab ipso JUSTINIANO in *L. ult. C. de impuberum & aliis substitutionibus* limitatur; in Germania vero eam tanti non esse, patebit ex effectibus.

XLII. Donationem inter patrem & filium familias hodie ratam esse, CARPZOV. *L. 6. Resp. 118. n. 12. 14. & 18. IDEMQVE P. 2. C. 12. D. 22. n. 9.* testatur, & COLERVM non sine elogio in partes vocat.

XLIII. Atque hæc observantia juri Germanico ex æsse convenit, *Sächsisches Land-Recht, L. 1. art. 10. Schwäbisches L. R. c. 118. & 262.*

XLIV. Nec est, quod in jure Suevico de liberis emancipatis; in Saxonia vero de peculio castrensi sermonem esse dicatur: nam & impuberum emancipatio & peculiorum diversitas Germanis omnino fuit ignota; ne dicam ipsos interpretes eam dispositionem ad res quascunque alias extendere. ZOBEL. *different. juris civil. & Sax. P. 3. differentia 15. n. 5.*

XLV. Unde ob rationis identitatem obligationem quoque inter patrem & filium familias subsistere sponte sequitur.

XLVI. Ita in Dicafteriis Vitembergensibus sæpissime emtionis, locationis aliosve inter ejusmodi personas contractus approbatos fuisse memini.

XLVII. Et frustra excipitur, liberos eo ipso tacite emancipari: nam & postea pater usumfructum in bonis filii adventitiis aliaque patriæ potestatis jura retinet, v. g. si a filiola sua geradam matris defunctæ emerit.

XLVIII. Denique litem hodie esse posse inter patrem & filium, asserere cum doctoribus pluribus non dubitavi in *pos. ad ff. de judiciis pos. 18. usque ad 23.* & ipsi dissentientes fatentur, quando filium invito patre studiis sive artibus liberalibus incumbentem patrem cogere posse putant, ut sumtus subministret.

XLIX. Substitutio pupillaris hodieque rata est, quemadmodum & prohibitio, ne filius familias testamentum faciat, observatur, quoniam

quoniam testamentorum usus, a Romanis in Germaniam translatus, solis fere legibus Romanis nititur.

L. Peculium profectitium Germanos olim ignorasse, textus *pos. 43.* allegati ostendunt. Hodie vero peculii ad negotiandum assignatio tacitam emancipationem involvit.

LI. Adventitii ususfructus non modo patri competit, usque dum filius ex familia ejus discedat, verum & matri extra Saxoniam asseritur.

LII. Quæ de Senatus-Consulto Macedoniano hodie supersunt, eo tendunt, ne filiis familias ad luxum pecunia mutua detur; de quo dixi in *pos. ad ff. de Scto Maced.*

LIII. Sequitur, ut modos, quibus hodie patria potestas solvitur, videamus. Et emancipatio quidem Romana solennis, cujus meminit *L. 3. C. de emancip.* quæque accurate describitur in *CAJI fragmentis L. 1. tit. 8. §. 3.* procul dubio hodie in usu non est, quippe ab ipso *JVS-TINIANO* in *L. ult C. eod.* abrogata.

LIV. Anastasianam vero & Justinianeam hodie aliquando usurpari videmus; cujus exemplum præter alia quædam, quorum memini, suppeditavi in *VOLCKMANNO emend. P. 3. c. 34. n. ult.* & nonnulla præprimis Comitum Lœvvensteiniorum ex *CVLPIPIO* suppeditat *THOMASIVS* in *disp. de quasi emancip. Germanorum §. 28. seqq.*

LV. Sed quemadmodum ista præter necessitatem fiunt, ita sufficit, quæ frequentissima est, separatio liberorum majorennium a familia paterna moribus Germaniæ introducta.

LVI. De qua ita dicendum videtur: Liberi, plenam pubertatem ingressi, si e ea finito anno vigesimo siue vigesimo primo inceperit, pars familiæ paternæ esse desinebant, & fiebant pars reipublicæ, dummodo finem educationis plene obtentum esse constaret, quod judicio civitatis, habita prius exploratione, determinabatur. *a)*

P 3

LVII. Hac

a) Confirmat hæc *TACITVS* de *morib. German. cap. 13.* arma sumere non ante cuiquam moris, quam civitas suffecturum probaverit. Tum in ipso concilio vel principum aliquis, vel pater vel propinquus scuto frameaque juvenem ornat, hæc apud illos toga, hic primus juventæ honos: antehac domus pars videntur, mox reipublicæ. hucusque *TACITVS*. Vnde patet, duo omnino homi-

LVII. Hac exploratione postmodum cessante, tempus majorrennitatis sine discrimine a termino exeundi ex patria potestate habitum fuisse videtur. *Schwäbisches Land-Recht. c. 382.*

LVIII. Quantumvis vero in convictu paterno remanere potuissent; ne tamen per ministeria domestica ab armorum usu abstraherentur, vel multiplicatio familiarum impediretur, patrem, ut ex convictu etiam eos dimitteret, cogere fas erat. *Schwäb. L. R. d. l. Sächs. L. R. L. 1. art. 11.*

LIX. Quia vero inopes propriam familiam instruere non poterant, pater iisdem vel bona materna aliaque ipsorum propria tradere vel partem bonorum sui ipsius assignare tenebatur. *dd. locis.*

LX. Eadem in matre obtinebant, adeo, ut quonam peculiari jure hac in parte pater gavisus sit, nondum prospicere liceat. *Sächs. L. R. L. 1. art. 11. § 13.*

LXI. Ratione vero bonorum, quæ Romanis adventitia vocantur, parentes salva cæteroquin potestate pro tutoribus habebantur; *d. art. 11.* vel alium tutorem designabant. *Schwäbisches L. R. c. 319. §. 2.*

LXII. Quantitas bonorum ex propria patris substantia assignandorum *jure Suevico c. 382.* si quis unicum haberet filium, quinta pars erat, si plures, duplex quinta inter eos distribuebatur, ita ut major pars penes patrem remaneret.

LXIII. Jus Saxonicum certæ quantitatis non meminit; eam tamen determinatam fuisse, inde conjici potest, quod minor etiam sufficere dicatur, dummodo filius consentiat, & separatio coram judice fiat. *Sächs. L. R. L. 2. a. 19.*

LXIV.

hominum genera fuisse: membra familiarum, & reipublicæ. Illos, nimirum servos & filios adolescentes armis gerendis inhabiles; hos armatos. Atque armorum traditionem fuisse signum dimissionis ex quacunque potestate, dominica vel patria, frequentissime vero ex posteriori: nam liberti non multum supra servos erant, raro aliquod momentum in domo, nunquam in civitate, exceptis iis gentibus, quæ regnantur. TACITVS *de morib. German. cap. 25.* Ex his constat, *das wehrhafft machen* fuisse declarationem pubertatis & emancipationem. Quam in rem AVENTINVS *Annal. Bajorum Lib. VII. cap. 3. §. 11.* Hisce diebus Ludovicus Bojus nuptias Strubingæ parat; Ottonem filium *emancipat*, eum armis more Germano *ornat.* adde, quæ supra diximus *cap. 3. §. 16.*

LXIV. Ea tamen separatio non tollebat spem succedendi in hæreditate parentum, dummodo separatus bona assignata conferre non abnueret, nisi, dum separaretur, successioni renunciaverit. *Sächß. L. N. L. 1. 4. 13.*

LXV. Sed neque renunciationem neque assignationem judicialiter fieri necesse erat, nisi melioris probationis causa, aut ut patri bona sua extraneo donare licerat, si filius parte minore, quam par erat, accepta hæreditati renunciasset. *Sächß. L. N. L. 1. 4. 13. & L. 2. art. 19. & 30.*

LXVI. Ex dictis infero, jus patrium sola majorennitate desuisse, & postea ad separationem & bonorum assignationem agi potuisse; de quo pluribus dixi in *centuria them. Ex. 9. th. 10.*

LXVII. Fœminæ vero, quæ propriam sibi familiam instaurare non solent, per nuptias ex parentum potestate exhibant, quoniam in potestatem transibant mariti. Ita in *Jure Suevico provinciali c. 259.* maritus vocatur *seines Weibes Voigt und Meister*: & in *Jure provinc. Saxonico L. 1. art. 31.* Wenn ein Mann ein Weib nimmt, so nimmt er sie in seine Gewehr und alles ihr Guth zu rechter Vormundschaft; *& art. 45.* Ob wohl ein Mann seinem Weibe nicht ebenbürtig wäre, ist er doch ihr Vormund, und sie ist seine Genossin, und tritt in sein Recht, wenn sie in sein Bette tritt. *add. art. 54. L. 3.*

LXVIII. Unde vulgo infertur, marito curam quidem uxoris, at non potestatem in eam competere: scilicet tanta ei potestas, quanta jure Romano patri tribuebatur, non competit, sed neque tanta patribus apud Germanos unquam competiit.

LXIX. Scilicet patria potestas in personam liberorum, quia sola pietate seu educationis officio absolvebatur, peræque matri, si pater, & agnatis proximis, si mater deficeret, competebat.

LXX. Potestas in bona liberorum etiam omnibus eadem: nam & mater usufructu gaudebat, & tutor agnatus, vel potius neuter eorum ad rationes de fructibus reddendas, sed solum ad patrimonium, prout acceperat, restituendum erat obstrictus.

LXXI. Et matri quidem hanc prærogativam extra Saxoniam Electoralem diserte vindicat RICHTERVS *P. 1. Dec. 18. n. 12. seqq.* Secus jure Sax. Elect. per *dec. noviss. 62.* agnato vero tutori eandem tribuis

tribuit GIESEBERT. *peric. statutorum* 2. art. 24. n. 266. usque ad 274. & n. 209. usque ad 320.

LXXII. Postea loco ususfructus salaria tutoribus constitui cœperunt, alibi lege publica determinata, alibi magistratus officio definienda; qua de re præter eos, quos in *pos. ad ff. de contraria tutel. actione* allegavi, vid. GIESEBERTVS *d. l.* & MENCKENIVS *diff. jurid. II. tb. 14.*

LXXIII. Tutela itaque agnatorum & maritalis a patria potestate non differebat, indeque est, quod marito liberrima bonorum uxoris administratio & ususfructus competeret. *Schwäbisches R. N. c. 259.*

LXXIV. Vnicus ergo modus ex patria potestate exeundi erat, exitus scilicet ex familia, qui separatio, *die Sonderung*, & quod assignatio bonorum regulariter accederet, *die Berathung*, vocabatur. add. THOM. *d. disp. §. 24. seqq.*

LXXV. Exitus iste peragebatur quoad filias transeundo in familiam mariti, quoad filios familiam propriam instituendo, sine qua cum olim nuptias a filio iniri inauditum fuerit, frustra quæri puto, num filius per solas nuptias emancipetur?

LXXVI. Ubi quæritur: 1) an eam judicialiter fieri necesse sit? affirmarunt olim doctores jur. Sax. omnes per textum *juris Sax. provinc. L. 1. art. 19.* quem jam supra removimus *pos. 65.* & extrajudicalem separationem sufficere disponit *Constit. Elect. Saxon. 10. P. 2.*

LXXVII. 2) An etiam in Germania reliqua extra Saxoniam ejusmodi separatio a patria potestate liberet? omnino. vid. HUBERI *praelectiones ad inst. quibus mod. jus patr. pot. solv. §. ult.* HOPP. *ad inst. eod. tit. §. 6. in us. mod.* MEVIVS *ad jus Lubec. L. 1. tit. 3. n. 24.* STRYCK. *in us. mod. ff. de adopt. §. 18. usque ad 23.* VOETIVS *ad inst. eod. tit. §. fin. n. 4.* Dissentit PENSOLDVS *ad COLERI decis. 122.* qui forte non animadvertit, quod filii Comitum Loevvensteinii adhuc fuerint minores, quales separatio non liberat.

LXXVIII. 3) An liberi e vestigio post separationem liberentur, an abhinc annus & dies, vel vicennium requiratur? prius procul dubio affirmandum est. Mores & autores, tractum temporis requirentes, affert VOETIVS *d. l.*

LXXIX.

LXXIX. 4) An separatio bonorum absque separata œconomia: item an separata œconomia absque separatione bonorum sufficiat? utrumque affirmandum puto, quamvis dissentiat STRYCK. in us. mod. d. l. §. 25. Ut vero dissensum tollat *Reformatio Francofurtana P. 2. tit. 1. §. 9.* ad liberationem a patria potestate majorrennitatem, nuptias & separatam œconomiam conjunctim requirit.

LXXX. 5) An separatio invito patre fieri possit? puto quod sic, si liberi sint majorenes. Certe judex hic interponet officium, & absurdum foret, filium, in dignitate constitutum, & victui sibi familiæque sufficienti quærendo aptum, invitum in familia paterna propterea detinere velle, ne pater eidem adventitia restituere cogatur.

LXXXI. At, inquis, præstabit, filium coram judice emancipare, quo casu pater dimidium usumfructum in præmium emancipationis consequetur, §. 2. *inst. de patr. pot.* imprimis cum id hodieque in emancipatione solenni obtinere HVBERO duce statuat HOPP. *loc. supra d.*

LXXXII. Verum de hujus cautelæ usu hodierno non magnifice sentio: moribus Romanis pater filium etiam senem, etiam rempublicam administrantem, ad dies vitæ in potestate retinebat. At hodie majorenem dimittere cogitur; coactum vero beneficium tantopere remunerari ac spontaneum, necesse non est.

LXXXIII. Deinde pater intuitu adventitorum tutoris loco erat; tutor vero ex bonis liberorum nihil retinere poterat, cumque liberi, sine judicis interventu separati, nihil patri relinquunt, teste CARPZOVIO *P. 2. C. 10. D. 5.* sola judicii solennitas tantam iis jacturam inferre non debet.

LXXXIV. Neque facile exemplum dabitur filii familias locupletis, nisi ex bonis maternis; ea vero illibata restitui vult *jus Saxon. comm. er soll ihnen lassen und geben alles ihrer Mutter Guth.* add. BERLICH. *P. 2. concl. 11. n. 64. seq.*

LXXXV. Denique vel unicum exemplum juris Romani huc applicati cautelam hanc inutilem redderet: Nullus enim sanæ mentis filius familias noxiam sibi emancipationem judicialem, ad quam cogi invitus non potest, præ separatione extrajudiciali præoptabit.

Q

LXXXVI.

LXXXVI. 6) An separatio liberos etiam minores a patria potestate eximat? Affirmavi alibi; nunc quoad filium negativam verioremi puto, quamvis præsertim in Saxonia & iis locis, ubi minoritas citius finitur, sterilis sit hæc controversia. Filia vero minoris ex patris potestate ita exit per nuptias, ut quantumvis maritum ante majoritatem amiserit, in potestatem tamen non redeat.

CAP. XXVII.

De

Cura foeminarum & absentia.

I.

Iure Germanorum a) foemina absque curatore nihil in iudicio agere potest: Schwäbisches Land-Recht, c. 309. Magd und Weibe müssen vor Gericht und in jeglicher Klage mit Recht ihre Vormünder bey ihnen haben, oder der Richter soll sie nicht hören.

II. Unde statim observo, hanc curatoris necessitatem non Saxoniam propriam, sed universæ Germaniæ communem fuisse, prout ostendi *pos. 17. ff. de judiciis*: idemque ex ZANGERO jam observavit SCHVLZIVS in *Synops. instit. de except. lit. b.* ubi BEIERVS in *notis variarum provinciarum moribus* hanc sententiam confirmat.

III. Ea proinde curatoris necessitas extra Saxoniam non probanda est, sed præsumitur, donec contrarium probetur.

IV. Imprimis observatur iure Saxonico tum communi, Land-Recht, L. 1. art. 44. 46. & L. 2. art. 63. ac passim alibi: tum Electorali, *const. 15. P. 2. Ordin. Proc. Sax. tit. 8.*

V. Nisi foemina sit illustris & publico regimine gaudens. CARPZ. P. 2. C. 15. D. 9.

VI. Neque sufficit, foeminam curatore instructam esse; sed quoties actus, speciale mandatum requirens, expediendus est, ipsa cum curatore simul in iudicio comparere, vel uterque actorem constituere tenetur, nisi ejusmodi actus ipsi curatorio inserti sint.

VII. Atque ita responderi solet: Daß Beflagte (scilicet curatoris)

a) Parallelismos juris Attici, Labecensis, Suevici & Norvvegici afferunt PVFEND. de J. N. & G. L. 3. c. 6. §. 5. ibique HERTIVS in annotat.

ris) principalin nach anderweit vorgehender Ladung entweder selbst nebst ihme oder vormittelt eines auch zur Recognition insonderheit bestetigten Kriegerischen Vormundes oder mit dergleichen Macht erscheinenden Actoris, dessen Actorium so wohl von der Principalin, als dem Curatore unterschrieben und besiegelt, dem 1c. eröffneten Urthel Folge zu leisten schuldig.

VIII. Sed quantum ad limitationem, *positioni 6. subnexam, contrarium summo provocationis senatui placuisse adjectis rationibus testatur Dominus BERGER. ad Ord. Proc. tit. 8. obs. 2. notab. 2. pag. 292.*

IX. Simplex itaque cura maritalis non sufficit hodie, sed vel maritus, vel alius curator a magistratu confirmandus est; quamvis rectius forte ZIEGLERVS *ad Ord. Proc. tit. 8. p. 60.* uxorem, una cum marito in judicio praesentem, lites expedire posse statuat.

X. Forte distinctione dissensus componi potest, utrum actus, speciale mandatum requirens expediendus sit, nec ne? eodemque modo respondendum ad quaestionem, utrum solus curator constitutus seu confirmatus absque speciali mulieris consensu in judicio comparere vel actorem constituere possit? de qua quaestione vid. *Dominus BERGER. d. l. not. 1. nec non de priori IDEM d. t. 8. obs. 5.*

XI. Sed neque ita invalidi sunt actus a muliere in judicio sine curatore gesti, quin in illius favorem sustineantur. vid. pluribus *Dn. BERGER. d. l. obs. 2. pr.*

XII. Causas matrimoniales & criminales foeminas in judicio absque curatore recte agere notum est, idque uberius persequitur *Dn. BERGER. d. l. obs. 4.*

XIII. Actor, a foemina ejusque curatore simul constitutus, officium suum continuat etiam finito munere curatoris, secus, si ipse a solo curatore dependeat.

XIV. Caeterum olim cura maritalis in Germania ad lites sufficere videtur absque judicis confirmatione, quod omnes juris provincialis utriusque (scilicet Sivevici & Saxonici) textus innuunt. vid. inter plures alios *Schwäbisches Land: R. c. 309. n. 3. Sächß. R. R. L. 1. a. 31. conf. GIESEBERT. Peric. II. harmon. statutor. art. 25. per. tot. atque hoc jus priscum sequitur Statutum Budissinum c. 2. tit. 8.*

XV. Constituuntur curatores a judice, jurisdictionem inferio-

rem habente, & quidem ad omnes causas, a magistratu domicilii; ad certum vero & specialem actum, in foro, ubi lis vertitur, vel ubi mulier contraxit, aut bona possidet. *b) Dec. Sax. noviss. 59. ubi PHILIPP. obs. 2.*

XVI. Iisque ad legitimationem personæ curatorium exhibetur, cujus formulæ habentur in VOLCKMANNO *emend. P. 3. c. 26. n. 1. usque ad 9. & P. 2. c. 20. n. 13. usque ad 17.*

XVII. Idque curatorium in quacunque causa curator producere tenetur, excepto iudicio, in quo confirmatus est, ubi delatæ curæ testimonium actis inferi petit. Sæpe etiam in causis specialibus nec magni momenti actuarius de facta constitutione saltem ad acta attestatur.

XVIII. Circa actus non litigiosos sequentia sufficere videntur: 1) Virgo & vidua de rebus suis mobilibus absque curatore pro lubitu valide disponere possunt. *Sächsisches Land-Recht, L. 1. a. 45. in fine.*

XIX. Quæ dispositio, si cum *articulo 52. in pr. d. Lib. 1.* conferatur, patet vel *art. 45. de immobilibus, vel art. 52. de mobilibus* intelligendum esse. Quod utrumque vulgari interpretationi contrarium est.

XX. Auget scrupulum textus *Juris Suevici Provincialis c. 309. n. 2.* ubi generaliter dicitur: *Mägde und Frauen die nicht Ehemanne haben, die werden ihr Guth wohl an ohne ihre Vormunde ic.*

XXI. Quicquid sit, in Saxonia Electorali *Const. 15. p. 2.* sententiam communem tuetur: at in reliquis juris Saxonici Provinciis licentiam etiam immobilia absque curatore alienandi post COLERVM *Decis. 67. viduabus & virginibus* tribuit hodie *Facultas Jurid. Lips.* teste MENCKENIO *ad Ord. Proc. tit. 8. tb. 13. & Collegia Jenensia.* SCHILTERVS *Exerc. ad ff. 37. tb. 242. seq.* neque abludit ab hac interpretatione Dominus BERGER *d. l.*

XXII

b) In Ducatu Guelferbytano non prius constituuntur, quam actu corporali iuraverint: Daß sie ihrer Curandin so wohl in, als auffer Gericht mit Rath und That treulich beystehen, was derselben gut und nützlich ist, thun, auch was ihr unnützig und schädlich ist, vermeiden, und sich sonst dergestalt bezeugen wollen, wie einem Kriegischen Vormund und Curatori wohl anstehet, und gebühret, alles bey Verpfändung Haab und Güther.

XXII. Excipitur ab hac regula donatio geradae coram notario & testibus facta, *Dec. Saxon. nov. 22. ibique PHILIPP. observ. 2.*

XXIII. Caeterum ex regula sequitur: virginem vel viduam absque curatoris consensu mobilia emere vel vendere, mutuum dare, imo solutionem pecuniae debitae recipere, & apocha sua debitorem liberare posse, prout recte contra CARPZOV. *P. 2. C. 15. D. 3.* disputat Dominus BERGER in *Electis Proc. Execut. tb. 17.*

XXIV. Regula 2): Mulier absque curatore ex contractu regulariter non obligatur. *d. Const. 15. P. 2.* verbis: damit sie sich gegen jemand verpflichten.

XXV. Excipitur usu hodierno mutuum a foemina acceptum, quatumvis & hic iudicis arbitrium non excludatur. vid. CARPZ. *L. 5. resp. 10.* neque haec observantia singularis ad cambium aliosque contractus extendi potest, nisi qua versio in rem mulieris probatur. CARPZ. *d. l. MENCKENIVS ad Ord. Proc. tit. 8. tb. 12. n. 4.*

XXVI. Regula 3): Nulla foemina sine curatore super immobilibus valide contrahit. *d. const. 15.* verbis: ausgeschlossen die unbeweglichen Güther.

XXVII. Haec regula 2. & 3. limitantur, 1) si contractus mulieri sit utilis. RIVIN. *ad Ord. Proc. tit. 8. enunc. 37.*

XXVIII. 2) Si foemina mercatrix in rebus, ad mercaturam spectantibus, sese obliget. *d. const. 15. in fin.*

XXIX. 3) Si foemina eum, qui contractui interfuit, eumque approbavit, postea tanquam curatorem confirmari petat, dummodo confirmatio confestim petatur. MENCK. *d. tb. 12. n. 5.*

XXX. 4) Si mulieris agnati cognative proximi contractui affuerint, eumque non improbaverint. CARPZ. *P. 2. C. 15. D. 18.*

XXXI. Hanc limitationem, quamvis nonnulli respuant, tanto libentius admitto, quod jure Saxonico prisco proximus cognatus foeminae solutae curator legitimus fuisse, nec confirmatione magistratus indignuisse videatur. conf. invicem *Sächsisches Land. R. L. 1. a. 45. & 46.* qui de legitimo, & *a. 47.* qui de dativo curatore loquitur, add. *Schwäb. L. R. c. 309. n. 4.*

XXXII. Regula 4.): Uxor nec immobilia nec mobilia ad maritum illata, sine ipsius tanquam curatoris legitimi consensu, alienare,

nare, neque se ad aliquid præstandum obligare potest. *Sächsisch. Land, Recht. L. 1. a. 31. & 52. Schwäb. L. N. c. 309. n. 1. PHILIPP. ad Dec. Sax. nov. 24. obs. 4.*

XXXIII. Excipiuntur a regula negotia oeconomica, de quibus distincte agit *Dn. BERGER. ad Ord. Proc. tit. 8. obs. 6.*

XXXIV. Sed neque uxor in Saxonia de rebus mobilibus in præjudicium mariti testamentum condere potest. *Const. 7. P. 2. unde declaranda Const. 15. P. 2. prope finem.*

XXXV. Neque valebit alienatio bonorum uxoris absque mariti consensu facta, licet alius curator intervenerit. *CARPZ. P. 2. C. 15. D. 25.*

XXXVI. Sufficit vero ad validitatem alienationis solus mariti consensus, nisi 1) uxor jam habeat curatorem, ad negotia in genere constitutum, 2) nisi contractus vergat in ipsius mariti utilitatem. *Dec. Sax. nov. 24.*

XXXVII. Fœmina ob damnum, quod ex negotio curatoris autoritate firmatio patitur, nec curatorem convenire, nec restitutionem in integrum petere potest. *CARPZ. P. 2. C. 15. Dec. 33.*

XXXVIII. Et mulier quidem curatorem suum, ut consentiat, cogere nequit; potest tamen petere, ut alius ad consentiendum proclivior curator constituatur.

XXXIX. Totum itaque hoc curæ muliebris negotium cum magno apparatu suo propemodum in ludibrium abit, ejusque abrogationem in universum optarunt status Provinciales Saxonici ex rationibus gravissimis a *Dn. BERGERO ad Ord. Proc. t. 8. obs. 1. not. 2.* enumeratis.

XL. Contractum in Saxonia absque curatore celebratum nullum, neque adeo restitutione in integrum opus esse evicit *Dn. BERGER. disp. jur. 10. tb. 11.*

XLI. Quod vero *IDEM d. l. tb. 14. CARPZ. P. 2. C. 15. D. 31. & PHILIPPI in usu pract. inst. eccl. 85. ad L. 1.* requirunt, consensum curatoris statim in ipso negotio præstandum esse: hoc subtilitatem juris Romani nec recte quidem applicatam sapit, neque usu servatur. vid. omnino *RIVIN. ad Ord. Pr. t. 8. enunc. 38.*

XLII. Denique quemadmodum necessitas curatorem habendi,

di foeminas etiam extraneas in Saxonia contrahentes tangit; ita nostratibus alibi contrahentibus remittitur. PHILIPP. *ad Dec. Sax. 14. obs. 2.* Quamvis alii dissentiant, & dubitet STRYCK. *in caut. contract. sect. 1. c. 2. §. 30.*

XLIII. Plura, si quæ supersunt, ex commentatoribus ad *Ord. Proc. Sax. t. 8.* & WIBELIO *de contractu mulierum* facile requiri possunt.

XLIV. Superest cura absentis, de qua ex instituto egit SIMON *in Praef. Academ. Tom. 2. disp. 17.* & CARPZ. *P. 3. C. 15. D. 48. seqq.*

XLV. Eam ex legibus Romanis derivare mallet SIMON *d. 1.* sed rectius CARPZ. *alleg. 1. D. 18.* alique moribus Germanorum & vicinorum eam annumerant.

XLVI. Ubi imprimis observandum, hanc curam non solum administratoriam esse, sed amplius quid, successionem scilicet conditionalem, si absens non redierit, involvere.

XLVII. Atque inde est, quod curator absentis non teneatur ad rationes reddendas, usque dum absens redierit.

XLVIII. Inde est, quod natura inhabiles, infantes, minores, foeminae, licet rebus suis praesse non possint, ad hanc curam tamen admittantur. conf. SCHILT. *Exerc. ad ff. 15. §. 71 -- 77.*

XLIX. Nempe solum hic respicitur, quis proximus absentis cognatus, & comperta vel praesumpta ipsius morte ab intestato successurus sit.

L. Praesumitur vero mors, si absens annum ætatis septuagesimum supergressus sit. Quam sententiam Collegia Saxonica constanter sequuntur, daß der Abwesende Todes verbliehen, oder das 70ste Jahr seines Alters überschritten.

LI. Porro inde est, quod, comperta vel praesumpta morte absentis, cautio evanescat, & successio retrofacta fingatur.

LII. Hinc quoque esse videtur, quod curator absentis paulo laxiori arbitrio gaudeat in alienandis vel mutandis bonis, curæ ipsius commissis, neque causæ cognitione & magistratus decreto opus habeat.

LIII. Demum inde quoque descendit, quod, cui semel cura mandata est, penes ejus hæredes remaneat, etiamsi cognati alii æqualis

æqualis cum ipsis gradus supersint, & exacto tempore, per quod absens vixisse præsumitur, soli curatores, non reliqui cognati in bona succedant.

LIV. Cum enim jam absens pro mortuo habeatur, non nunc demum mortuus esse creditur, sed qui primum curator constitutus est, jus succedendi retinet, usque dum mortem absentis tardius secutam esse a reliquis cognatis probetur.

LV. Nempe quando ab initio plures adsunt cognati ejusdem gradus, omnibus simul cura absentis committitur.

LVI. Ubi quidem CARPZOVIVS, si unus cognatorum tantum curam sibi demandari petat, eam ipsi exclusis reliquis, jure suo non invigilantibus, demandandam arbitratur. Verum hoc istis in jure successionis non præjudicat, neque putem, tuto a magistratu præteriri posse, quos ipse æque propinquos esse non ignorat.

LVII. Cautio a curatoribus absentis indistincte constituenda est, eaque vel fidejussoribus, vel pignoribus; aliquando tamen etiam juratoria admittitur. SIMON. *d. l. c. 4. th. 14.*

LVIII. Absenti redeunti omnia bona cum fructibus restituenda esse nemo dubitat, sed neque curator honorarium pro administratione aut quicquam aliud exigere potest, nisi ut indemnis servetur.

LIX. Absenti quodammodo, ut quoad actus judiciales, similis habetur incarceratus, aut alio diuturno impedimento domi detentus, cui citatio ad manus insinuatur, simulque denunciatur, nisi ipse procuratorem constituat, fore, ut ei curator ad hanc causam ex officio constituatur.

LX. Quod si causa per procuratorem agi non possit, iudex ad domum vel custodiam rei ire aut personas judiciales mittere tenetur. Ita quoties ægrotus ad articulos inquisitionales respondere debet, pronunciari solet: Im Fall er auch Unpäßlichkeit halber vor Gericht zu erscheinen nicht vermöchte, sind ihm die Inquisitional-Articul in seiner Behausung vorzuhalten, und seine darauf gethane Antwort ad Acta zu verzeichnen.

LIBER II.
DE
IVRIBVS REALIBVS.

CAP. I.

De
Jure postarum.



I.

HAc de re scripserunt **LVDOVICVS** von Hörnigk *de regali postarum jure, Francof. 1663. 8vo.* cui personatus **Emeran Ackold** opposuit gründlichen Unterricht vom Post-Regal, Hall. 1685. 4to. sed & hunc refutare annisus est Pseudonymus **CAESAREVS TVRRIANVS** in tractatu, quem inscripsit: *Glorywürdiger Adler, anno 1695.* edito, quem demum **ANDREAS OCKEL**, qui idem antea sub *Ackoldi* nomine delituerat, aperto Marte fudit in tractatu *de regali postarum jure Electorum Principumque Imperii, Hale 1698.* typis exscripto. add. **ZIEGL.** *de jurib. Majest. Lib. 2. cap. 18.* **SEBAST. FESCHIVS** *disputat. de cursu publico ejusque jure Basil, 1684.*

II. Et forte mirabuntur nonnulli, quod hoc thema juris Germanici esse asseram, cum integer in *Codice Justiniano* titulus habeatur *de cursu publico Lib. 12. Tit. 51.* qui vulgo argumenta scriptoribus, jus postarum explicantibus, præbuit. vid. **HOERNIGK.** *passim, imprimis cap. 4. & 13.*

III. Sed isti quidem solatio ex *l. 7. C. d. t. requirendo dignissimi* & ab **ALCIATO** & **PEREZIO** *ad d. tit. Cod. ZIEGLERO d. l. OCKELIO, Ackold. L. 1. c. 1. sub fin.* aliisque satis refutati sunt, & cursu publico hodie magis comparandi forent die *Amts-Vorspann, a)* & die *Lehn-Schulzen-Pferde.*

IV. Vo-

a) Rem imprimis diligenter enucleat **SALMASIVS** *ad Ælium Spartianum in vita Hadriani Caesaris cap. VII. Tom. I. Scriptorum Histor. Augusta edit. Leydens. pag. 60. 63.* ubi adversus **CASAVBONVM**, cujus explicatio *ibid. pag. 58. seq.* habetur,

IV. Vocabulum postæ latinum esse dicitur, a ponendo, quasi posita. Quia equi & administratores postarum per certa intervalla in stationibus positi & ad nutum parati reperiuntur. Homonymiam & synonymiam excutit OCKEL. *cap. 1. tb. 3-9. Ackold. L. 1. c. 1.*

V. Describitur jus Imperatori nec non Electoribus & Principibus Imperii in suis territoriis competens, cursus publico nomine rite certis in locis mutatis equis & cursoribus instituendi, & de iis prohibitu disponendi ad publicam & privatam subditorum utilitatem. add. ACKOLD. *L. 1. c. 1.* HOERNICK *cap. 14. Dn. HORN. Jurispr. Feudal. cap. 8. S. 44. 45. 46.*

VI. Scilicet distinctio der Posten, Land-Posten, Land-Rutschen, Bothen, item der Post-Meister und Bothen-Meister, non inde dependet, utrum ab Imperatore an Principe Imperii instituantur, quod contra HOERNIGKIVM *cap. 19.* (ubi de etymo der Messger-Posten,) & *cap. 1. theorem. 4.* & TVRRIANVM OCKELIVS in utroque tractatu supra allegato evicit. vid. EJVSDVM *tractat. latin. cap. 2. 3. 4. & 5.* Ackold. *Lib. 1. c. 2. Dn. HORN. d. l. WILDVOGEL. disp. de jure Principis eminenti circa postas.*

VII. In eo vero differentia sita est, quod nuncii, die Bothen, aliquando pedites, aliquando equites, nec equum mutare, nec plures viatores equis instruere, nec corniculum gerere, multo minus inflare debeant; Veredarii vero, die Land-Rutscher, sarcinas majoris molis non secus ac aurigæ plaustris devehunt, tardiore cursu, quam-

vis

tur, disputat. Cursum istum publicum, quem Ælius Spartianus fiscalem vocat, primus instituit AVGVSTVS, teste SVETONIO, licet AVRELIVS VICTOR hoc institutum TRAIANO tribuat, *de Cesarib. cap. 13. edit. Leydens. c. n. varior. pag. 254.* Quid ergo est, quod SPARTIANVS *d. l.* memoret, cursum fiscalem ab HADRIANO institutum esse? Dicam post viros summi nominis supra laudatos, qui sibi nondum satis constant, neque fecum conveniunt: Cursus publicus, publicis nempe usibus inserviens, jam ab AVGVSTO institutus erat, sumtibus scilicet magistratum oppidanorum, quin & privatorum, quorum lautioribus patrimoniis hoc onus imponebatur; HADRIANVS vero cursum publicum fecit fiscalem, i. e. sumtum opere magistratus liberavit, & impensas ex fisco suppeditavit. Atque adeo cursus publicus olim fuit, qui fiscalis non esset. Nempe publicus dicitur ratione finis vel usus; fiscalis vero ratione sumtum, quibus sustinetur.

vis aliquando equos mutant. Cæterum die Land-Rutschen und ordentlichen Bothen directorio magistri postarum subsunt. *Ackold. Lib. 1. c. 6.*

VIII. Civitates Imperii, cum per exiguum plerumque sit eorum territorium, postas proprie dictas non instituunt, sed & postis imperialibus ordinariis stationes præbent. Von Dchsen-Posten vid. *HOERNIGK. p. 113.*

IX. Quin & civitatibus imperialibus jus habendi nuncios & veredarios a magistrato postarum generali & hereditario imperiali, Principe de TAXIS, sæpe in dubium vocatum, eæque in ejus exercitio turbatæ fuerunt, quam in rem acta *HOERNIGK. passim.* exhibet.

X. Quando Principes pro lubitu de postis disponere posse assero, facultatem iis competere puto, vias, tempus & modum recipiendi literas mutandi, etsi vel per integrum seculum eundem cursum tenuerint. Cujusmodi controversiam, inter Sueciæ Prussiæque Reges exortam, commemorat *OCKEL. cap. 5. tb. 3. add. ACKOLD. L. 1. c. 4. HOERNIGK. cap. 18. theorem. 9.*

XI. Imprimis ad istam dispositionem refertur personarum ad hoc officium electio. Sunt hæ vel principales, vel minus principales: illæ Ober-Post-Directores, Ober-Post-Meister vel Post-Meister; hæ administratores, scribæ & cursores, Post-Berwaldter, Post-Schreiber oder Post-Secretarii & Postilions vocantur.

XII. Directores & magistri hodie ut plurimum locationis vel feudi titulo constituuntur. Differentiam eorum von den Bothen-Meistern explicat *Ackold. L. 1. c. 4. sub fin.*

XIII. Cui hoc officium in feudum concessum, si mutuum sub hypotheca bonorum contrahat absque consensu Principis, immisio in hoc officium ejusve fructus urgeri non potest, quia fructus tanquam accessorium a principali suo separari non debent, & feuda officii non sunt transmissibilia. *OCKEL. c. 6. tb. 2. § 3. HOERNIGK. cap. 15. theorem. 5.*

XIV. Hujus directoris supremi est stationes publicas erigere, ibique equos & currus semper paratos disponere. Quas stationes alienari & a privatis possideri posse non dubito, etiamsi ad Principem

spectaverint; ubi tamen præscriptio ad 40. annos extenditur. Quamvis in Suecia etiam hæc domus reductæ fuerint. OCKEL, *cap. 7. per tot.*

XV. Hæc stationes porro, nec non ministri postarum, etiam vilissimi, peculiari & eminentiori securitate gaudent. Ita Nobilem quendam, Halæ Postilioni alapam infligentem, a regimine Magdeburgico arrestatum, eique 30. uncialium mulctam dictatam meminit OCKEL, *cap. 6. tb. 4. add.* qui ad alia pro more digreditur, HOERNIGK, *cap. 18. theorem. 6. & cap. 21. theorem. 2.*

XVI. Vicissim cursoribus, tanta inviolabilitate munitis, nec gladios nec sclopeta aliave arma gerere, quamvis iter faciant, licet, ne sinistrae causam suspicionis viatoribus præbeant. *Ackold. L. 3. c. 1. 2.*

XVII. Si quid ipsis concreditum perdiderint vel deterioraverint, magister postarum damnum resarcire tenetur, non tam propter edictum *naut. caup. stabular.* quam ex ratione naturali, quæ edictum produxit, quia scilicet viatores aut aliquid transmittentes fidem magistri sequi tenentur, neque ipsis cursorem industrium eligere integrum est. OCKEL, *c. 8. tb. 2. seq.* ubi responsa *Scabinatus Halensis & 7 Ctorum Vitemb.* in quorum sententiam iverunt *Jenenses, Helmstedtenses, Rintelenses & Erfurtenses.* add. *Ackold. Lib. 2. c. 5. add. duas disp. HARPRECHTI,* quarum utraque inscribitur: *actio utilis de recepto;* et omnino STRYCK, *de action. investig. sect. 1. membr. 9. §. 35-38.* HOERNIGK, *pag. 279.*

XVIII. Idque vel maxime, si negligentia cursoris simul in magistrum redundet: v. g. in Saxonia constitutum est, ut receptaculum cistularum, ad viatores pertinentium, tergo currus affixum, non funibus, qui diuturna quassatione facile conteruntur, vel motu vehementiori rumpuntur, sed catenis ferreis muniatur, daß über die Schoßkellen, darinnen die Reise-Coffres stehen, nicht Stricke, sondern Ketten gezogen werden sollen; quod si ergo funes usurpaverit cursor, aperte in magistrum culpa redundat. Prout *7 Cti Witteb. mens. Majo 1707.* responderunt an Johann Benjamin Ahnern, *Post-Meister zum Hahn.*

XIX. Quod si ipsi res, sibi concreditas, furrupuerint, vel epistolas aperuerint, pro re nata poena corporis afflictiva, vel ultimo supplicio puniri posse, certum est, add. OCKEL, *d. cap. 8. tb. 4. seq.*

HOERNIGK.

HOERNIGK, cap. 13. theor. 28. Constit. Elect. Saxonica renovata & exacerbata von anvertrauten Guthe, quam exhibet Dn. BERGER. in Electis jurispru. criminal. cap. 3. n. 8.

XX. Sufficit vero, literas, resve alias, in locum destinatum venisse; cæterum ut ad domum ejus, ad quem pertinent, deferantur, necesse non est, fieri tamen, & certos literarum distributores, *Brieffräger*, in urbibus majoribus constitui videmus, quibus aliquid pro labore solvitur, licet merces transvectionis plene soluta sit.

XXI. Magister postarum fasces ex loco contagioso in locum purum mittens, eumque pestis contagio inficiens, recte punitur, sed quomodo ad interesse teneri dici possit, non percipio. *Ackold. Lib. 2. cap. 3. HOERNIGK. pag. 286. sqq.*

XXII. Cæterum postarum magistri & ministri ab omnibus oneribus civilibus regulariter exempti sunt. *Ackold. Lib. 2. cap. 1. HOERNIGK. cap. 18. theorems. 3. 4. 5. & cap. 6. theorem. 6.*

XXIII. Nisi certum mercaturæ aut opificii genus simul exerceat, ex quo onera ferre omnino tenetur. Exemplum vid. apud *Ackold. d. l.*

XXIV. Regulariter supremus postarum magister in provincia jus dirigendi, relationes quotidianas, negotiorum civilium rerumque noviter gestarum, *die Zeitungen*, & lucrum inde capiendi sibi vindicat. Verum res a Principis arbitrio dependet, atque ita intelligendus est *Ackold. L. 1. cap. 5. HOERNIGK. cap. 15. theor. 36.*

XXV. Literas vel fasciculos recte retinet, usque dum merces transvectionis, *das porto*, quæ tamen taxæ præscriptæ & publice edictæ conformis esse debet, HOERNIGK. c. 15. tb. 39. solvatur. *Ackold. L. 2. c. 6.*

XXVI. Si literis inscripta sit vocula: *franco*, merces transvectionis per hoc territorium soluta præsumitur, & culpa penes ministros est, quod literas ita notatas absque mercede receperint.

XXVII. Aliud si literæ per plura territoria ferendæ, ubi vocabulum *franco* indefinite positum, non impedit, quo minus solutio particularis subintelligatur, quin & a ministris terminus, quousque solutio facta sit, literis inscribi potest. *Ackold. L. 2. c. 9.*

XXVIII. Quin & si literis suis quis inscripserit *franco par tout*,

adhuc a postarum administratore limitatio addi potest, dummodo constet, solutionem pro integro cursu uno in loco non recipi.

XXIX. Recte vero denegatur solutio mercedis, si is, ad quem literæ spectant, ex probabili ratione eas respuat, v. g. si congruus titulus inscriptus non sit, aut quis metuat, ne injurias contineant, *Ackold. L. 2. c. 8. seq.*

XXX. In alieno territorio nec equos mutare, nec corniculum inflare licere perspicuum est. *Mandatum regiminis Magdeburgici exhibet ACKOLD. lib. 3. c. 3.*

XXXI. Reliqua cursorum privilegia omnia eo tendunt, ne quis cursui, licet ob causam probabilem, remoram injiciat; quo pertinent, quæ habet *ACKOLD. l. 3. c. 4. 5. 6. 7. L. 4. cap. 3.*

XXXII. Eo quoque refertur, ne equis cursoriis major moles imponatur, quam in ordinationibus postarum permittitur. In Marchia Brandenburgica 50. libræ. *ACKOLD. L. 4. c. 2.* In Saxonia 40. libræ.

XXXIII. Ita quod *jure Saxon. provinc. L. 2. art. 59.* disponitur: Der leere Wagen soll weichen dem geladenen Wagen, und der minder geladene dem schwerern. Der Reitende soll weichen dem Wagen / und der Gehende dem Reitenden. Sind sie aber in einem engen Wege, oder auf einer Brücken, und jaget man einen Reitenden oder einen zu Fuß, so soll der Wagen still stehen, also lang, daß sie mögen hinfür kommen. Welcher Wagen erst auf die Brücken kommt, der soll zum ersten überfahren, er sey leer oder geladen. *Et jure Suevico provinciali cap. 232.* Der leichter Wagen soll ie den schweren entweichen, welcher baß entweichen mag, der soll auch weichen, was ja darauf leit. Der Reitend entweicht dem Wagen, er sey geladen oder leer, der Gehend entweicht dem Reitenden. Seind sie aber beyd in einer enygen (engen) Weg, oder auf einer Brück, oder jagten einen Reitenden, so soll der Wagen still halten, daß sie fürkommen. Welcher Wagen zu erst an die Brück kommet, der soll auch des ersten überfahren, er sey geladen oder nicht; (add. integer tractatus GER. FELTMANNI *de vehiculis sibi obviam euntibus*) in postis neutiquam observantur, verum his quilibet sine discrimine cedere tenetur. *Ackold. L. 4. cap. 1.* excepto principe territorii, prout observat

vat WILDVOGEL. *disp. de jur. Principis eminente circa postas.* Quamobrem etiam certis signis & præcipue corniculo instructi sunt, ut obviam factos monere, & oppidis appropinquantes adventum mature significare possint. HOERNIGK. *cap. 16. theor. 3. seq.* ut portæ e vestigio aperiantur, non tamen fortalitorum magnarumque urbium. HOERNIGK. *c. 18. tb. 8.*

CAP. II.

De

Jure venandi.

I.

Venatio proprie ^{a)} & stricte sic dicta est consecratio ferarum, in libertate naturali existentium.

II. Ea moribus Romanis §. 12. *Inst. de R. D. l. 1. l. 3. de. acq. rer. domin.* quin & jure gentium, si SELDENO *de J. N. & G. juxta discipl. Hebr. Lib. 6. cap. 4.* fides habenda sit, cuilibet patuit.

III. Idem forte dicendum ex antiquioribus Germanorum moribus, cujus rei non unum argumentum extare videtur.

IV. I. textus *juris Saxon. Provincialis lib 2. art. 61. & juris Alemann. Prov. cap. 352.* Da Gott dem Menschen geschuff, da gab er ihm Gewalt, über Fisch und Vogel, und über alle wilde Thiere, darum haben wir das Urtund von GOTT (in jure Alemann. habetur:

a) Improprie 1) pro magno studio & desiderio alicujus rei; ita de WISSENBACHIO nonnulli dicunt, eum nihil fere agere, nisi ut antinomias venetur. 2) pro violenta hominum oppressione MICH. 7. v. 2. JEREM. 16. v. 16. quo refertur Nimrod GEN. 10. v. 9. 3) pro blanda allectione & seductione; vid. CICERO *in Orat. pro Cluent.* prout *in Novell. 14.* lenones puellas venari dicuntur. 4) pro spectaculis, quibus bestia cum bestiis (Rampff-Jagen,) vel bestia cum hominibus committantur, qualis venatio arenaria dicitur, & plerumque damnatorum ad mortem erat, sponte vero operas locantes infamia notabantur apud Romanos. Hodie in Hispania id generosissimum facinus, & ordini Nobilium proprium habetur, cum tauris pugnare, das Stier-Gefecht. Latiori significatu venatio aucupium & piscationem comprehendit; sed nobilissima species est animalium terrestrium, reliqua congruis locis inspergenda.

cur: davon haben die König gesetzt,) daß niemand seinen Leib noch seinen Besund / an diesen Dreyen verwürcken möge.

V. II. quod trium tantum forestarum sive bannorum ferinorum mentio fiat *d. art. 61.* ubi describuntur, & jura eorum declarantur, procul dubio vero plura fuerint tempore compilationis juris Alemannici.

VI. III. quod venatio libera Germanica, die freye Pürst, Berechtigfeit, tanquam incertæ originis, reliquiis status Germanici prisici accessenda videatur.

VII. Accedit IV. quod rarissimus usque ad tempora FRIDERICI I. fuisse videatur juris forestalis usus, deinde sub finem seculi duodecimi id in feudum dari cœperit. STEPH. CHRIST. HARPR. *in disputatione sciagraphia libera venationis German. tb. 3. seqq.*

VIII. Liberam istam venationem, quæ alicubi Imperatorum privilegiis confirmata est, alibi sola usus diuturnitate nititur, potissimum in Suevia conspici licet, ubi non solum denen vier Ständen, sed & liberæ Imperii Nobilitati competit, quin & in Electoratibus Coloniensi & Moguntino, Ducatu Wurtembergico, Principatu Nassovio-Dillenburgico alibique superest. add. OTTONIS *tractatus peculiaris von der freyen Pürst.*

IX. Alii tamen liberæ venationis in Suevia reliquias excidio Ducatus Sueviæ & interregno tribuere malunt, utpote quo tempore, occiso CONRADINO, jura Ducatus dilacerata fuerint, adeo ut circa castrum Hohenstauffen, ubi Sueviæ Principes & Imperatores nonnulli ordinarie degebant, hæc libertas vigeat.

X. Quemadmodum vero utraque sententia haud difficulter conciliatur; ita nullus dubito, quin principes territoriales libertatem istam tollere possint.

XI. Et in dubio hodie pro jure foresti potius, quam pro libera venatione præsumendum esse constat, utcunque alias pro libertate præsumptio prævaleat; ea enim toties cessat, quoties libertas in genere sublata est.

XII. Recte vero tolli potuit venandi libertas, quia quæ communia sunt, licite sibi Princeps vindicat. Et quæ juris naturalis permissivi sunt, quotidie mutari possunt.

XIII. Ac-

XIII. Accedit, quod a mercimoniis, opificiis, agricultura homines abstraherentur, latrociniis & deprædationibus fores aperirentur, feræ omnes funditus extinguerentur, & subditi armati ad res novas molientas animarentur. vid. ZIEGL. *de jurib. majest. L. 2. c. 14. §. 17--26.* GROTI. *L. 2. c. 2. §. 5. & cap. 8. §. 5. ibique Commentatores, imprimis OSIANDER pag. 847. seqq.*

XIV. Atque his positis recte pœnis durioribus coercentur, qui feras contra prohibitionem imperantis sectantur, si levior animadversio non sufficiat. Neque enim stimulus ægre reprimendus ad venandum homines impellit, atque adeo contemptores voluntatis imperantis pœnam graviolem sibi ipsis imputent. add. ZIEGL. *de jurib. majest. Lib. 2. cap. 14. §. 32--36.*

XV. Merito vero improbamus crudelissima suppliciorum genera; hominem ferreis ligamentis cervo illigatum vivum sylvis immittendi, aut pelle cervino induendi, ut, a canibus venatoriis agitatus, tandem dilaceretur, aut eum cogendi, ut leporem, quem cepit, crudum cum pelle devoret, indeque mortem appetat. vid. DOEPLERI *Theatr. supplicior. P. 2. c. 44. num. 1--12. & n. 69--100.* ubi non ubique ad amissim ratiocinatur.

XVI. Capitali tamen supplicio animadverti posse, nullus dubito. Nec obstat, quo minus feras, in forestis Principum constitutas, in Principum dominio atque adeo rem alienam esse, & consequenter pœnam furti hic locum habere, statuamus, id quod in Saxonia Electorali factum esse ex CARPZ. *Pr. Crimin. P. 2. Q. 84.* discimus.

XVII. Verum hæc saltem intelligenda de feris majoribus, ut cervis, apris, ursis & capreolis; aliud itaque de feris minoribus dicendum, quarum captura 20. florenis pro singulis leporibus coercetur.

XVIII. In Ducatu Hannoverano qui ardeas, & in Saxonia Electorali qui phasianos capiunt, manus amputatione puniuntur.

XIX. Temeratores venationis in saltibus Nobilium aliquanto mitius puniuntur; scilicet, si feras majores ceperint, arbitrarie per singulas vices 100. florenis. *Dn. BERGER. Elect. criminal. cap. 2. membr. 1. n. 18.*

XX. Quin & , si quis jure venandi in certo districtu gaudeat, id tamen

tamen tempore prohibito, innerhalb der Seß-Zeit von Faschnacht bis Bartholomæi, exerceat, non minus poenæ obnoxius est.

XXI. Verum ea non ita rigide observantur, quin pro instruenda mensa feriarum solenniorum tempore aut obveniente festivitate nuptiali, baptismali, emortuali venari liceat.

XXII. Deinde limitationem admittunt, quæ hætenus dicta sunt, ut feras nocivas, carnivoras capere & perdere liceat. Sächsisches Land-Recht, L. 2. art. 61. Doch sind drey Stedt, die man Heiden nennet, in dem Land zu Sachsen, da denen wilden Thieren Friede gewürcket ist, bey Königsbann: sonder (i. e. auffer, præter, exceptis,) den Bären, Wölffen, und Füchsen; & Schwäb. Land-Recht, cap. 352. n. 2. allen Thieren ist Fried und Bann gesetzt, ohne Wölffen und Bären, an den bricht man keinen Fried.

XXIII. Ita qui accipitrem aliumque avem rapacem occidit, pro unguis exhibitis, a præfecto forestali certam pecuniæ summam accipit.

XXIV. Ita edicto Vinariensi d. 10. Febr. 1705. & Erfurtensi d. 23. Febr. 1706. publicato, passerum extinctio subditis sub mulctæ comminatione ita injungitur, ut per singulos menses certam quantitatem magistratibus exhibeant, proposito industriæ præmio, si diligentem operam impendant, dummodo sclopeta & pulverem pyrium non adhibeant.

XXV. Ita de persecutione luporum solenniter disponunt leges provinciales quamplurimæ, inter quas vide *ordinat. provinc. Gothanam P. 3. N. XI.*

XXVI. Et subditi a servitiis venatoriis quibuscunque immunes luporum tamen persecutioni adesse tenentur. RICHT. *Vol. 1. P. 3. conf. 4.* FRITSCH. *de sequela cap. 11. n. 14. seq.*

XXVII. Cave tamen asseras, lupos, aliave animalia nociva, promiscue venari licere. vid. SIXTIN. *de regal. Lib. 2. cap. 18. n. 77. seq.* occidere licet pro defensione nostra & pecudum nostrorum. Quin & extra sylvam clava vel fuste trucidare, dummodo cadavera forestariis exhibeantur, vel saltem res ipsis denunciatur. add. ZIEGL. *de jur. majest. Lib. 2. cap. 14. §. 28. seq.*

XXVIII.

XXVIII. At in sylvis quærere, globulisque trajicere, sine præscitu ejus, cui ibidem jus venandi competit, non licet.

XXIX. Etenim nemini permittitur, ut bombardâ instructus per sylvas vagetur. vid. de jure Saxon. Electorali LVFFT. *repector. vos. Wendtwerck. n. 45--68.*

XXX. Tum quia metuendum est, ne sub hoc prætextu alias etiam feras infectetur, præsertim si ignotus sit, aut peregrinus.

XXXI. Tum quia inconsulta sclopetorum in sylvis explosio feras expavescentes dissipat fugatque, atque adeo plus detrimenti, quam lupi captura commodi affert.

XXXII. Facilius foveis lupos capere permittitur, quales singulari artificio factas COLERVS in *Oeconomia rurali & domest. Lib. 14. cap. 24.* describit, ex eoque MVLLER. in *disp. de persecut. luporum.*

XXXIII. Cæterum privatis jus venandi competere potest: I. ex prisca libertate promiscua iis in locis, ubi die freye Pürsch adhuc servatur, de qua supra; add. JACOBI OTTONIS freyer Pürsch-Beschreibung, *Augusta Vindel. 1680. edita 4to.*

XXXIV. II. Jure precarii, quando in concessione facultas quolibet tempore revocandi reservatur, vel venationem saltem ex gratia non animo jus transferendi concedi exprimitur: Daß ihme die Jagten aus Gnaden und keiner Berechtigtheit; oder biß auf Wieder-ruffen vergönnet seyn sollen.

XXXV. Solas enim preces non facere venationem precariam puto, quia eæ etiam omnem investituram, quæ tamen jus vasallo tribuit, præcedere solent. Dissent. MVLLER. in *disput. von Gnaden-Jagten, cap. 4. th. 2.*

XXXVI. A precario differt concessio venationis ad certum tempus, v. g. decennium, intra quod revocari a concedente non potest.

XXXVII. Venatio precaria etiam a vasallo & subvasallo alii re-cte conceditur, licet alienatio vel subinfeudatio ei sit interdicta. Dissent. BESOLD, in *thesaur. pract. voc. Jagten, ubi pag. m. 419.* formula eines Bestand- und Gnaden-Jagens exhibetur.

XXXVIII. III. Jure præscriptionis, quod quidem contra alios
S 2
privatos,

privatos, non vero contra Principem sive dominum territorialem recte allegatur.

XXXIX. Non equidem ignoro, STRUVIVM, CARPZOVIVM, BERLICHIVM, MEVIVM, ZANGERVM, SCHNEIDWINVM, PRVCKMANNVM, FINCKELTHVSIVM, ZIEGLERVM, BECHMANNVM, HEROLDVM *in observationibus consultativo-decisivis forensibus, observat. 15. 16. 17.* (ubi responsa plurimum Collegiorum Juridicorum) & tantum non omnes asserere, præscriptioni, dummodo sit immemorialis, adversus Principem locum esse; & vix unum alterumve, puta SVTHOLTVM, PAVERMEISTERVM & THOMASIVM *in disputatione de præscriptione regalium ad jura subditorum non pertinente* id negare. Verum numerus dissentientium hic neminem terrere debet.

XL. Neque enim ex genuinis principiis juris naturæ, politices & juris publici, sed ex juris canonici lacunis & legibus quibusdam Romanis male applicatis rem repetunt.

XLI. Scilicet jus naturæ ostendit, nullum jus subditorum adversus imperantem, qua talem, ad classem juris perfecti referri posse.

XLII. Principia politica & juris publici prohibent, ne quicquam a privato contra publicam utilitatem suscipiatur vel allegetur; utrum vero quid ad publicam utilitatem pertineat, judicium penes Principem non penes subditos est.

XLIII. Porro Principem & posse & debere facere, quod reipublicæ expedit, licet vel per mille annos contrarium fuerit observatum; & salutis publicæ tanquam legi supremæ omnia emolumenta privata, adeoque & omnem præscriptionem subditorum cedere.

XLIV. Denique omnes rationes, quibus præscriptionis jus ininitur, hic corruere. Nam juris gentium rationes ad rem præsentem non quadrant, quia hic non inter gentes, i. e. invicem æquales, sed inter imperantem & subditos disceptatur. Ratio juris civilis vero, poena negligentiae, principem minime stringit, nec sequitur: Princeps per tempus immemoriale negligens fuit, ergo negligentiam continuare tenetur: quia potius defectus compertos quotidie emendare potest ac debet.

XLV. Ipsi

XLV. Ipsi quoque dissentientes huic præscriptioni non majorem vim tribuere audent, quam privilegio vel legi publicæ; at privilegia quæcunque revocari posse ostendi in *observationibus Halensibus Tom. 3. obs. 15. 16. 17.* quæ huc transcribere necesse non est. Leges vero a Principe mutari posse in confesso est.

XLVI. Et Principes ab initio recte sibi asserere jus venandi potuisse fatentur dissentientes; at tum temporis procul dubio subditi ultra tempus memoriam excedens exercuerunt. Quod ergo tum licuit Principibus, cur idem hodie non liceat?

XLVII. Denique pro nostra sententia pronunciaffe *Jctos Halenses mens. Mart. 1693.* exhibita sententia testatur THOMAS. *d. l. §. 3.*

XLVIII. At contra alios privatos immemoriali tempore ad præscriptionem opus non est, sed sufficit ordinarium, excepta Saxonia Electorali. *Ord. Provinc. d. anno 1555. CARPZ. L. 1. Respons. 44. ZIEGL. de juribus Majest. lib. 2. cap. 14. §. 44. sq.*

XLIX. Quemadmodum & judicium possessorium super venatione in alieno recte instituitur, quod tamen in Saxonia Electorali non obtinet. *ZIEGL. d. l. §. 46. sq.*

L. IV. Jure investituræ; ubi quæritur: Si quis investiatur de sylva cum omnibus pertinentiis, mit allen und jeglichen Zu- und Zugehörungen an Grund und Boden, auch gesuchten und ungesuchten Nutzungen, Gnaden, Rechten und Berechtigkeiten, nichts überall davon ausgenommen; utrum sub hac generali investitura jus venandi comprehendatur, an vero hoc specialiter & disertis verbis exprimendum sit?

LI. Prolixe hanc quæstionem negat HEROLD. *in observat. consultativo-decisivis Forens. obs. 14. per tot.* Sed verior affirmativa, quam in *disput. inaugurali Altorffii 1706.* habita defendit M. ADAM. LVDOV. LOEFFLER, eamque secuti sunt *Jcti Lipsienses, Wittebergenses, Helmstädienses.*

LII. Huic affinis est altera quæstio: utrum in literis investituræ sub nomine *der Jagten* etiam venatio superior comprehendatur? quod affirmo, & mecum sentire video HERTIVM *Tom. 2. opusculor. diss. de superiorit. territor. tb. 49.*

LIII. Si enim beneficia Principis latissime sunt interpretanda,

& explicatio promissi contra eum fieri debet, qui clarius loqui potuisset; si denique nomen generis omnes sub se species comprehendit: nulla ratio subest, cur nomen *derer Jagten* ad venationem inferiorem, tanquam speciem ignobilissimam, sit restringendum.

LIV. Dissentiunt plurimi, *FINCKELTHAVS obs. 41. HEROLD. observat. consult. decisiv. XIV. n. 113. seqq.* quia venationes non ad emolumenta prædiorum ordinaria, sed ad regalia sint referendæ. Verum hæc ratio non concludit.

LV. Postquam enim in Germania venatio superior in feudum concedi solet, non minus ac inferior, & hæc perinde ac illa regalibus annumerari suevit, nomen *venationum* utramque comprehendit.

LVI. Negantium vero sententia procederet, si constanti consuetudine receptum esset, ne venatio superior aliis in feudum concedatur, aut ut ea magis quam inferior ad regalia pertineret.

LVII. Poterat etiam objici, quod in jure nostro sub nomine generis ut plurimum denotetur species ignobilior, v. g. crimen læsæ Majestatis, adoptio, jus, culpa, clericus, nobilis, magistratus &c.

LVIII. Sed facilis est responsio: Procedit regula, quando species nobilior diversum nomen sortitur, v. g. perduellio, arrogatio, lex, dolus, Episcopus, comes vel baro, Princeps seu dominus territorialis. At in casu præsentis utraque species nomen generis retinet.

LIX. Cæterum sæpe restringitur concessio venandi: aliquando ad certum genus ferarum; ita Nobilis familia Hassiæ, *die Riedesel zu Isenbach*, venatione Aprina singulariter investiuntur. *KNICHEN de vestiturar. pactionibus P. 2. c. 2. n. 40.*

LX. Aliquando ad certum genus instrumentorum venationi inservientium; ita ex communi sententia concessa venatione etiam majorum ferarum non tamen concessum videtur *das Pürschen und Schiessen*. *CARPZ. decis. 287.* quemadmodum vice versa sub concessione *des Pürschens* non conceditur venatio mit *Nezen und Hunden*. Quemadmodum & *das Pürschen und Hezen* non comprehendit jus pandendi zonas, *Neze und Tücher* aufzustellen. vid. *MAVRIT. Consil. Chil. 1. p. 9. WEHNER. obs. pract. voc. Forst Recht. p. 123.*

LXI. Ita

LXI. Ita cui concessum est jus venationis superioris, ei concessa non videtur venatio inferior. BESOLD. *thes. pract. voc. Jagen. p. m. 420.*

LXII. Scilicet venatio superior, die hohe Jagt, est jus capiendi feras majores, cervos scilicet & apros, hoch, roth und schwarz Wildpret.

LXIII. An etiam urfos? ita plerumque. At in Saxonia urfi ad separata foresti regalia referuntur, quemadmodum sæpe etiam lynces & lupi, atque in genere animalia carnivora, quorum carnibus homines non vescuntur.

LXIV. Venatio inferior comprehendit capreolas, lepores, vulpes, perdices, turdos, alaudas & similes.

LXV. Alicubi media quoque venatio usu recepta est, ad eamque referuntur capreoli, die Rehe, apri minores. vid. summam STRUVII *Teutsche Jurisprudenz tit. de rer. divis. §. 23--35.*

LXVI. Clericos & rusticos juris venandi plane capaces non esse omnes observant, & de clericis enucleate docet ZIEGL. *de jurib. Majest. Lib. 2. c. 14. §. 37--42.*

LXVII. Verum hæc observatio non magni momenti est: venatio regulariter fundis & territoriis cohæret, eorumque possessoriis, qualescunque sint, permittitur.

LXVIII. Cæterum seculo XVI. vulgo creditum fuit, jus venationis & forestæ cum jurisdictione criminali connexum esse. WEHNER. *obs. Pract. voc. Forst-Recht, pag. 122.* unde proverbialia:

Wohin der Dieb mit dem Strange,

Dahin gehört auch der Hirsch mit dem Fange.

Item: So weit die Straff-Berichte gehen, so weit gehet auch der Forst. Verum hæc proverbialia refutat HERT. *Tom. 3. opusculorum de paræm. German. Lib. 2. par. 16.*

LXIX. Ita crediderunt veteres jus cingendi sylvam pertinere ad jus venandi: Wer darff jagen, darff hagen. Sed & hanc opinionem discutit HERT. *d. l. paræm. 17.*

LXX. Denique cui jus venandi non competit, ei nec tribuitur us occupandi cornua cervina, aliasque ferarum bestiarum reliquias, quæ quidem alicujus pretii sunt.

LXXI. Sed & sæpe Principes sibi reservant die Vor-Jagten, præsertim ubi saltem venationem inferiorem concedunt.

LXXII. At ubi feudi, ususfructus aut servitutis jure venationem concedunt, nihil in dubio reservasse videntur.

LXXIII. Demum quod venationes von Strick eo anni tempore incipiantur, quando dominus directus venari desiit, hoc particulare statutum supponit.

LXXIV. Ita, quamvis in alieno venari non liceat, feram tamen in fundo suo vulneratam persequi licet in fundum vicini per XXIV. horas; cui non adversari puto *Ordinat. Provinc. Elect. Saxon. de anno 1555. tit. daß keiner auf des andern Grund und Boden jagen und heßen solle. Conf. Sächß. Land-Recht, Lib. 2. art. 61. & Gloss. Weichb. art. 121. n. 12. MOHR. de jur. venand. P. 1. c. 8. n. 14. KLOCK. tom. 1. Consil. 29. n. 545. HERT. opuscul. Tom. II. p. 305.*

LXXV. Neque confusio jurium forestalium aut lites inde metuendæ, quia per vestigia sanguinis ex vulnere profluentis, feram ex fundo persequentis fugisse facile ostendi potest. Et solent venatores in loco, unde bestiam persequuntur, pileum aliudve signum in rei testimonium deponere.

LXXVI. De pœna prohibitæ piscationis vid. *Dn. BERGER. Electa Crim.*

CAP. III.

De

Jure | foresti.

I.

IVs foresti a jure venandi quam maxime differt, & fere tanquam totum a parte, quamvis hoc sub illo quandoque comprehendatur. Illud die Förstliche Obrigkeit oder Herrlichkeit, hoc Wildbann vel Wendwerck vocatur. *MEISCHN. Tom. 2. Lib. 2. decis. 2.*

II. Accuratus loquendo bannum ferinum (non sylvestre, quia & in agris apertis exercetur) & jus venandi etiam differunt, ut majus & minus: illud enim præter jus capiendi feras, etiam licentiam quælibet ferarum capiendarum causa decernendi involvit v. g. daß Hagen.

III. De-

III. Definitur jus foresti: complexus jurium circa sylvam, jurisdictionem in eam exercendi, omniaque emolumenta inde percipiendi.

IV. Atque fere ad hæc summa capita reducitur, nimirum leges circa sylvas & aliquando venationes ferendi, ephoros & ministros sylvarum constituendi, de controversiis forestalibus cognoscendi, delicta contra leges forestales commissa puniendi, denique omnia emolumenta exinde percipiendi.

V. Alii jurisdictionem forestalem & jus forestæ etiam ab invicem separant; vid. LYNCKER, *ad Struv. Synt. jur. feud. cap. 6. apb. 8. n. 1.*, ut illud in emolumentis, hoc in cognitione causarum forestarum consistat: sed utrumque facile convenire sub conceptu generico potest.

VI. Jus itaque foresti seu jurisdictio forestalis, 1) merum imperium in rebus venatoriis & sylvaticis comprehendit, ac proinde jus iures ferarum criminaliter puniendi, etiam si jus Centæ & Voigtejæ, die Cent- und Voigteyliche Obrigkeit, in districtu universali alii competat.

VII. 2) Jus ordinationes & mandata forestalia publicandi, eorumque transgressores puniendi.

VIII. 3) Nimiam lignandi licentiam in forestis cohibendi, ne receptui ferarum noceatur, damit sich das Wild bergen könne.

IX. 4) Eradicationem truncorum, das Ausstoßen, prohibendi, quam tamen potius promovendam, quam impediendam esse prudentes & experti patresfamilias suadent.

X. 5) Poma sylvestria & glandes percipiendi, atque adeo pro pastura porcorum, Eichel-Mast, certam pensionem percipiendi.

XI. 6) Prohibendi, ne capræ, oves, sues in foresta pascantur, arboribusque novellis noceant.

XII. 7) Avenam in usum forestæ & pro canibus venatoriis exigendi, Hund- und Forst-Haber zu fordern.

XIII. 8) Arbores, effœta ætate aut vi ventorum fulminumque fractas, sibi habendi, die Wind-Fälle oder Wind-Brüche; nisi proprietas sylvæ ad alium spectet, cujus enim sunt arbores stantes, ejusdem quoque sunt collapsæ.

XIV. 9.) Jus præcipiendi, ut dumeta & fruticeta excidantur, quo novellæ arbores tanto felicius ad proceritatem evehantur, die *Hauung der jungen Gehäue zu gebiethen.*

XV. 10.) Jus inhibendi, ne in vicinia sepes palis præacutis muniantur, quibus feræ transilientes confodiantur.

XVI. 11.) Jubendi, ut canes rusticorum, & pastorum fuste onerentur, die *Hunde zu knütteln.*

XVII. 12.) Operas venatorias a subditis exigendi, & casas saltuariorum, *Forst-Knechts-Häuser*, extruendi.

XVIII. 13.) Saltuarios & ministros, *Forst-Meister, Wacht-Forst- und Schuß-Knechte*, constituendi, & ab officio iterum removendi.

XIX. 14.) Jus venandi & sylvam cingendi, *zu jagen und hagen*, nisi alius alterutro aut utroque jure ibidem gaudeat.

XX. 15.) Jus prohibendi aut permittendi novales, i. e. certa sylvæ spatia primo ligone in agros mutare, vulgo *Neubrücke, Rodt-Land, Rödtern, decimasque den Neubruch-Zehenden, Rodt-Zehenden*, inde exigendi, de quo *HERT. Tom. II. opuscul. diss. de superiorit. territor. tb. 50. p. m. 305. sq.*

XXI. 16.) Jus columnas & lapides terminales ponendi, *Hege-oder Forst-Säulen und Markungen zu setzen.*

XXII. Huc etiam a *WEHNERO in obs. pract. voc. Forst-Recht, p. 120.* refertur 17.) castratio equorum & aliorum brutorum, adeo ut *IDEM p. 121.* asserat, non esse jus foresti, si quis non habeat constitutionem eorum, qui castrant bruta.

XXIII. Verum ea de re tamdiu dubito, donec constiterit, qua fide *WEHNERVS* id asserat, nec gratum fuerit venatoribus cum castratoribus porcorum, vilissimo hominum genere, commisceri, ut cunque hi aliquod in republica momentum facere sibi videantur. *vid. Dn. HORN. de jure proædr. decad. 2. qu. 10.*

XXIV. Cæterum jurisdictio forestalis iisdem modis, quibus jus venandi, acquiritur, defenditur & amittitur.

CAP. IV.

De
Jure metallifodinarum.

I.

Postquam mensura pretiorum, nummus ex metallis nobilioribus cudi, ignobiliorum vero usus eximius disci cœpit, Principes jus metallifodinarum ad se pertrahere non destiterunt.

II. Ita *Jure Saxon. communi Land-Recht, L. 1. art. 35.* legitur: Alle Schätze unter der Erden begraben, tieffer denn ein Pflug gehet, gehören zu der Königlichem Gewalt. Quem textum non de thesauris effossis sed mineris metallicis exaudiendum esse interpretatio autentica & ratio docet, *Const. Elect. Sax. ult. P. 2.*

III. Etenim vox begraben, non defossum sed effossum notat, inuenta id *jure Provinc. Suev. art. 218.* Wer Schatz unter die Erd begrabet, tieffer denn ein Pflug gat, der gehöret zu dem Königlichem Gewalt.

IV. At si omnium in provincia quavis metallifodinarum sumis inde ab initio, cum aperirentur, computes, & cum proventibus, ui sæpissime nulli sunt, & longa sed frustranea spe avidos dominos eludunt, conferas, patebit, e re principum non esse, ut tantam ecuniæ vim incerto periculo exponant, & soli sumtus ut plurimum inanes ferant, quamobrem quibusvis privatis jus aperiendi uctus metallorum liberaliter concesserunt.

V. Ea tamen lege, ut decimas (alicubi per tempus, da die Zehe nicht in Ausbeuthe bestehet, tantum vicesimas) gratuitas Principi relinquunt, cui oneri ea, quæ metallorum nomine non veniunt, .g. gypsum, carbones bituminatos fossiles, Stein-Kohlen, lapides fossiles, haud subjacere plures autumant. vid. *WEHNER, obs. pract. oc. Gips. p. 175.*

VI. Mihi quævis, quæ citra Principis permissionem effodere non licet, decimarum aut alterius pensionis oneri subesse, & res universa ab imperantis arbitrio pendere videtur. add. *Dn. HORN. jurispr. feud. cap. 9. §. 16. 17.*

VII. Ita porro Principes Germaniæ in ditionibus suis metalliferis propolium auri & argenti sibi reservant, den Silber-Kauff, atque inde monetam ut plurimum priscae notæ, Species-Thaler vel Ducaten cudunt. vid. BESOLD. WEHNER. SPEIDEL, *voc. Silber-Kauff.* HORN. *jurispr. feud. cap. 9. §. 18. 19.* ubi quæstio de periculo argenti, dum in officinam monetariam deferretur, perdit.

VIII. Sed neque propria auctoritate metallifodinas aperire privatis licitum est; licita vero est prima scrutatio, das Schürffen.

IX. Adeo ut in fundo, quin in ipsis ædibus alterius quilibet investigare possit. SIXTIN. *de regal. Lib. II. cap. XVI. n. 38. seqq. ibique allegg.* dummodo parcat loco, ubi mensa, lectus & focus positus est, nec non agris confitis. vid. Schönbergs Berg, *Information voc. Schürffen.*

X. Detecta vero vena, nihil juris in ea habet inventor, nisi ea se investiri petat & investiatur, wenn er nicht gemuthet und den neuen Gang in Lehn empfangen.

XI. Quod si alius inventorem præveniat, investituram petendo, hic nihilominus potior est. Der erste Finder ist auch der erste Muther.

XII. Domino fundi solatii loco portio hereditaria, ein Erb-Ruckuß, assignatur, quæ fundo in perpetuum adhæret, nec ejus nomine quicquam confertur. Liberum vero est domino, loco partis hereditariæ, quatuor partes, suo sumtu colendas, (4. Ruckuß) accipere.

XIII. Scilicet partes fodinarum vel locales sunt & visibiles, vel intellectuales, sive incorporales. Illæ sunt v. g. die Stollen, Schachte, Maasse; hæ vero die Schichten und Ruckuß.

XIV. Cuniculi, die Stollen, sive ductus subterranei, sunt vel superior, der Ober-Stollen, vel medius, der Mittel-Stollen, vel infimus, der tieffe oder Erb-Stollen.

XV. Putei, die Schachte, sunt foramina vel declivia vel perpendicularia, Sincf-oder Richt-Schächte, lucis & aeris immittendi & lapidum metalliferorum extrahendorum causa confecta.

XVI. Maasse sunt spatia nova ad fodinam, Fund-Grube, per investituram acquisita, quæ lapidibus terminalibus, mit Loch-Steinen,

nen, designantur, & tum a situ tum a numero denominantur, das unternechste Maaß, obernechste Maaß, ober- andre- dritte und vierdte Maaß.

XVII. Schicht est certa fodinæ portio, v. g. quarta vel octava, ut plurimum quarta 32. oder 16. Ruckfuß.

XVIII. Aliquando denotat mensuram temporis, quamdiu operæ continuari debent, 6. 8. oder 10. Stunden, unde locutio nach der Schicht arbeiten.

XIX. Ruckfuß ab inventore ita dictus est minor metallifodinæ portio, scilicet centesima vigesima octava, der hundert und acht und zwanzigste Theil, secundum quam impensæ, die Zubussen, & reditus, die Ausbeute, dividuntur, non secus ac uncia est pars duodecima hereditatis.

XX. Ulteriores partium subdivisiones non facile tolerantur, nisi quod in metallifodinis divitibus etiam halbe und viertel Ruckfüße habere liceat.

XXI. Atque harum partium domini vocantur die Gewercken, exercitores; quoties vero non nisi octo vel pauciores unius metallifodinæ socii sunt, vocantur socii, Gesellschaffter, Lehner, & in abstracto Lehnschafft.

XXII. Præter eas 128. partes præterea habetur pars domini fundi, der Erbfuckfuß; ita partes tres ecclesiæ, civitati & nosocomio illius loci concedi solitæ. Quæ omnes ab impensis liberæ sunt. LEISER. *jus Georg. Lib. 3. cap. 24. n. 64. seqq.*

XXIII. Jus circa istas metallifodinarum partes, alii feudum, alii emphyteusin, alii jus censiticum vocant, alii pro pleno allodio habent. Verum proprie loquendo id ad neutrum pertinet.

XXIV. Etenim in allodiis investitura quidem hodie obtinet, prout supra Lib. I. peculiari capite ostendimus; at ita absolute necessaria non est, quin aliquis rem bona fide possidere & emolumenta percipere possit; at si quis audeat, ohne Muthung zu bauen, pœnæ etiam corporis afflictivæ obnoxius est. Schönbergs Berg. *Information. voc. Muther §. 1.*

XXV. Et plenus allodialium dominus ob omissam culturam fundo non statim privatur; at qui dilatione non impetrata culturam

differt vel plane negligit, vel trimestrem recognitionem, (das Qua-
tember-oder Receß-Geld,) non solvit, jure suo excidit, et muß das
Zeld räumen, oder sein Lehn fället ins freye.

XXVI. Quo minus emphyteusi annumeremus, id prohibet,
quod in Germania metalla vel plane non, vel certe post secula vix
renascantur. add. *pars 3. Const. Sax. 25.*

XXVII. Neque adeo certus quis esse possit, utrum post annum
fructus exinde superfuturus sit.

XXVIII. Eamque ob causam SERENISSIMVS *d. Const. XXV.*
gravissima ex ratione sancivit, redditus metallicos fructuum nomi-
ne haud venire, sed proprietarii manere, usuris eorum usufructuario
relinquendis.

XXIX. Deinde neque canon annuus, neque laudemium hic
solvitur, nisi quis illius loco decimas domino territorii solvendas, hu-
jus vero exiguum illud honorarium magistro montium solvi so-
litum, den Muth-Groschen, surrogari credat.

XXX. Sed neutrum proprie fieri potest, nam & decimæ de
multis allodialibus solvuntur, & pecuniola illa saltem aliquale ope-
ræ pretium est.

XXXI. Porro nullum hic jus protimiseos domino territorii
competit, quale quid tamen in emphyteusi domino directo denega-
ri non potest.

XXXII. Jus censiticum non est, quia non soluta trimestri re-
cognitione res amittitur, eademque commissi pœna neglectui cul-
turæ incumbit.

XXXIII. Denique feudum non est, quia neque fides neque
servitia præstantur, & omnes promiscue heredes in partibus me-
tallici succedunt.

XXXIV. Quid ergo erit? est jus metallicum. Cui hæc non
sufficit responsio, ex eo quæro, quidnam sit aliud? non omnia gen-
tium negotia juris Romani modulo metiri licet, & praxis rerum me-
tallicarum simplicitatem amat, raro ad interiora artis juris penetrat.

XXXV. Qui solus ejusmodi jus in metallifodina impetravit &
exercet, vocatur ein Eigen-Lehner; qui id cum aliis communicavit,
ein Lehn-Träger, cui tamen nulla prærogativa præ reliquis sociis
vel exercitoribus partium competit.

XXXVI.

XXXVI. Cæterum in causis metallicis propemodum omnis a juris communis ratione receditur: quamobrem separata judicia metallica sive montana constituere, totque leges & ordinationes promulgare opus fuit, quas collectas videmus in *Corpore Juris & Systemate rerum metallicarum Francof. ad Mœn. 1698.* edito, cujus continuationem expectamus. Atque inde est, quod sententiæ in judiciis metallicis latae, quarum farraginem SPANIVS collegit, nunquam præ se ferant clausulam: *Sprechen wir vor Recht, oder von Rechts wegen, sed semper: Erkennen wir vor Berg-Recht, & von Berg-Rechts wegen.* vid. formulas *disput. Dn. HORNII de libro metallico antigrapho* subjunctas.

XXXVII. Singularia processus forensis in causis metallicis in Saxonia exhibet *Schönberg in der Berg-Information sub fine.*

XXXVIII. Aliud singulare, quod in Saxonia Electorali & Ducali ex inveterata consuetudine metallifodinæ, in quibus æs, cuprum aut stannum vincit aurum argentumve, omni jure cedant vasallis feudo cum alta jurisdictione investitis, nec inde decimæ Principi solvantur, notat COLER. *Part. 1. Decis. German. 98. n. 19.*

XXXIX. Metallis accedunt mineræ, quarum pretiosiores plerique regalibus perinde ac metalla recte annumerant.

XL. At viliores, quo referunt alumen, nitrum, carbones, viriolum &c. omnino privati juris esse censent; sed ab aliis, & imprimis ab experientia refutantur. vid. *Dn. de LYNCKER. disp. de jure mineralium Jen. 1695. habitatb. 27. seq.* quæ dissertatio universum thema plenissime exhaurit.

XLI. Denique & de jure monetarum quædam dicenda hic foveant, præsertim de differentia bonitatis respectu 1) des Reichs, 2) des Sächsischen, 3) des Leipziger Fusses. Sed otium nobis facit *Magnif. Dn. BERGER. de usu action.* Ubi mutationis factæ tempora advocatis scitu necessaria observantur. add. *Leonhard Wilibald Hoffmanns alter und neuer Münz-Schlüssel. Nürnberg. 1692. 4. bey Ziegern.*

CAP. V.

De

Jure salinarum.

I.

Salinas mineris plerique autores accensere malunt. vid. *Dn. de LYNCKER. disp. de jure minerarum passim.* Quod tamen indistincte dici non potest.

II. Etenim sal vel fontanum est, *quellende Sohle*, unde subiecto igne in sartaginibus sal coquitur; vel marinum, quod mediante solis æstu ex salo paratur; vel fossile, *Berg-Salz*, quod ex terra effoditur. Atque hanc ultimam speciem tantum ad mineras referri posse res ipsa loquitur.

III. Quin & in Germania salis marini & montani vix quicquam, coctilis vero plurimum reperimus, ex cujus græco idiomate complura loca Halæ nomine insigniuntur, *Hall in Sachsen / Halle in Schwaben, Reichen-Hall in Bayern, Halle in Salzburg, Hallstadt in Oesterreich, Hall in Inthal in Tyrol, Julius-Hall in Braunschweigischen.*

IV. De sale marino *HOFMANNVS in Beschreibung des Salzwercks in Halle cap. 2. de que fossili idem ibid cap. 3. ex instituto agit.*

V. De fontibus salinis Germaniæ *IDEM cap. 4. seqq.* succincte & erudite differit atque observat, in ditionibus Potentiss. Prussiæ Regis millies mille centenas libras salis coqui posse. Has proxime sequi terras Brunsvicensis, inter quas Lunenburgum fontibus ditissimis gaudet. &c. *a)*

VI. In antiquitatem salinarum Halensium inquirat *IDEM cap. 5.* ubi ex diplomatibus observat, districtum circa Halam & Præfecturam Giebichensteinensem vocatum fuisse pagum Neletize, & ex mancipiis Teutonicis & Slavonicis, tum temporis operi adscriptis, hodiernos operarios, quos *Hallorum* vocant, ortos esse.

VII. Fontes Halæ quatuor hodie sunt; *Der Teutsche Born 36. Ellen tieff*, qui ad instar metalli fodinæ in 128. partes, quæ hic

Quarte

a) conf. Sondorffs Haligraphia.

Quarte vocantur, distribuitur; Der Hackeborn, 35 $\frac{1}{2}$. Elle tieff, a Barone de HACKEBORN circa seculum X. constructus; Gutjahr fons profundissimus 45. Ellen ohne Bestelle, & antiquissimus, alias der Wendische Born dictus; & Metrix 39. Ellen tieff, ejusdem fere antiquitatis. *b*)

VIII. *Ædiculæ* sive tuguria, in quibus sal præparatur, vocantur *Kothe*, eadem forte etymologia, quam supra de Cotariis, *Rotsassen*, attulimus, & singula propriis nominibus insigniuntur, v. g. der *Keyher*, *Kelch*, *Bachofen*, die *Goldammer*, das wilde *Schwein*; modum præparandi describit HOFMANN. *d. l. cap. 9.*

IX. Ordinationes, *Thal-Ordnungen*, & leges circa salinas Halenses tulerunt JOHANNES Archi-Episcopus, ERNESTVS anno 1482. ALBERTVS anno 1516. CHRISTIANVS WILHELMVS anno 1615. & AVGVSTVS Dux Saxonæ, postulatus administrator Archi-Episcopatus anno 1655. Sed pleraque moribus & consuetudini non scriptæ originem debent.

X. Id imprimis, quantum ad salinas Halenses singulare est, quod duæ distinctæ ibi societates reperiantur: altera fontium & saluginis, die *Guths-Herren*, die auf ihre Ausläuffte sitzen; altera coctionis & sartaginum, *Pfänner*.

XI. Fontes inter socios in portiones arithmeticas dividuntur: Nimirum der *Teutsche Born* in 128. Quart, (non secus ac metallifodinae in totidem *Ruxe*) deren jedes wöchentlich 60. *Zober* giebet; Der *Gutjahr* in 24. Quart, jedes zu 44. bis 45. *Zobern*, & quævis quarta in 12. *Pfannen*; Der *Metrix* in 80. Quart, jegliches Quart zu

b) Die Brunnen und *Kothe* liegen im *Thale*, und ist vormahls der Ort, wo die Stadt lieget, der *Berg* genennet worden, daher die *Stadt-Gerichte* auch noch die *Berg-Gerichte* heissen. Wenn lange kalt Lager gehalten wird, läuft der *Teutsche Born* über, die andern aber nicht, weil sie höher, als jener, liegen, und alsdenn kan man 278. Schock *Zober* wöchentlich aus allen ziehen; ein *Zober* hält 8. *Eymen*, ein *Eymen* 12. *Hällische Kannen*; und können daraus 12000. Lasten, jede zu 12. Tonnen oder 32. Stücken *Salz*, deren zwey ein *Berck* ausmachen, gerechnet, gesotten werden. Weil nun die *Pfänner* jährlich über 6250. Lasten nicht debiciren, so wird die überflüssige oder *extra-Sohle*, welche 4750. Lasten beträgt, von *Ihro Königlichen Majestät* versotten.

zu 2. Pfannen oder 10. Zobern; Der Hackeborn nicht in Quarte sondern in 32. Möffel, derer jedes in 6. Tagen 24. Zöber träget: de divisione in Stühle vid. Hondorff *cap. 2.*

XII. Hæ portiones olim ad neminem nisi ad socios & corpora pertinebant; at cum anno 1479. magna inter urbem & societatem derer Pfänner contentio oriretur, quadrans scaturiginum & sartaginum, des Thal-Guths und der Rothe, Archi-Episcopo Ernesto cessit.

XIII. Quot vero portiones ad quemvis sociorum spectent, ex tabula cerea cognoscitur, quæ die Lehn-Taffel appellatur, & quotannis semel, die a Principe constituta, producitur, quo factæ circa possessores mutationes eidem inscribantur, damit die Ab- und Zuschrift geschehe.

XIV. Et aliquando socii fontium ipsi sartagine possident, sie versieden ihre Sohle selbst, vel possessoribus sartaginum, denen Pfännern, vendunt, vel cotam certa pensione conducunt. add. HEROLD. *Consil. Decisivo. 32.*

XV. Vbi notandum, 1) neminem lucrum (scilicet quotidianum, add. HEROLD. *Consil. decisivo. 32. per tot.* ubi de simili consuetudine Stasfurtensi) ex sartaginibus & salis præparatione percipere posse, nisi qui in urbe Hala jus civitatis obtinuit, ædes proprias, ein Schoßbar Hauß, inhabitat, & familiam alit. Ita in *Regimine Magdeburgico* d. 18. Decembr. 1676. in causa Hansß Barthel Drachstedts contra Caspar Heinrich Drachstedten decretum fuit: daß Kläger nach nunmehr gnugsam beschehener Bescheinigung seines gen Schleuditz gewendeten Domicilii billig pro extraneo und unfähig Thal-Güther hier zu haben, vermöge derer hiesigen Statuten zu achten. Würde nun Beflagter binnen Sächß. Frist des Vorkauffß an den beyden Lehn-Rothen zum Keyher und Backoffen, nebst andern Thal-Güthern sich nicht gebrauchen, so wäre er in die Alienation derselben an andere zu consentiren schuldig, auch im Fall der Verweigerung der Consens in contumaciam pro dato so dann zu halten.

XVI. 2) Salinator, qui plurium cotarum Dominus est, non nisi in una coquere potest, reliquas aliis habilibus justa mercede elocare tenetur.

XVII.

XVII. 3) Quilibet cotæ possessor tempore der Besatzung juramenti loco promittere tenetur, emolumenta coctionis, Pfänner-Gewinn, ad seipsum, non ad alios spectare, & cotam vel falsuginem sua ipsius pecunia emtam esse.

XVIII. Quo vero inter dominum falsuginis & possessorem dominumve sartaginis æquitas in lucro communicando observetur, statutum est, ut quatuor viri pii probique, iique cives Halenses, 2. Würcker und 2. Born-Knechte, a Senatu & magistris fontium primariis electi, gravique juramento constricti, supputata sumtuum quantitate emtorumque numero, pretium utrinque æquum falsugini ponant, isque actus verschlagen, & ipsi taxatores Verschläger vocantur. c)

XIX. Sed neque promiscue cuilibet, quantum libuerit, salis quotannis coquere licet; verum quotannis a domino certus numerus derer Zober determinatur, infra quem non licet consistere, nisi quis eo anno jure coquendi carere & expectare velit, ut quam sibi comparavit, falsugo reliquis salinatoribus accrescat.

XX. Eamque ob causam stata a Principe die, ut plurimum pridie D. Thomæ quilibet salinator demonstrare debet, se tantum falsuginis, quantum sufficit, pro anno futuro comparasse, quod vocant die Besatzung. vid. HOFMANN. cap. 13.

XXI. Atque inde semper æqua inter salinatores proportio observata fuit, ut quilibet per hebdomadam 72. partes, Stücke Salz, coquere potuerit. Supplemento ex falsugine operariis addicta, aus dem Berenthe, capto.

XXII. Verum hic ordo non nihil turbatus; cum enim initio regiminis Ernesti Archi-Episcopi 100. tuguria, Rothe, essent, & pœnæ loco quadrans, nimirum 25. Episcopo cederent, tractu temporis vero adhuc duodecim, & nuperrime aliud, quod decimum tertium est, & zum Relche vocatur, permisso Principis exstruerentur, & Archi-Episcopi plura successive alienarent, ut jam non nisi XVI. Do-

U 2

mino

c) Ante aliquot annos pretium falsuginis eousque crevit, ac unquam alias, quamdiu hæ salinæ excoltæ fuerunt, und ist der Verschlag II. Gr. 4. Pf. Holz, 14. Gr. 4. Pf. Sohle, 4. Gr. Schleich-und Roth-Pension, 6. Gr. 3. Pf. Pfänner-Gewinn auf jedes Werck Salz.

mino territorii superfint, ipse vero plenum numerum XXV. recuperare secum constituerit, & salinatores possessionibus suis privari non possint, adhuc novem extruendi erunt, quo pacto 121. numerabuntur, quibus salugo non sufficit.

XXIII. Hinc anno 1707. constitutum, ne quis per hebdomadam plus quam duas sexagenas & trientem (2. Schock und 20. Zober,) accipiat; anno 1708. vero non nisi in centum tuguriis coctum fuit, simulque edictum, ut reliquis salinatoribus damnum pro rata pensetur, jamque Rex modum meditatur, novem tuguria, quæ ipsi defunt, æquis conditionibus retrahendi, remque ad pristinam faciem reducendi.

XXIV. Plura de salinis Halensibus ex allegato scripto HOFMANNI & MATTHESII eilffter Berg-Predigt, nec non HONDORFII & GOTTFRIDI OLEARII Haligraphiis requiri possunt. add. David Kellners Berg-und Salzwercks-Buch, pag. 371--472. & imprimis notatu dignissimus de salinis Halensibus TACITI locus *Annal. Lib. XIII. cap. 57.* ibique LIPSIVS, BOXHORN. alii. Add. ELLENBERG. *disput. de salinis Halensibus.*

XXV. Superfunt quædam de jure salinarum in genere: hæ apud Romanos vel publicæ erant, vel privatæ. In publicas scæminæ delinquentes, sicut viri in metalla damnabantur. add. *l. 6. de captiv. & postlim. l. 5. §. 8. l. 8. §. 6. seq. de pæn. l. 5. §. ult. de extraord. cognit. l. 11. C. de vectigal.* Privatas plures fuisse dubitare non sinunt *l. 5. pr. de reb. eor. qui sub tut. l. 32. §. 3. de us. & usufr. leg. l. 4. §. 7. de censib.* Ex quibus tamen aliquod vectigal exigebatur. SIXTINI. *de regal. l. 2. c. 19. §. 4.* add. SYMMACH. *Lib. 9. epist. 105. & Lib. X. epist. 65.*

XXVI. Moribus Longobardorum in Italia salinæ regalibus annumerantur, 2. F. 56. quod & in Germania factum, ubi eæ primitus ad Imperatorem spectabant.

XXVII. Deinde & Electoribus permittebantur *in Aur. Bull. c. 9.* ubi quidem de sale fossili sermo est, sed dispositio procul dubio ad fontes salinarum extendenda.

XXVIII. Idem ipsum jus aliis Principibus jam ante hæc tempora communicatum, usque dum demum pars superioritatis territorialis factum sit.

XXIX.

XXIX. Utrum vero ipsæ salinæ, an vectigal salinarum ad regalia referenda sint, valde disceptatur. vid. **RVMELINVS** ad *A. B. P. L.* *diff. 8. n. 9. seqq. ibique MYLER. in addit. HERT. disput. de superiorit. territor. opusculor. Tom. 2. pag. 297. ibique allegati complures.*

XXX. Verius ex consuetudine Germaniæ videtur prius. add. **THVLEMAR.** *de octo-viratu cap. 19. §. 1. ibique citati Auctores. CRVGER. de jure Novemvirorum Part. general. discurs. 3. n. 3. LYNCKER. Consil. IX. n. 21. seqq. STRYCK. Volum. noviss. disp. 21. cap. 3. n. 1--24.*

XXXI. Porro ad Principem spectat determinatio pretii salis, & alicubi ejus monopolium, quod tamen in Saxonia nostra urbibus nonnullis, ac imprimis Wittembergæ, ex singularibus privilegiis concessum est. vid. summam **LVFFT.** *in Repertor. voc. Salz, Salz-Märkte.*

XXXII. Cæterum Potentissimus Rex & Elector noster ærarium salis generale, eine Haupt-Salz-Cassa, eoque pertinentia conditoria, Salz-Niederlagen zu Wittenberg / Torgau, Mühlberg, Meissen, Schandau und Dippoldiswalda instruxit, neque in ejus præjudicium ex locis peregrinis sal advehatur, & subditis clanculum vendatur, indictis pœnis gravissimis denuo *anno 1699.* severe interdixit.

XXXIII. Idem monopolii salis jus Galliarum regem, **FREHER.** *de monet. fol. 48.* Principes & status Italiæ, **STRACH.** *de mercat. P. 4. n. 30. sqq.* Regemque Prussiæ exercere, idemque in Flandria, Anglia, Bavaria, quin & Tartaria obtinere, **MVLLERVS** *Pract. Marchic. rer. forens. Resolut. 107.* observat. Privilegium Imp. Sigismundi, Sereniss. domui Brunsvigo-Luneburgicæ tributum, exhibet **ENGELBRECHT.** *disp. de jure salinarum, Sect. 2. tb. 9.*

XXXIV. Ubi Princeps hoc commercium sibi non vindicat, id ad urbes potius, quam pagos vel nobiles, pertinere ratio civilis postulat, & **KLOCK.** *de Ærar. Lib. 2. cap. 9. n. 15.* ostendit. add. **FRITSCH.** *de regali salinarum jure cap. 4. n. 10. seqq.*

XXXV. Jus ipsum salinarum ad privatos ut plurimum feudi titulo derivatur. **FRITSCH.** *Exercit. jur. publ. Vol. 1. disp. ult. §. 33. sq.* vid. omnino **ACKOLD.** *vom Post-Regal, Lib. 2. cap. 1.* unde tabula cerea, catalogum possessorum continens, vocatur die *Lehntafel.*

vid. HONDORFF. *cap. 23.* HEROLD. *de jure representat. cap. 5. concl. IV. n. 1. seqq.*

XXXVI. Hinc etiam domini salinarum titulum derer Salz-
Tundern affectant, quin & equestres ludos cupæ vehendæ anno
1273. tempore Johannis, Ducis Brunsvicensis & Luneburgensis in
ipso festo Bacchanaliorum ab iis semper celebratos certis solenni-
tatibus introductos esse refert NOLDEN. *de statu Nobil. cap. 17. n. 11.*

XXXVII. Hinc ad solos masculos salinæ devolvuntur, in iisque
simultanea investitura requiritur, nec vendi possunt, nisi minimum
tres adhuc vasalli supersint, wenn das Lehn noch auf 6. Augen ste-
het. vid. RHEZ *disp. juris publ. ult. de sarcina emigrantium cap. 4. §. 9. 10.*
& 11.

XXXVIII. Fructus post mortem vasalli statim ad dominum
revertuntur, quia salinæ curis antedaneis opus non habent, neque
ergo juris feudalis, 2. F. 28. §. *has consequenter*, neque juris Saxonici,
Land, Recht, *Lib. 2. art. 58.* dispositio heic locum invenit.

XXXIX. Halæ tamen ex consuetudine heredes defuncti eo
anno in possessione manent, & den Siede-Profit; Dominus vero
die Ausläuffte percipit.

CAP. VI.

De

Acquisitione ex naufragiis, vom Strand-Recht.

I.

Consuetudinem, qua bona naufraga domino littoris acqui-
runtur, ab antiquis temporibus invaluisse ostendit prohibitio
FRIDERICI BARBAROSSAE *in auth. navigia C. de furtis. a)*

II. Eamque omnino extirpari non potuisse indicat repetita san-
ctio CAROLI V. *in constit. crimin. art. 218.*

III. Sed & patrum nostrorum memoria hodieque eam obtinere
intelligimus ex iis, quæ affert SCHOTTEL. *de singular. & antiq.*
Germ. Juribus cap. 20. add. VINN. ad PECK. de re naut. p. m. 369. lit. c.

IV. Ori-

a) vid. HERT. *in not. ad PVFENDORFF. de J. N. & G. L. II. c. 3. §. 8.*
lit. b. ibique allegg.

IV. Originem rei priscis Germanis & Saxonibus tribui, ab iisque ad alias gentes derivatum ait SCHOTTEL. *d. l. §. 4. in fin.* & VINN. *ad PECK. d. l.* sed scrupulum objicit *l. 9. ff. ad L. Rhod. de jact.* & locus apud JUVENAL. *Satyr. 4. v. 54. 55.*

*Quicquid conspicuum pulchrumque est equore toto,
Res fisci est, ubicunque natat.*

V. Vocatur alias *Grundruhr-Recht, Fahr-Recht*, & cum primis circa littora maris Balthici usitatum fuit, ubi hodieque quibusdam in locis precibus publicis inseritur: *GOETZ wolle den Strand segnen.* Quamvis hanc formulam variis explicationibus emolliant incolæ.

VI. Estque jus occupandi sibi que e vestigio habendi personas & bona naufragorum in littus ejecta.

VII. Ejus fundamentum alii ex jure, (i. e. consuetudine) gentium; alii ex præsumta derelictione; alii ex legibus Rhodiorum; (vid. SELDENI *mare claus. cap. 24 seq.*) alii ex jurisdictione territoriali seu littorali in compensationem sumtuum derivant; alii id juri alluvionis non absimile dicunt; alii simpliciter regalibus annumerant; alii errori minus laudabili imputant.

VIII. Rem totam ad potestatem legislativam refert THOMAS. *in disput. de statu Imperii potestate legislativa contra jus commune, §. 41.* idque non immerito.

IX. Etenim si recte jubeat Princeps, ut actione noxali experiri liceat, quidni etiam, ut bona naufragorum publicentur, utrobique enim admittentis culpa deficit. *b)*

X. Nemo enim jure perfecto obligatur, ut in suo territorio alteri receptum præstet, unde hæc res pactis commerciorum, fœderibus & pacificationibus materiam præbet.

XI. Neque major injustitia hic deprehenditur, quam in Albinatus seu Albinagii jure, de quo *infra* dicetur *cap. XII.*

XII. Aliis itaque fundamentis pro adstruendo hoc jure opus non est; interim *supra positæ* 7. allatæ rationes non nihil adminiculantur.

XIII. Et

b) Non ignoro, aliud esse: alteri suum auferre ob damnum reparandum, aliud: ad lucrum captandum. Sed lata semel lege is sibi imputet, qui in periculum se conjicit.

XIII. Et usus quidem gentium negari non potest contra tot testimonia. vid. SCHOTTEL. *supr. alleg. KNICH. de Saxon. non provoc. jure c. 5. n. 138. seq.* LINDENBR. *in Glossar. Codici legum antiquar. subjuncto, voce: naufragium.* GRYPHIAND. *de insul. cap. 31. n. 108. seqq.* MARQVARD. *de mercat. lib. 2. c. 4. n. 10.*

XIV. Neque gratis allegatur jurisdictio littoralis & compensatio sumtuum, præsertim ubi res, in mare ejectas, semel amiserunt domini, nec sæpe, nisi difficulter dominium probare possunt. Neque ergo ita male id ad regalia retulit PETR. GREG. THOLOSAN. *de republ. Lib. 9. cap. 1. §. 29.*

XV. Cum vero durum hoc videatur plerisque gentibus, extendendum temere non est ad cymbas sine rectore fluctuantes, vel ad naves, quæ regi post mali, velorum, rudentum & anchorarum amissionem amplius non possunt, salvæ tamen utcunque ad littus appellunt.

XVI. Sed & idem hujus compendii odiurn fecit, ut hæc consuetudo abrogaretur in locis plurimis, quale quid & in littoribus magnæ Britanniae agitari ex relationibus hebdomalibus belgicis nuper didici.

XVII. Ne tamen littoris accolæ frustra perire naufragos & eorum bona patiantur, in locis maritimis Christianorum generali consuetudine invaluit, ut *ἐνεργεσιον*, h. e. inventionis vel servationis præmium, quod Germanis *Bergelohn / Bergegeld*, vel *Bargegeld* vocatur, inventoribus exsolvatur.

XVIII. Hujus quantitas pro locorum diversitate variat; maximam ad trientem rerum inventarum ascendere observavi. Semper tamen distingvi debet inter inventionem in littore, & servationis operam, quod ipsa etymologia vocis *Bergen* ostendit.

XIX. Quin & tempora præscriptionis ordinaria dominis, naufragium passis, non permittuntur, sed brevius ut plurimum repetitioni præfinitur, plerumque annum. Idque haud injuste, ne diutius respublica ad res peregrinorum custodiendas obligetur.

XX. Plura de hac materia, in nostratibus provinciis parum nota, requiri possunt ex LOCCENII *tractatu de jure maritimo*, KVRI-CKIO *ad jus marit. Hanseaticum tit. 9.* & STYPNANNO *de jure maritimo, passim.*

CAP. VII.

De

Jure molendinorum.

I.

Ivs extruendi molendina complures ad regalia referunt. STYPMANN. *de jure maritim. P. 2. c. 2. n. 174.* BESOLD. *thes. pract. voc. Mühlen.* HERT. *opuscul. Tom. II. pag. 301. in not.* SCHILT. *Exerc. ad ff. 47. eb. 49.*

II. Et pro hac sententia facere videtur, quod in diplomatibus nobilitationis, in denen Udel-Brieffen, jus extruendi nova molendina ut plurimum tanquam singulare privilegium concedatur, & aliquando vasalli de eo investiantur.

III. Sed contrarium, videlicet quemvis in fundo proprio, etiam juxta flumen publicum, molam extruere posse, ex legibus & rebus judicatis etiam in Saxonia contra CARPZOVIVM *P. 2. const. 4. def. 10.* defendit, variisque rationibus confirmat Dn. HORN. *Jurisprud. feud. cap. 8. n. 26.* præeunte & libertatem communem multo prolixius defendente ZIEGLERO *de jur. Majest. Lib. 2. cap. 15. §. 32--48.* Conf. MEV. *P. 9. decis. 72.* & BORN. *disp. jurid. XIII. de eo quod justum est circa molend. c. 2.* quam disputationem propemodum ad verbum adscripsit LEISER. *in jur. Georg. Lib. 3. cap. 15.*

IV. Idque non modo de molendinis aquaticis, de quibus laudati auctores agunt, sed & de pnevmaticis verum est, & multo minor dubitandi ratio. Dissentiunt GRYPHIAND. *de Insul. c. XI. n. 27.* KLOCK. *de arar. L. 2. c. 8. ibique* PELLER. *in annot.*

V. In Marchia Brandenburgica vero contrariam obtinere consuetudinem testatur SCHEPLIZIVS *in consuet. March. P. 4. tit. 23.* & KOEPPEN. *Decis. 20. n. 4.* ex iisque Illustriss. STRYCK. *Volum. noviss. disp. jurid. V. cap. 2. n. 76--84.* & *Volum. III. disp. XVII. cap. 2. n. 24. sqq. usque ad n. 31.*

VI. Certe posse Principem hanc libertatem extruendi molendina, habita utilitatis publicæ ratione subditis auferre, dubium non est.

VII. Ea vero prohibitio in dubio eo usque haud extendenda, ut usus molendinorum, jam extructorum, subditis interdictus, iique ad ea destruenda vel derelinquenda obligati videantur.

VIII. Etenim uti prohibitio, ne quid juris in posterum acquiratur, potestati legislatoriae ordinariae; ita ereptio juris jam quaesiti soli dominio eminenti tribuenda est.

IX. Ita deficiente statuto vel legitime praescripta consuetudine nemo prohibetur molendinum juxta molam alterius extruere, dummodo respectu hujus flumen non mutetur. BORN. *dict. disp. cap. 4. n. 1.* licet vel maxime lucrum ex frequentia *der Mahl-Gäfte* intercipiatur. HERT. *Opuscul. Tom. I. p. 138. ibique alleg.*

X. Atque hinc ulterius colligitur, posse molendinum de loco in locum transferri, machinas multiplicari, & in aliud genus etiam a vasallis indistincte converti, daß man mehr Räder einhängen und die Gänge vermehren, in gleichen Mahl-Mühlen in Stampff- (als Oel- und Papier-Mühlen) Schleiff- oder Schneide-Mühlen verändern könne.

XI. Quoties vero cursus aquarum immutatur, aut aquae ductus ex flumine publico derivatur, aut molendinum in fundo publico ponitur, Principis consensum necessarium esse, BORN. *in dict. disp. cap. 3. §. 3.* evincit.

XII. Ita si molendinum bannarium vel multiplicetur, vel de loco in locum transferatur, vel merces pro comminutione frumenti &c. augeatur; neutrum sine Principis permisso fieri potest, eo effectu, ut jus cogendi ad mutationes istas proferatur.

XIII. Judicatur molendinum juxta leges loci, in quo aedificium positum est, non fluminis, in quod rotæ porriguntur, secus quam videtur HERINGIO *de molend. q. 17. n. 28.* alia omnia asserenda de molis navalibus. BORN. *d. l.*

XIV. Et in quaestione de distantia molarum ab invicem flumen cum anfractibus suis, vel via regalis dimetienda est: non vero linea recta per aerem ducenda. BORN. *d. l.*

XV. Porro in extruendo molendino modus lege publica praescriptus, aut qui longa consuetudine invaluit, diligenter observandus est; cujusmodi regulas in ordinationibus molendinorum passim reperire

reperire licet. Summa capita ordinationum Electoralium Saxonicarum exhibet LVFF T. in *Reportor. Saxon. p. 702--726.*

XVI. Imprimis ratione des *Fach-Baums* observandum, *ordinationem Saxon. de anno 1653. art. 9.* non ad flumina publica & majora solum, sed ad omnia pertinere. BORN. *d. disp. cap. 4. §. 3.* BERL. *P. 2. decis. 176.* dissentit quodammodo *Magnific. Dn. HORN. in append. jurispr. feudal. n. XXII. pag. 249.* quid vero sit *der Fach-Baum und Sicher-Pfahl* vid. LEISER. *Jus Georg. Lib. 3. c. 15. n. 60--70.*

XVII. Circa ejusmodi controversias & defectus molarum judicium est penes earum præfectos, & in Saxonia Electorali penes certos molitores, ad dirimenda ejusmodi litigia peculiariter constitutos. BORN. *d. l. §. 6.*

XVIII. Molentes eo ordine ad molendum admittendi sunt, quo frumentum in molam advexerunt. *Sächsisches Land-Recht, Lib. 2. art. 59. in fin.* HERT. *Paræm. Germ. 50. Libr. 1. in opuscul. Tom. III. p. 497.* *Ehur: Sächsische Mühlen-Ordnung, de anno 1661. Rubr. Mühlen-Meister §. und sollen,* CARPZ. *L. 2. Resp. 46. n. 8.* HERING. *quest. 44. n. 19. sqq.*

XIX. Domini tamen frumentum, licet tardius allatum, præferendum esse censet MYLER. *in Metrolog. cap. 17. §. 6.*

XX. Ipsi molitores semper fere male audiverunt, atque una cum filiis ipsorum olim ab honoribus ecclesiasticis, & multis in locis ab opificum & mercatorum collegiis exclusi fuerunt. HERT. *d. Tom. III. p. 417.*

XXI. Postea existimationi eorum prospectum est in *ordinat. Imper. Polit. de anno 1548. tit. 37. & de anno 1577. tit. 38. add. MEV. P. 5. decis. 117.* HERTIVS *Paræmia XIII. Libr. I. in opuscul. Tom. III. pag. 417.* RICHTER. *decis. 80. n. 11.*

XXII. Multo minus ergo arcendi, qui filias eorum in uxores ducunt. CARPZ. *Lib. 6. Resp. 99.* MEV. *P. 5. dec. 116.* HERING. *de molend. quest. 1. n. 77.*

XXIII. Delicta molitorum potissimã enumerat BORN. *d. disp. cap. 6. §. 2.* & fusius LEISER. *in jure Georgico Lib. 3. c. 15. n. 124--135.*

XXIV. Superest, ut dicamus de molendinis bannariis. Sed

maximam operæ partem præoccupavit PETR. MULLER. *in disp. de molendin. bannar.*

XXV. Molendinum bannarium est, in quo certi districtus homines frumenta sua molere tenentur, neque ejus rei causa alio divertant, legitimis mediis compelli possunt.

XXVI. Hoc jus cogendi in dubio non præsumitur, licet quis vel per centum annos certum molendinum frequenter verit; dummodo alibi moliturus prohibitus non sit, neque in prohibitione per tempus legitimum acquieverit.

XXVII. Nempe bannum molendinarium acquiritur vel auctoritate Principis ex lege publica aut privilegio. BORN. *d. l. cap. 5. §. 7. & 8.* dissentit quodammodo HERT. *de superiorit. territ. tb. 54. opusculor. Tom. II. p. 311.* sed ei satisfit ex iis, quæ affert STRYCK, *Vol. 3. disp. 17. cap. 3. n. 17. seqq. & cap. 5. n. 23.*

XXVIII. Vel auctoritate magistratus, statuto municipali. BORN. *d. l. §. 10.*

XXIX. Vel inter privatos pacto aut præscriptione. BORN. *d. l. §. 11--14.* ubi etiam de modis acquirendi spuriiis.

XXX. Cessat hoc jus cogendi 1) si quis in eo districtu ad proprium & familiæ suæ usum molendinum sibi extruxerit. HONDED. *Vol. 2. Consil. 84. n. 58.* is enim frumentum alio molendum mittere non cogitur. vid. *supra L. 1. cap. 15. posit. 5. seqq.*

XXXI. 2) Si ad molendinum bannarium tutus non pateat aditus.

XXXII. 3) Si molendinum bannarium omni frumento contendo non sufficiat; quod fieri dicitur, si molentes ultra 24. horas expectare teneantur.

XXXIII. Alibi & sigillatim in Saxonia Electorali cautum est, ut alia mola usus, a molitore bannario tesseram, licentiæ alibi molendi indicium impetret.

XXXIV. 4) Si molentes in molendino bannario defraudentur, damnumve ipsis inferatur, aut merces insolita exigatur.

XXXV. 5) Si dominus molæ bannariæ jus cogendi vel expresse vel tacite remiserit.

XXXVI. De molendinis, utrum rebus mobilibus an immobilibus

libus accensendæ sint, olim dubitatum fuit. Neque vero adeo de aquaticis, quam de navalibus & pneumaticis. CARPZ. P. 3. Const. 24. def. 8.

XXXVII. Mihi omnia ad res immobiles referenda videntur contra CARPZ. d. l. per rationes STRVVII in *Syntagm. jur. feudal. cap. 6. Aphor. XI. n. 5. seqq.*

XXXVIII. Atque inde est, quod *Serenissimus Saxonie Elector* molendinum pneumaticum, in feudo extractum, non heredibus allodialibus sed successoribus feudalibus cedere voluerit *Decis. noviss. 53. contra CARPZ. P. 3. Const. 31. d. 4. add. FINCKELTH. obs. 26. per tot.*

XXXIX. Et prædiis rusticis vulgo magis accensentur quam urbanis, cujus rei rationem non perspicio, neque id argumento *l. 1. comm. ad l. 198. de V. S. §. 1. Inst. de servit. sed contrarium potius colligitur.*

XL. Sed & si braxare negotium urbanum est, cur non etiam molere, cum utrobique frumentum ad usus humanos & victum præparetur. Et molitores pro opificibus non minus ac braxatores habeantur.

XLI. Neque commode ad quæstionem, an molitoris supellex, in molam conductam inuenta, locatori tacite oppignorata videatur? vulgaris applicatur opinio; unde enim securus erit locator, cum fructus molendini non diu pendeant, nec certo anni tempore simul, sed quotidie non secus ac ex aliis prædiis urbanis percipiantur.

XLII. Qui molendina spoliant, circumfragio puniuntur *Jure Saxonico communi, Land. Recht. lib. 2. art. 13. Die den Pflug berauben oder Mühlen, 10. die soll man alle radbrechen.* quod Glossa ad eos, qui frumentum, non alias res, ex mola rapiunt, restringit.

XLIII. Istum vero rigorem praxis non amplius servat. *Lex Salica* furtum frumenti 15. solidis, furtum ferramenti vero 45. solidis punit, *tit. 25.* In *legibus Wisigothicis Lib. 7. tit. 2. leg. 12.* furtum molinarium ut alia furta componi jubetur, & præterea centum flagella detritantur. GREGOR. THOLOS. *Syntagm. jur. univers. Lib. 37. cap. 13. n. 6.*

XLIV. Si quæ ad hanc materiam forte notanda supersunt, a) ea ex amplo JOHANNIS HERINGII *de molendinis eorumque jure tractatu* requiri possunt, quem pervolvere non licuit.

a) Vtrum in *l. 12. §. 10. de instr. leg.* machina pro molendino, & afinus machinarius *ibid.* & in *l. 60. §. 3. de leg. 3.* pro molendinario accipiantur, inquiri BEIER. *de instrum. opific. cap. 8. §. 49.*

CAP. IIX.

De

Jure viarum,

I.

Via vel publica est, alias consularis, regia vel militaris dicta, eine Heer-oder Land-Strasse / item des Königs Strasse: vel vicinalis; eaque iterum vel in utilitatem totis alicujus universitatis vel certi prædii possessoris constituta. Illa vicinalis, ein Feld-Weg, Dorff-Strasse; hæc aliquando agraria, plerumque simpliciter ein Fahrweg vocatur.

II. Hæc jure servitutis in privato fundo competens in explicatione *tituli institutionum & pandectarum de servitutibus rusticis* satis tractatur, atque adeo huc non pertinet.

III. Ista ex via publica versus vicos vel agros rusticorum, prata & sylvas decurrit, & aliquando in aliam viam publicam exitum habet, aliquando sine ullo exitu intermoritur, uti loquitur *l. 3. ff. de loc. & itiner. publ. add. l. ult. de S. P. R.*

IV. Huc pertinent plateæ paganicæ, die Dorff-Strassen, amplioris sæpe latitudinis, quarum usum, sed restrictum domini pagorum sibi vindicant.

V. Nempe ut plurimum linum aliudve frumentum inibi ferunt, ita tamen, ne viæ per vicum porrectæ, neque ingressui in villas officiant.

VI. Hoc jus, jurisdictioni contradistinctum, vocatur die Dorff-Strassen-Berechtigkeit, neque ad extruenda ædificia vel arbores, perpetui usus gratia plantandas, extendi debet.

VII. Rusticis singulis id non competit, nisi observantia vel præscriptione

scriptione id acquisiverint, qua de re *disputatio Gryphiswald. 1702. præside JO. SCHACK.* habita consuli poterit.

VIII. Publica via seu regalis consideranda est ratione usus, refectationis & jurisdictionis.

IX. Usus promiscue omnibus patet, unde tanta viæ latitudo requiritur, ut currus sibi invicem obvii sine remora prætervehi possint. *Sächsisches Land-Recht, L. 2. art. 59.* des Königs Strassen soll seyn also breit, daß ein Wagen dem andern ausweichen möge.

X. Quod cum in locis montanis & similibus effici, atque angustia viarum emendari non possit, *dict. art. 59.* disponitur, daß der leere Wagen solle weichen dem geladenen und der minder geladene dem schwereren, der Reitende dem Wagen, und der Gehende dem Reitenden. Sind sie aber auf einer Brücken, und jaget man einen Reitenden oder einen zu Fuß, so soll der Wagen still stehen, also lang, daß sie mögen herfür kommen, und welcher Wagen zu erst auf die Brücken kommt, der soll zum ersten überfahren, er sey leer oder geladen. Quod in terris Saxonis ZOBELIVS. P. 2. Diff. 45. n. 1. & Provinciis Germaniæ reliquis, ab aurigis observari experientia testatur.

XI. Usus viarum publicarum gratuitus est, neque olim pro transitu quicquam exsolvi oportuit.

XII. Quo vero securior esset transitus, olim officium tuendi viatores ab inuasoribus vel latronibus, certis personis demandatum, quibus merces aliqua pro comitandi opera soluta, quam vocarunt *das Geleite.*

XIII. Sed & præter conducendi officium viæ, præprimis ubi per sylvas eundum est, certo tempore visitare debebant, quod vocabatur, *den Halt bereiten, der Haltritt.* *Ordin. Provinc. Sax. de anno 1555.* SCHILT. *disp. de Amtsassus, inserta Exercit. ad ff. P. 1. p. 468. seq.*

XIV. Stabilita pace publica & sylvis magnam partem excilis, officium conducendi desit, mercede nihilominus retenta, quam omnes viatores exsolvere simpliciter tenentur.

XV. Eam ob rem dominum territorii viatoribus, a latronibus spoliatis, damnum sarcire teneri plures asserunt. MYLER. *de Princip. & statibus imper. P. 2. cap. 59. n. 4. seqq.* dummodo hi via regia usi sint. MYLER. *d. l. n. 10. add. ZIEGL, de jurib. Majest. Lib. 2. c. 17. §. 15. & lib. 2. c. 13. per tot.*

XVI. Reparatio & munitio viarum ad Principem spectat. Exiguum quidem jus esset privatorum, quod non nisi in onere consistit; id tamen ipsis temere concedendum non est. ZIEGL. *d. cap. 17. §. 12-14.*

XVII. Sumtus olim ex fisco suppeditati; hodie operæ subditis per præfecturas injunguntur; Artificiales vero & majorum expensarum a viatoribus colliguntur. ZIEGL. *d. l. n. 19. add. Sächs. Landr. L. 2. art. 27.*

XVIII. Quantum ad jurisdictionem, eam in via publica Principis esse, licet alteri per istum districtum merum imperium competat, constans est Doctorum, præsertim Vitembergensium, sententia, quam contra BOCERVM late defendit ZIEGL. *de jurib. Majest. Lib. 2. cap. 17. §. 30-38.* eamque aliquot consiliis in controversia inter Erfordienfes & Duces Saxoniae de via publica assertam esse refert. SIXTIN. *de regalibus L. 2. c. 2. §. 16.*

XIX. Scilicet non de omni jurisdictione in via publica, sed de jure gladii quæstio concipienda, atque in Saxonia Electorali legibus publicis decisa. vid. ZIEGL. *d. l. §. 36.*

XX. Sed & alibi subditis jurisdictio in viis publicis conceditur, prout innuere videtur distinctio der *Zaun- Gerichte und Strassen- Gerichte.* vid. STRYCK. *Vol. 1. disp. jurid. 22. de jurisdictione circumscripta.*

XXI. Tanta vero est viarum publicarum securitas, ut etiam rem minimam vi eripiens in via publica capite puniatur. *Constit. Crimin. art. 126. ibique STEPHANI Comment. BODIN. de republ. Lib. 6. cap. ult.*

XXII. Sed & injuria, in via publica illata, graviori animadversione coercetur; ita osculum, invitæ virgini in via publica ereptum, multa & simul relegatione ad 30. milliaria; MATTH. *de afflict. decis. 275.* quin & gladio punitum fuit. CLAR. *Pract. Crimin. §. ult. q. 83. vers. osculum inferens.*

XXIII. Viatores, equites vel aurigæ, per terram transeuntes, quanto propinquius secundum viam stantes in loco amplecti poterint ad refectionem equi sui: impune equo porrigant. Licitum etiam ipsis uti herba & viridi sylva pro sua commoditate & usu necessario

sario sine vattatione, per constitutionem FRIDERICI 2. F. 27. in fin.

XXIV. Hanc constitutionem de solo necessitatis casu exaudiendam esse, ratio & consuetudines Germanicæ volunt. Sächsisches Land-Recht, Lib. 2. art. 68. Extra hunc casum frumentum depascens, sed secum non auferens damnum sarcit. Sächsisches Landr. L. 2. art. 39. & 40.

XXV. Hodie postquam Germania vicis & cauponis ubique abundat, hæc consuetudo evanuisse videtur.

XXVI. Ista vero securitate non gaudent merces evehi aut invehi prohibitæ. vid. MANDATVM Regio-Electorale Saxon. de anno 1699. wider Ausfuhrung derer Victualien auffer Landes.

XXVII. Corpora defunctorum non nisi exsoluto vectigali speciali, dem Todten-Zoll, de loco ad locum transvehi posse prætenditur, sed immerito. Dixi in posit. ad ff. de religios.

XXIX. Cæterum via publica necessario observanda est, ne vectigalia evitentur, idque sub pœna commissi. vid. MANDATA Electoralia Saxon. de anno 1601. 1653. 1654. &c.

CAP. IX.

De

Restricta vindicatione rei nostræ.

I.

Rem suam, ubicunque reperta fuerit, vindicare juris gentium & primarius domini effectus est.

II. Enim vero id notatu dignam restrictionem patitur ex parcemia germanica vulganica: Hand muß Hand wahren.

III. Origo ipsius ex Jure Saxonico est, Land-Recht, L. 2. art. 60. unde discimus eum, qui sciens volens alicui rem suam tradit, eam non nisi ab eodem repetere posse.

IV. Atque id ipsum Jure Lubecensi L. 3. tit. 2. art. 1. & 2. quod utrobique de solo commodato loquitur.

V. Amplitudinem sententiæ hujus legis melius exhaurit jus Hamburgense Lib. 2. tit. 2. art. 7. Auf wasserley Weise er das aus seinen Wahren läffet mit seinen Willen.

V

VI. Idem

VI. Idem servant *Jus Suecicum*; **LOCCEN.** *Synops. jur. Suec. Diff. 12. q. 5.* & in *Exercit. ult. corrolar. statutum Brunsvicense tit. von Ansprache eines Pferdes, und anderer Güther.* *Jus Culmense Lib. 4. tit. 2. §. 3.* aliaque statuta enumerata **HENR. GIESEBERTO** in *pericul. statutor. Harman. pract. art. 13. n. 18.*

VII. Rationem hujus rei in commerciorum utilitate & securitate non abs re quærit **MEV.** *ad jus Lub. d. art. 2. n. 5. 6.*

VIII. At cum eo tempore, quo speculum Saxonicum concinnatum est, tantus mercaturæ favor nondum fuerit, malle id fidei Germanorum, quam ad superstitionem usque præstabant, tribuere.

IX. Notatu dignam vero limitationem affert **HERT.** *disputat. de conventionibus dominii translativis §. 29. opuscul. Tom. III. p. 90. & 91.* si posterior rem bona fide acceperit.

X. Aliam limitationem vel potius declarationem affert **MEV.** *P. 8. decis. 24.* ut procedat active, non passive, i. e. si primus secundo, hic tertio tradiderit, atque tertio res evincatur, huic & contra primum actio datur.

XI. Tertiam limitationem affert **MEVIVS** *ad d. art. 2. n. 23.* si secundo invito res eripiatur, primum etiam agere posse.

XII. Quarta *Juris Culmensis* est: dummodo commodatarius &c. rem alienaverit titulo oneroso, non lucrativo.

XIII. Cæterum licet is, qui rem ipsi a me traditam fraudulenter alienavit, jam non amplius sit solvendo; rei tamen vindicatio contra tertium non competit.

XIV. In Saxonia Electorali & Germania superiore hæc regula abrogata, & vindicandi licentia pristinae latitudini restituta est. **CARPZOV.** *P. 2. Const. 26. def. 5.* add. **HAHN.** *ad tit. commod. n. 7.*

XV. Atque hunc canonem, quomodocunque limitetur, absurditatis arguit **HAHN.** *ad tit. commod. n. 7.* & **DIETHERVS** in *addit. ad Besold. thes. pract. voc. Gewohnheit, p. m. 321.* contra eum rationi & æquitati imprimis congruum putat **D. JOHANNES Amsel** in *disput. peculiari Regiomonti 1689. ventilata.*

XVI. Similem fere constitutionem Angliæ *idem* **AMSELIVS** §. 12. commemorat, ut qui res mobiles in foro publico emit, prævia insinuatione contractus, telonioque, quod mercibus impositum, soluto, eas, licet furtivas, statim suas faciat.

XVII.

XVII. Antwerpiaē emtorem rei alienæ non statim quidem, sed tamen intra 15. vel 16. menses securum fieri, & ab eo tempore omnem evictionem excludi observat G VICCIARDINVS *in ejus urbis descriptione.*

XVIII. Affinem superioribus Juris Saxonici constitutionem, ut creditor, cui pignus sine culpa periit, jus crediti amittat, *Land-Recht, Lib. 3. art. 5.* abrogavit SERENISSIMVS P. 2. *Const. 26.*

CAP. X.

De

Usufructu gentium germanicarum cum dominio utili plane conveniente.

I.

Dominium est jus, quo res aliqua nostra est, sive quo non eodem modo ad alium ac ad nos spectat, aut, si explicatius loqui velimus, est jus alios a re aliqua excludendi.

II. Neque ergo facultas re utendi, quam usumfructum causalem vocant, pro parte domini haberi potest, quippe quam a dominio, salva ejus essentia separari posse *Tituli Instit. & ff. de usufr. evincunt.*

III. Usufructuarius enim de proprietate nullo modo participat, fatentibus Jctis Romanis & hodiernis, quando usumfructum in re aliena esse asserunt.

IV. Ita etiã jus disponendi, id est, rem alienandi, mutandi, essentiam domini non ingreditur, quippe quod legibus vel pactis, salvo dominio, abesse potest.

V. Neque perpetuitas & jus rem ad heredes transmittendi ad substantialia domini referri debet, cum & ipsa iisdem modis, quibus disponendi licentia, constringi vel plane tolli possit.

VI. Vnde patet, essentiæ domini eo nihil decedere, quod facultas revocandi a concedente reservetur, aut facultas de ea libere disponendi restringatur vel tollatur, vel denique usufructus in alium transferatur, quam diu jus excludendi sive rem vindicandi penes dominum illibatum manet.

VII. Dividi vero potest dominium, idque vel uniformiter, ut nempe uterque dominorum simili jure erga invicem & adversus extraneos gaudeat, quod vocatur dominium commune five communio positiva, stylo juris civilis vero rei communis.

VIII. Vel difformiter, quatenus non solum utendi facultas, sed & ipsum proprietatis exercitium magis in alterum transfertur, quam retinetur, & fere in subsidium reservatur. Injunctis tamen certis præstationibus, vel in dando vel faciendo consistentibus, quibus qui particeps domini factus est, alterum idem suo modo retinuisse fatetur, atque inde enascitur conceptus domini directi & utilis.

IX. Probe vero notandum, hos terminos non ex LL. fontibus haustos, sed docendi & conceptum distinctum formandi gratia ab interpretibus inventos esse, idque ex urgente ratione: cui enim jus vindicandi competit, ei competit dominium, quod ipsum est jus excludendi; quousque ergo hæc subsumtio pertingit, eousque dominium utile negari non potest.

X. Neque est, cur terminos directi & utilis fastidiamus, dummodo observemus, eos non eo modo, quo de actionibus prædicantur, heic supponi.

XI. Atque his observatis, corruunt, quæ HVBER. *prelect. ad Instit. de R. D. tb. 15. & ad ff. si ager vectig. tb. 4. item P. 1. digress. Lib. 4. c. 6, §. 2. WISSENB. ad ff. de A. R. D. tb. 14. & in Comm. ad l. 20. C. de pact. n. 6. LVDWELL. in synopsis. jur. feud. c. 2. n. 2. DONELL. L. 9. cap. 13. in fin. ANT. MATTH. de fundam. jur. aliter jaciendis quam vulgo, disp. 7. tb. 81. 86. item FORSTERVS, CVJACIVS, GIPHANIVS, NIELLIVS, RIEMERVS, HARPRECHTVS, alique, ab his ad oppugnandum dominium utile evocati, objicere solent.*

XII. Hoc dominium utile agnoscimus in emphyteusi; quantumvis enim emphyteutæ dominium utile negetur l. 1. ff. si ager. vectig. idem tamen ipsi asseritur in l. 12. C. de fundo patrimoniali.

XIII. II. In feudo, respectu vasalli, cui jus rem vindicandi, 2. F. 8. ad heredes transmittendi, 2. F. 23. in fin. & faciem feudi mutandi, 2. F. 28. vers. si vasallus. competit, quæ omnia usufructuario denegantur §. 3. Inst. de usufr. l. 44. & 61. ff. l. 14. C. de usufr.

XIV. III. In jure dotis, quod marito competit. CARPZ. de jure
fæmin.

fæmin. singulari, Decad. 5. posit. 3. ROSENTHAL. de feud. c. 10. concl. 9. n. 2. THOLOS. syntagm. Jur. universi L. 1. c. 12. n. 7.

XV. IV. In dotalitio, prout recte docent NICOL. HENELIVS de jure dotalitii cap. 8. §. 1. & 2. MYLER. in Gamolog. cap. 10. n. 8. GVID. PAP. decis. 524. seq. GARS. MASTRILLVS, Decis. 212. n. 7.

XVI. Non obstat, quod dotalitium usufructus vocetur ab interpretibus, BERL. P. 2. Concl. 50. n. 11. 64. COLER. P. 1. Dec. 60. n. 14. TABOR. de dotalitio tb. 35. CARPZOV. L. 6. Resp. 54. n. 10.

XVII. Eodem enim modo usufructus dicitur, quo feudum, 2. F. 23. in fin. nempe usufructus juris Germanici.

XVIII. Paria nempe sunt dotalitii & ipsius dotis jura, quamdiu contrarium expresse non reperitur dispositum; cum dotalitium sit ipsa dos germanica. Dixi (præeunte SCHILTERO) in posit. ad ff. de jure dot.

XIX. Atque hinc bene infert HENEL. de jur. dotalit. c. 12. §. 18. Viduæ ratione dotalitii utilem rei vindicationem competere, qua in re consentientem habet RAVCHBAR. P. 1. Q. 30. n. 21.

XX. Porro hinc infert laudatus RAVCHBAR. d. quest. 30. per tot. viduam ratione dotalitii ad cautionem usufructuariam præstandam non obligari. Id quod in curia Vitembergensi ita decisum esse refert n. 8.

XXI. Dissidentes WESENBEC. P. 1. Conf. 1. n. 15. HARTM. Pist. obs. 2. HERING. de fidejuss. c. 6. n. 229. CARPZ. P. 2. Const. 42. def. 7. decepti sunt argumento usufructus Romani, cujus speciem esse putarunt dotalitium.

XXII. Neque obstat, quod morte viduæ dotalitium, eidem relictum, expiret: etenim dominio directo non obstat, quo minus morte accipientis finiatur. At usufructus ad heredes nunquam transit.

XXIII. Ulterius hinc infert NIC. EVERH. Conf. 217. n. 17. viduam posse ex lacu magno terram arabilem facere, quod de omni mutatione faciei fundi intelligo, dummodo res non fiat deterior, quod nec vasallo in fundo feudali permittitur.

XXIV. Hinc laudemia, durante dotalitio, ex fundis, a prædio concesso dependentibus, debita non heredibus vasalli, sed viduæ, tan-

quam dominæ utili, cedunt, uti rationibus & præjudiciis firmat HENEL. *de dotalit. cap. 8. §. 8.*

XXV. Nempe ut altius rem repetamus: Dotalitium vocatur *Leibgedinge*, zu *Leibe leihen* priscis: *Litbolaip*; verum hanc vocem non solum dotalitium, sed omnes dominii utilis, Germanis frequentati, species comprehendere, patet ex *cap. 48. Juris Provinc. Alemann.*

XXVI. Atque hoc jus, *Leibgeding* / facultatem alienandi sub onere census continet, ita ut domino salvum maneat jus protimiseos. *Schwáb. Land. R. cap. 49. §. 4. add. cap. 110.*

XXVII. Atque in signum amplioris juris & partis proprietatis, in accipientem devolutæ, usurpata fuit tum investitura, tum constitutio census.

XXVIII. V. In precaria, quæ etiam præstaria vocatur. Ea enim, si nudum contineret usumfructum, necesse non erat alienationem acquirenti diserte interdiceret, quod ubique factum fuisse, formulæ Marculphianæ, in *posit. nostr. ad ff. tit. si ager vectigal.* allegatæ, docent.

XXIX. Vnde ALVAROTT. *in præm. comm. feud. n. 45.* SCHRADER. *de feud. p. 2. c. 2. n. 55.* BLVMBLACHER. *de jure precar. cap. 14. n. 5. 12. seq.* VALASC. *de jure emphyt. c. 34. n. 12.* MOLIN. *de f. & f. Tract. 3. disp. 298. n. 21.* BOECKELMANN. *de action. c. 3. p. 1. n. 12.* alique complures dominii utilis translationem in precaria agnoscunt. Quod etiam investituræ renovatio & laudemii præstatio, maxime vero transitus hujus juris in heredes evincunt.

XXX. VI. In prædiis censiticis ruralibus, qualia Germanis ante receptionem juris Romani ubique frequentata fuerunt, neque nudum usumfructum, neque dominium plenum, sed utile transferri, præeunte B. ZIEGLERO, luculenter, ut puto, ostendi in *posit. ad ff. si ager vectig.*

XXXI. Similem in regno Lusitaniæ observantiam suppeditat *additionator ad ANTON. de GAMMA Decis. 38. p. m. 78.* his verbis: In his tamen regnis credo, quod contractus semper judicabitur emphyteuticus, quando solvitur aliquid pro re aliqua, & quod solvitur, non correspondet fructibus, & solvitur in recognitionem, quia ut plurimum non reperiuntur contractus censuales, de quibus autores loquuntur:

quuntur: nam quando quis dat rem suam ad censum, semper dat cum reservatione domini directi, & idem erit in annua pensione, de qua non apparet scriptura.

XXXII. VII. In majoratibus alii nudum usumfructum reperire sibi videntur: GOMEZ. *LL. Taurin. 40. n. 85.* ANTON. de GAMMA *decis. 350. n. 1.* & hos secutus majoratum explanator DIDACVS SPINO a CERES.

XXXIII. Alii majoratus possessorem pro vero domino habent: JOH. del CASTILLO *de usufr. cap. 4. n. 3.* GVTIERREZ. *L. 1. pract. quest. 17. n. 2.* VALASC. *Tom. 2. Consult. 116. n. 5.*

XXXIV. Verum istud dominium circumscriptum & tempore certo determinatum, atque adeo revocabile esse concedunt MEREZ. *de majoratu Hispan. p. 3. q. 3. n. 54.* ANTON. de PADILLA *Comm. ad l. 3. C. de servitut. n. 14.*

XXXV. Quo minus ergo dominium utile penes eorum possessorem esse cum PINELLO *ad l. 1. C. de bon. matern. p. 2. n. 6.* largiamur, nondum intelligo, quid obstet; atque ita sentire videtur LVDOV. MOLINA *de Hispanor. Primogeniis Lib. 1. cap. 19. & passim.*

XXXVI. Nempe directum dominium, si non successor futurus in majoratu; certe tamen integra familia sustinent, quia possessorem in bonis majoratus non recte se gerentem iisdem privare possunt.

XXXVII. Idque & reliquæ majoratum affectiones & jura confirmant, prout facile ostendi posset, si res usum in Germania haberet.

CAP. XI.

De

Restricta alienandi mortisque causa relinquendi libertate, & de pactis successoriis.

I.

Iure Romano quilibet bona, undecunque quæsitæ, tam oneroso titulo transferre, quam donare pro lubitu poterat. *l. 19. C. de donat.*

II. At Jure Germanorum mag ohne der Erben Laub und ohne Gericht

Gericht niemand sein eigen Gut noch seine Leute vergeben; ver-
giebt er es aber wider Recht ohne der Erben Urlaub, die Erben mö-
gen sich des Guts wohl unterwinden mit Recht, als ob der tott
wäre, der es gab. Sächsisches Land-Recht, *Lib. 1. art. 52. Consentit
jus Alemann. Provinc. cap. 308.* Ohne des Voigts Ding mag niemand
sein eigen hingeben. Seit einer sein eigen wider seiner Erben Wil-
len hin, und ohne des Voigts Ding, sie sollen für den Richter fah-
ren, und sollen es versprechen, und der Richter soll es da antwor-
ten (tradere ausantworten) den Erben.

III. Hanc dispositionem de immobilibus intelligendam esse ex
subsequentibus patet: Alle fahrende Habe aber giebt der Mann
wohl ohne Laub der Erben in allen Städten und an allen Orten.

IV. Deinde ex interpretatione usuali hic textus de bonis avitis
tantum, von Erb-Stamm-Güthern, accipitur. *Const. Elect. Sax.
12. P. 2.*

V. Scilicet bona avita dicuntur, non quæ præsens possessor, nec
quæ pater ipsius quæsit; add. *Const. Sax. 31. P. 2.* sed quæ minimum
ab avo quæsit, jure hereditario absque interveniente contractu ad
alienantem devoluta sunt.

VI. Itaque naturam bonorum avitorum amittunt, quando fra-
ter a fratre eadem emtionis aliove singulari titulo obtinet. *CARPZ.
ad. d. Const. 12. def. 4.* At sub pacto de retrovendendo emta, & postea
redemta, jure avitorum adhuc censentur. *CARPZ. d. l. def. 5.*

VII. Cæterum ex mente juris Saxonici communis non requiri,
ut ab avo ^{a)} bona devoluta sint, sed omnia, quæ hereditatis vel dona-
tionis titulo possidemus, non nisi cum heredum consensu alienari
posse ostendit textus, *Weichb. art. 20. verb. mit der Erben Laub,* ob
es Erbe oder gabhafft Gut ist, das ist, daß es nicht unbeerbet oder
ungabhafft Gut sene, also daß ers gefaufft habe um sein Geld;
denn so mag er es geben, wem er will, ohne jemandes Widersprechen.

VIII. Porro heredum vocabulum in *d. art. 52.* ex interpretatio-
ne authentica SERENISSIMI in Saxonia Electorali de solis descen-
dentibus alienantis exaudiendum est.

IX. Nec

^{a)} Ita feudum antiquum etiam id est, quod a patre quæsitum, sive paternum. Quo
argumento utitur WEHNER. in *obs. pract. voce: Stamm-Güther.*

IX. Nec non de sola donatione, eaque inter vivos & simpliciter tali, non mortis causa, nec propter nuptias, *d. Const. 12. P. 2. ibique CARPZ. definit. 8.* contra clarum textum *Landr. Lib. 1. art. 21. in pr.* Man mag Frauen wohl eigen geben zu ihren Leib mit der Erben Laub.

X. Id vero plane juris rationi contrariatur, quod *CARPZ. ad d. Const. 12. def. 10.* asserit: revocationem bonorum, a patre donatorum, non admitti, postquam bona donatario a patre judicialiter sunt tradita.

XI. Neque id probat *constit. Sax. 31. P. 2. verb. ehe die Güther tradiret und aufgelassen*, quippe quæ de retractu rerum venditarum loquitur, unde ad donationem non recte colligimus: cum illic pater æquivalens receperit, neque ergo tantum exinde liberis præjudicium, ac ex donatione immineat.

XII. Deinde donatio bonorum avitorum omnino prohibetur, non vero venditio; sed in *Const. 31.* tantum quousque retractus obtineat, disponitur; magis itaque liberi factum patris in donatione impugnare possunt, quam in venditione.

XIII. Quamvis ergo eandem *CARPZOVII* sententiam amplectatur *BERLICHIVS P. 2. Conclus. 13. n. 61.* rectius tamen *COLLERS P. 1. decis. 15. n. 44. seq.* jus revocandi indistincte intra annum a die scientiæ computatum liberis tribuit.

XIV. Denique *MOLLERS ad Constit. Sax. 12.* dubium movet, annon bona avita ea tantum dicantur, quæ ab ascendentibus paternæ lineæ profecta sunt, quia in *Constitutione* solius avi, & in *alleg. Constit. 31.* conservationis familiæ seu gentis mentio fit; verum id ad maternam quoque lineam a *scabinis Witembergensibus & Lipsiensibus* extendi *IDEM* monet *n. 1. & 2. item lib. 1. semestr. cap. 34.*

XV. Multo latior & textibus juris Saxonici communis, prout jacent, convenientior est dispositio juris Lubecensis, quo omnium bonorum hereditariorum immobilium non solum donatio, etiam mortis causa, sed & quævis alienatio & testamentaria dispositio prohibetur *Stat. Lub. Lib. 1. tit. 9. art. 2. 4. & 5. tit. 10. art. 2. 3. & 6. Lib. 2. tit. 1. art. 14. Lib. 3. tit. 7. art. 2. in fin.* Vbi videatur *MEV. in Comment. & COTHMANN, Vol. 3. Resp. 11.*

XVI. Conspirant cum jure Lubecensi *Statuta Hamburgensia P. 3. tit. 1. art. 4.* Von Erb-Guth ist niemand vermöge dieser Stadt Recht ohne seiner nechsten Erben Erlaubniß zu testiren bemächtiget, sondern dasselbe seinen rechten Erben ungeschmälert zu lassen schuldig.

XVII. Nec non *Constit. Polit. Civit. Luneburg. P. 4. tit. 1.* Niemand kan von unsern Bürgern oder Inwohnern sein Stamm-Guth, so ihm von seinen Vor-Eltern erblich angefallen, oder vor unbeweglich zu achten ist, so wenig in seinen letzten Willen verlestiren oder vermachen, oder auf den Todt-Fall vergeben, als wenig dasselbe bey lebendigen Leibe ohne Verlaubniß der nechsten Erben, so die Anwartsung ohne Mittel dran haben, auflassen.

XVIII. *Mobilia donandi facultas jure Saxonico communi ita demum competebat, daß er sich also vermöge, daß er begürtet mit einem Schwerdt, und mit einem Schild auf ein Roß kommen möge, von einen Stein oder Stock, einer Daum-Ellen (i. e. halben Ellen) hoch ohne Hülffe, doch so, daß man ihm das Roß und den Stegreiff halte; wenn er das nicht thun mag, so mag er sein Guth weder vergeben, noch verlassen, noch gelehnen, dadurch ers jemand entfremde, der es wartend wäre nach seinen Tode. Sächß. Land-R. L. 1. art. 52. b)*

XIX. *Et id quidem in equestri ordinis hominibus obtinet; Burgenses vero pedites gladio accincti incedere, zu Ringe und Bedinge gehen, das Schwerdt zucken und wieder einstecken; Rustici aratrum einen Umgang eines Morgens lang ducere; Fœminæ denique ad templum, viginti minimum perticis ab earum ædibus distans, vel ad judicii locum absque alterius hominis auxilio pedibus ire, & in judicio, usque dum donatio confirmetur, stare sine sustentata-*

b) *Eadem propemodum jure Alemannico Provinciali cap. 379. constituuntur: Alsdieweil sich der Mann also verwalden mag, daß er sich begürten mag mit einem Schwerdt, und mit einem Schild auf ein Roß kommen mag von einem Stamme oder Stock, der einer Dum-Ellen hoch ist, ohne eines andern Mannes Hülff, doch soll man ihm das Roß heben und den Stegreiff, diewyl er das mag gethun, und geryten mag alles Weges eine Wyle, so mag er gethun mit sinem fahrenden Guth, was er will. Und alsbald er das nicht gethun mag, so mag er weder geben, noch lyhen, noch lassen, noch thun, das jemand schadet, die seines Guthes warten syndt.*

stentaculo tenentur. *Gloss. Germ. in Weichbild. art. 20. n. 30. seqq. & Gloss. in Lehnr. cap. 31. n. 8.*

XX. In lecto decumbens masculus aut foemina donare non possunt, was über 5. Schilling werth ist, Weichb. art. 65. alibi nicht mehr, als was sie mit der Hand begreifen, und über das Bett-Bret reichen mögen. *Gloss. in d. art. 65. n. 6. COLER. decis. Germ. XI. P. 1. FRANZK. L. 2. Resolut. 12. n. 15.*

XXI. Istæ vero dispositiones iterum ad solam donationem inter vivos restringuntur, quia nempe donationes mortis causa & testamenta Germaniserant ignota.

XXII. Rem luculenter probat TACITVS *de morib. Germ. cap. 20.* Heredes successoresque sui cuique liberi & nullum testamentum. Si liberi non sunt, proximus gradus in (successione) (possessione) fratris, patruï, avunculi. Quando plus propinquorum, tanto gratiosior senectus, nec ulla orbitatis pretia. Idque pluribus argumentis contra STRYCKIVM firmavi *in posit. ad ff. qui testam. fac. poss.*

XXIII. Cæterum donationes tam mortis causa quam inter vivos, infirmitate, vel morbo donantis non obstante, hodie in Saxonia absque restrictione valent. *CARPZ. P. 2. const. 12. def. 11.* hic illic tamen ejus reliquiæ supersunt.

XXIV. Ita ex *statutis Coloniensibus art. 2. p. m. 14.* Wer einig sein Erbe oder Erb-Renten binnen der alten Mauern in unser Stadt ic. in Testamenten oder Vermachnissen vergeben oder besetzen will, der soll ungehalten und ungeleitet sieben Füsse lang gehen, als das von Alters gewöhnlich wesen ist, es wäre dann Sache, daß er einig gekündliche und offenbahre Lähmde hätte, darum daß er nicht sieben Fuß gehen könnte, sonder arge List.

XXV. Ita in Lusatia superiori ex inveterata consuetudine, privilegio Regis FERDINANDI *de anno 1544. & Ordin. Feud. Elect. Sax. de anno 1652. §. wir lassen ic.* confirmata, ad alienationem bonorum feudalium hodieque requiritur, ut vasallus, heredibus descendentibus masculis destitutus, eo corporis robore polleat, daß er in einem Schuß-freien ganzen Kürasß, oder Rüstung über den ganzen Leib, samt einen langen guten Panzer-mäßigen Schwerdt, einen feindmüthigen

müthigen Hengst, mit einen tieffen zum Kürasß gehdrigen Sattel von ebener Erde ohne einigen Vorthail und Behülffe beschreite, und vor dem Landvoigt den Vorritt thue. Cujusmodi solennia describuntur in *Illustr. BORNII disp. XIV. de transmut. feudi in allodium, S. 25. seq.*

XXVI. Ita *Jure Lubecensi Lib. 1. tit. X. art. 3.* Hat ein Mann wohlgekommen Guth, der mag damit seines Befallens gebahren, so ferne er zu Wege und Stege gehet, und seiner Sinne und Gliedmaß mächtig ist; nach Lübischen Rechte. Idque specialiori statuto in denen Lübischen Voigten-Rechten ita exprimitur: Wenn ein Mann so redlich ist seiner Sinne und mächtig seiner Glieder, daß er ein Marc Pfund Löthiges Goldes heben und böhren kan, von einer Städte auf die andre, so mag er sein wohl gewonnen Guth geben, wem er will.

XXVII. Ita in Marchionatu Badensi & Comitatu Ebersteinensi homines proprii, bona sua contractu inter vivos in alium transferentes, a jure mortuario immunes præstantur, dummodo ita vegetes sint, ut ex domo ultra stillicidii metas in plateam exire, ibique donationem celebrare possint. *BESOLD. Thes. Pract. n. 25. in fin. p. m. 368. voce: Haupt-Recht.*

XXVIII. Ex dictis constare arbitror hanc omnimodam donationis & alicubi cujusque alienationis prohibitionem a facultate retrahendi, certis personis concessa, toto cælo differre, adeoque pessime a multis cum eadem confundi, qua de re infra peculiari capite dicetur.

XXIX. Id quoque certum esse puto, non valuisse mortis causa donationes ab ægrotantibus & senibus decrepitis factas, multo minus testamenta in præjudicium heredum legitimorum. Neque enim recte prospectum esset heredibus, & frustranea fuisset prohibitio donationis inter vivos, si mortis causa ejusmodi dispositiones valuissent. Et quæ *illustr. STRYCK. de success. ab intestat. diff. 8. cap. 1.* in medium affert, omnia de dationibus inter vivos accipi possunt.

XXX. Super sunt pacta successoria, in quibus vindicandis explicandisque utilem operam impenderunt *Illustr. STRYCKIVS de success. ab intest. Disp. VIII. per tot. BARTHOLD, MVSCVLVS de successione*

essione conventionali & anomola, Jen. 1607. 4to. NICOL. BETSIVS de statutis & pactis familiarum illustrium, Francof. 1611. 8vo. BARTHOL. KELLENBENZ. de renuntiatione successionum, Stutg. 1655. 8vo. KNIPSCHILD. de fideicomm. famil. illustr.

XXXI. Communis in hac doctrina nævus est, quod indistincte a pluribus asseratur: pacta hereditaria jure Romano non valere, valere vero jure hodierno. Utrumque falsum est, neque enim nulla jure Justiniano, neque omnia hodie valent.

XXXII. Scilicet pactum de hereditate tertii incerti & jure Romano & hodierno valet; *l. 3. §. 2. & l. 73. ff. pro soc. §. 4. Inst. de societ. &*

XXXIII. Pactum de hereditate tertii certi neque jure Romano neque hodierno ratum est, nisi is, de cujus hereditate quæritur, consentiat, & in ea sententia ad mortem usque persistat; *l. ult. C. de pact. & CAPITVLARIA REG. FRANCOR.* quæ allegat STRYCK. *d. Disp. 8. cap. 2. n. 6. & 24. seqq.*

XXXIV. Sed neque de hereditate tertii certi testamento disponere licet, id quod luculenter probat STRYCK. *d. cap. 2. §. 16.*

XXXV. Quod si paciscentes tertium, de cujus hereditate agitur, diem supremum obiisse credant, pœna quidem *d. l. ult. C. de pact.* cassabit, at pactum nihilo magis ratum erit, ac si eum supervivere sciant.

XXXVI. Pacta de hereditate successuris ab intestato conservanda, nostris moribus valida, jure Romano non improbata fuisse puto, non tam per leges, quas STRYCK. *cap. 3. §. 4. 6. 10.* alibique in subsidium vocat, sed quia paciscenti nullum jus novum acquiritur, quin potius ordo successionis ad juris communis dispositionem & statum ordinarium revocatur.

XXXVII. Quandoquidem itaque omnes prohibendi rationes, & ipsa juris prohibitio cessat, eam heic comminisci supervacaneum est.

XXXVIII. Profunt vero pacta conservativa vel contra successoris paciscentis delictum, vel contra statuti vel consuetudinis rigorem. STRYCK. *cap. 3. §. 9. seqq.*

XXXIX. At pacta acquisitiva jure Romano invalida hodie in Germania ubique permittuntur, etiamsi jurejurando firmata non sint.

XL. Horum species sunt; 1) Unio prolium de qua *supra integro cap. 25. Lib. 1.* diximus.

XLI. 2) Pacta inter conjuges frequentissima non minus antiquissima, & hodie ubique gentium imprimis Europæarum valida. vid. omnino Dn. STRYCK. *d. disp. 8. cap. 5. §. 1. sqq. & COLER. decis. Germ. 37. P. I.*

XLII. Ea non sine emphasi Germanis vocatur *Ehestiftung*. *Stiffen* enim donare, destinare, relinquere significat, atque his patris bona conjugis defuncti superstiti assignantur.

XLIII. Et quemadmodum ea solo consensu perficiuntur; ita insinuationem judicialem, licet objectum quingentos solidos excedat, non requirunt, neque jure Saxonico. CARPZ. *P. 2. Const. 43. def. 2. n. 8. sqq.* BERL. *P. 3. Concl. 2. n. 25.* aliud observatur in Ducatu Guelpherbyitano. HAHN. *ad WESENB. tit. de Pact. dot. n. 4.* & Wurtembergico. BESOLD. *ad jus Prov. WVRTEMB. disp. 2. tb. 52. sqq.* LAV. TERB. *ibid. Disp. 2. tb. 19.*

XLIV. Pacta ista conjugi superstiti in bonis defuncti jus hereditarium reale anomalum tribuunt, quo alienatio impeditur, & successio universalis in superstitem absque traditione transit. STRYCK. *d. l. cap. 5. §. 24. sqq.* ubi etiam de actionibus, quibus heic uti licet.

XLV. Nescio vero, cui bono ex ejusmodi pacto, in scriptis celebrato, ad remedium *l. ult. C. de edict. div. Hadr. toll.* provocetur, cum scriptura, a contrahentibus subscripta, tanquam instrumentum guarentigionatum moribus Germaniæ & Italiæ celerrimam & paratam executionem tribuat.

XLVI. Cæterum eadem alterutrius dissensu revocari non posse res ipsa loquitur. STRYCK. *ibid. §. 37. seqq.* utrum vero annihilentur, si alteruter paciscentium ante thalami consensionem moriatur, ex ipsis eorum verbis judicandum videtur. adde STRYCK. *d. l. §. 43.*

XLVII. 3) Pacta confraternitatis personarum illustrium, quorum exempla affert STRYCK. *d. disp. 8. cap. 7. §. 1. & 3.* quæ sive unilateralia sive reciproca, sive de omnibus, sive de certis bonis inita rata sunt. conf. TEXTOR *Disp. Acad. XI. de pactis gentilitiis Procerum.*

XLVIII. Et valent de bonis atque rebus omnibus, de quibus absque alterius consensu disponi potest, vel qua non potest, de quibus

bus imperans id indulfit, unde patet differentia inter Nobiles Imperio immediate & mediate subjectos. STRYCK. *d. cap. 7. §. 10. seqq.*

XLIX. Exemplum illustre præbent pacta confraternitatis Serenissimæ domus Saxonicæ, alterum cum Landgraviis Hassiæ, alterum cum Marchionibus Brandenburgicis, & Hassiæ Landgraviis, celebrata, quæ a nonnullis male confunduntur.

L. Utriusque summa capita seu synopsis articulorum exhibet CARPZ. *in disp. de pacto confraternitatis Saxonico-Hassiacæ cap. 1. n. 52. seqq. in volum. dispp. p. m. 47. sq.* Prius vero integrum sistit LIMNÆVS *jur. publ. Lib. 4. c. 8. n. 161--164. & posterius ibid. n. 172.* de quo num perfectum robur obtinuerit, pleneque conclusum fuerit, multi dubitant. vid. STRYCK. *d. cap. 7. tb. 15.* sed eorum perfectionem & valorem tuetur BODINVS *disputatione speciali de pacto confraternitatis Saxonico-Brandenburgico-Hassiacæ. Hal. 1708. mense maio ventilata.*

LI. A confraternitatibus differunt die Erb-Bereinigungen, in quibus non de successione, se de amicitia & auxilio mutuo agitur. STRYCK. §. 3. exemplum vid. *apud LIMN. Lib. 4. c. 8. n. 25.*

LII. 4) Pacta ganerbinatus, de quibus luculenter egit Dn. STRYCK. *de success. ad intest. dissert. 8. cap. 8. & quos ipse ibid. produxit §. 1. item DATT. de pace publica Libr. 1. cap. 16.*

LIII. Eorum occasionem suppeditat *disputat. nostra de violat. securitat. domest. §. 19. & 20.* Scilicet, nondum sancita pace publica, familiæ opulentiores vel singulæ vel plures fœdere junctæ castrum commune bene munitum extruebant, in cujus parte, altero sine masculis extincto, reliqui ex pacto succedebant; quin aliquando pactum successorium ad omnia defuncti bona extendebatur; verum hæc quidem hodie frustra addiscuntur, nisi quod priscorum ejusmodi pactorum reliquiæ in Franconia & provinciis eidem vicinis supersint. vid. STRYCK. *d. l. §. 12. & 13.*

LIV. Pacta restitutiva seu de hereditate, alterius paciscentium propria, alii restituenda, sub fideicommissorum nomine circumferuntur, & ubique hodie valent, ejusque modi bona vulgo Stamm-Güter vocantur. vid. STRYCK. *d. disp. 8. cap. 9.*

LV. Huc pertinet integrum & fœcundum argumentum de majoratibus & primigeniis, in quo ANDR. TIRAQVELLVS, MELCH.

MELCH. GOLDASTVS, LVDOV. MOLINA, FRANC. de TORRE, aliique elaborarunt.

LVI. Pacta renunciativa hodie valere, licet juramentum haud accesserit, cum *Dn. STRYCK.* ab eoque *allegatis d. disp. 8. cap. 10. §. 23.* & *COLERO decis. Germ. 38. P. 1.* omnino asserendum videtur; interim, quia multi dissentiunt, jusjurandum desuper exigere tutius est. *STRYCK. d. cap. 10. per tot. qui & capitibus seqq.* Justitiam pactorum successoriorum civilem, naturalem & divinam argumentis quamplurimis iisque solidissimis defendit.

LVII. Imprimis notatu dignissimum est ejusdem monitum *cap. 12. tb. 36.* a *COTHMANNO* mutuo acceptum, & ad alias plures materias non minus quam ad præsentem applicandum: Ei qui contra hæc scholastice disputat, ignoscendum & condolendum potius esse, quod, quæ quotidiana sunt, non didicerit, & jus, in quo versatur, ignoret.

CAP. XII.

De

Jure Albinagii.

I.

Hoc jus ab Albi, quasi trans Albim natorum dictum esse putat *NIC. BVRGVND. ad consuet. Flandr. Tract. XIV. p. m. 306. seqq.* Cui suffragatur *POTGIESER. de serv. German. Lib. 1. cap. 3. §. 6. & HERT. de homin. propr. sect. 1. §. 1.* alii tanquam *alibi natorum* vocari conjiciunt. vid. *PFEFFINGERVS in not. ad Vitriar. Jus publ. Lib. 3. tit. 20. §. 29.*

II. Alii censent Albanos ita dictos primitus Scotos *a)*, quibus consuetudo peregrinandi pene in naturam versa erat, indeque tractam vocem ad omnes extraneos, qui in locum aliquem incolatus ergo transmeabant. conf. *CAROL. du FRESNE glossarium med. latinat. voce: Albani.*

III. Cumque Scoti frequentius in Gallias, regnum quippe proximum

a) Albion enim Angliam & a quibusdam strictiori significato partem ejus septentrionalem seu Scotiam vocari notissimum est.

mum variisque amoenitatibus se commendans, accederent, jus istud in Gallia maxime frequentari cœpit, ac proinde a multis soli Galliæ, vel eidem κατ' ἐξοχήν tribuitur. Vbi aubané, aubaineté & aubenage, item droit d'aubaine vocatur. vid. du FRESNE *d. l.* occasionem hujus juris, adversus Anglos usurpati, commemorat PFEFFINGERVS *in not. ad Vitriar. Lib. 3. Tit. 20. §. 29.*

IV. Hoc jus *advenatus* dicendum putat FRANC. BARRY *de succession. Lib. 1. tit. 7. n. 21.* alii jus *applicationis*. STRYCK. *de succession. ab intest. diff. 1. c. 4. §. 30.*

V. Sed longe aliud fuisse jus applicationis, ex CICERONE disci potest *de oratore Lib. 1. cap. 48. p. m. 178.* Quid? quod item non centumvirali judicio certatum esse accipimus? qui Romam in exilium venisset, cui Romæ exfulare jus esset, si se ad aliquem, tanquam patronum, applicuisset, intestatoque esset mortuus, nonne in ea causa jus applicationis, obscurum sane, & ignotum, patefactum est in judicio, atque illustratum a patrono? hucusque CICERO. *conf. CALVIN. Lexic. Jurid. p. m. 490. & p. 76. item pag. 79.* FRANC. CONNAN. *Commentar. Lib. 2. c. 7. n. 2.*

VI. Hoc applicationis jus ab Atheniensibus ortum esse putat TVRNEB. *adversarior. Lib. 3. cap. 32.* eodemque TERENCE locum in *Eunucho*:

Thais patri

Se commendavit in clientelam & fidem:

Nobis dedit se;

referunt.

VII. Sed quantum patrono cesserit, non liquet. Alii dimidiæ partis bonorum possessionem concedunt, alii sextantis solum, provocantes ad CICERONEM *in Verrem. Lib. 1. cap. 125. seq.*

VIII. Itaque jus Albinagii, (ut ad rem redeamus) si forte Gallis originem debeat, in Hispania tamen, Lusitania, Anglia & Italia, nec non Hannonia, de qua GVDELINVS *de jure noviss. Lib. 5. cap. 10. p. m. 246.* porro in Sicilia, in o & penes Asiaticos & Africæ populos, teste BODINO *de Republ. cap. 6. Lib. 1. p. m. 96. seq.* non minus observatur; at in Germania & Belgio fœderato eidem locus non est, licet in

Belgio olim obtinuerit. vid. LEEVW. *Censur. Forens. P. 1. L. 3. c. 3. n. 9.*
LAVTERB. *Colleg. ff. qui testam. fac. poss. tb. 26.*

IX. Eo testandi facultatem ademptam esse inter omnes constat. conf. VIGLIVS *ad §. ult. inst. de hered. instituend.* PETR. GREG. THOLOSAN. *Syntagm. Jur. univers. Lib. 42. cap. 8. n. 24. seq.* utrum vero in universum, an quousque successio ab intestato etiam sublata sit, non perinde liquet.

X. Albanos libertis latinis comparat, Regemque ipsis ab intestato & tanquam in bona vacantia succedere asserit PETR. GREGOR. *d. l.* Et PHILIBERTVS BUVYGNON. *Legum in Gallia abrogatar. Lib. 1. art. 7.* testatur, Regem bona & omnes facultates alienigenarum occupare velut adespota & hermæa, sive heredem habeant, sive non habeant.

XI. Olim Albanorum bona tum demum Rex vel dominus ^{b)} occupabat, si absque liberis decederent, uti probat du FRESNE *glossar. voc. Albanus. p. m. 123. in fin.*

XII. Idque & hodie in Gallia observatur, dummodo liberi ex uxore cive suscepti fuerint. BODIN. *de republ. L. 1. c. 6. p. m. 99.* At reliquis cognatis, qui jus civitatis non impetrarunt, nihil ex bonis defuncti peregrini relinquitur. Nisi quod alicubi parentes etiam ad successionem admittantur.

XIII. Ceterum multas exceptiones hoc jus patitur: ei enim non nisi bona in regno, ubi peregrinus decedit, sita, subjecta esse res ipsa loquitur.

XIV. Plerumque id etiam restringitur ad bona in eodem regno quæ sita, ita ut in vecta iterum exportare liceat, si gabella consueta præstetur. PETR. GREGOR. *d. l. n. 24.*

XV. Porro quædam in Gallia loca ob commerciorum amplificationem eo privilegio gaudent, ut quorumcunque peregrinorum diem supremum ibidem obeuntium bona, nemine impediante, exportare liceat. Ita Burdegalæ & Tholosæ habitantes ipso jure pro civibus regni habentur, item mercatores extranei, qui nundinas Campanas, Lugdunenses, aliarumque quarundam urbium frequentant. PETR. GREGOR. *d. l. n. 25.*

XVI

^{b)} Scilicet in Gallia hodie solus Rex: olim etiam dominus jurisdictionalis. SPRINGSFELD. *de spanag. cap. 7. n. 98--108.* ab eoque allegati.

XVI. Denique certis nationibus immunitas ab onere Albinatus, vel ex pacto, vel ex privilegio, vel ex consuetudine competit.

XVII. Ad priorem classem referenda pax Lusitano - Belgica anno 1661. d. 6. Aug. composita, qua Belgæ jure Albinagii in ditionibus Portugallicis liberati fuerunt. vid. *Diar. Europ. contin. 6. fol. 250.*

XVIII. Ad secundam classem pertinent Scoti, Helvetii, Flandri, Brabantini, Mediolanenses aliique, quos enumerant PETR. GREG. THOLOSANVS, BVYGNONIVS, *supra allegati*, MVL-
LERVS *ad Struv. Exerc. 37. tb. 7. lit. L.* GVDELIN. *de jure noviss. Lib. 5. cap. 10.* LAVTERB. *Colleg. ff. tit. qui testam. fac. poss. tb. 26.*

XIX. Ad tertiam peregrinantes, qui non nisi regnum perlustratum veniunt, die Passagiers, studiosi, legati & ministri Principum exterorum, item qui sola mobilia relinquunt, quamvis, præsertim in casu postremo, exceptio raro observetur. add. LIMN. *notit. regni Franc. Lib. 2. cap. 7. lit. XX. p. 493. seqq.* SPRINGSFELD. *de Apanag. cap. 7. §. 89. seqq.* JO. BAQVETI *de jure Albinagii tractatus singularis, Gallico idiomate scriptus.*

XX. Neque dubium est, hoc jus Albinagii adversus cives provinciarum, quæ eodem utuntur, alibi retorqueri posse, cujus rei exemplum in Palatinatu Rhenano statutum observat TEXTOR. *in jure publico statuum Imper. tit. 5. n. 434. c)*

XXI. Affine juri Albinatus est jus occupandi bona defunctorum spuriorum, nec non misogamorum, qui posteriores Hagstolzen, Haverstolzen, & in *ordin. Provinc. Palatina Tit. 8. Hagstolzen* vocantur.

XXII. Exinde SCHOTTELIVS *in tract. de singular. & antiq. in Germania Juribus cap. 1. confinxit das Hagenstolzen Recht*, qui vocabulum a behagen, placere, & stolz, fastu, compositum putat, quasi dicas homines in sola sibi placentia superbos, vel in sua superbia se delectantes.

XXIII. Aliud vocis etymon suppeditatur in BESOLDI *Thesaur. pract.*

Aa 2

c) At in Imperio Romano-Germanico jus Albinagii regulariter receptum non est, adeo ut ne jus retorsionis quidem adversus Gallos in Camera Imperiali usurpatum fuerit. SCHILTER. *de jure obstagii cap. 9. §. 4.* IDEM *de jure peregrinor. §. 22. & Exerc. VI. ad ff. §. 28. in annotat.*

pract. pag. 352. n. 5. in addit. ubi Hagenstölzer dici contendit palos antrum suffulcientes, d) Hage enim clausuras & loca subobscura, e) turguria, f) antra, lucos circumseptos denotat. vid. HERT. Opusc. Tom. III. p. 612. seq. & omnino CAROL. du FRESNE glossar. voc. Haga. p. m. 689. seqq. qui ab hac sententia revera non dissentit.

XXIV. Atque hoc supposito Hagestolten dici, quasi homines latibulum suum suffulcientes, qui nunquam in publicum prodeunt, uno verbo *μισάνθρωποι*.

XXV. Scilicet bona eorum, qui intra tempus, lege vel moribus definitum, matrimonium inire noluerunt, sed cælibes mortui sunt, magistratus, jurisdictione superiori pollens, vel dominus territorii, exclusis parentibus & collateralibus, occupat.

XXVI. Quantum vero ad ætatem, uniformis non est observantia: ut plurimum is demum Hagestolzius audit, qui expleto anno quinquagesimo cælebs moritur.

XXVII. Huic spatio in Ducatu Brunsvigo-Luneburgico adduntur tres menses cum tribus diebus. At in quibusdam præfecturis anni LXIII. sex septimanæ & biduum requiruntur teste SCHOTTELIO *d. l. n. 10.*

XXVIII. Aibi & sigillatim in ea parte des Oden-Walds, quæ ad Palatinatum spectat, XXV. annos exegisse sufficit, dummodo quis

d) Forte quasi Hagens Hölzer. Nisi Stolze vel Stelze idem denotare debeat, quod Stütze. Vnde hodieque Stelzen dicimus ligna, quæ pedum vice funguntur, quibusque suffulti incedimus.

e) Hagen lucus est, vel nemus, olim cuidam Deo gentilium sacrum, aliquibus ab *ἀγίον* derivatum, contracte Hagn; veneratione & religione in opacitate vel tenebris quæsitæ. Quæ luci appellabantur ab altari in medio constituto, in qua ignis, dum sacrificia fierent, lucebat. Cedere vero lucos nefas erat, adeoque ligna eorum ab usibus humanis remota. Propior itaque forte conjectura: Cælibem vocari ein Hagens-Holz, i. e. rem generi humano inutilem. vid. Gotthard Tunnood *disceptat. forens. an successor in primogenio teneatur de exsolvendis antecessorum debitis. Frf. 1710. 4to edita.*

f) Hinc Haezh, Hagh, posteris temporibus Hausß, quia domus olim rudi opera, palis infixis & vimine contexto construebantur. Vnde forte vox Häßscheln, quæ hodiernum mulierculis plebeiis frequens est, descendit, & significat infantem in sinum recipere, brachiis complecti, pectori applicare & quasi obumbrare.

quis cælibatum professus sit. BESOLD. *Thef. pract. voce. Hagestolzen.*

XXIX. Sed & qui matrimonium inierunt, at, eo finito, per **XXX.** annos in viduitate perstiterunt, hagestoltiis accensentur, ut tamen horum liberi legitimi ad hereditatem admittantur. BESOLD. *d. l.* ubi quæ fuerint moribus Romanorum, Corinthiorum, Lacorum, Argivorum & Atheniensium cælibatus pœnæ, in additionibus explicatur.

XXX. Quantum ad sexum: Moribus Romanorum etiam fœminæ cælibatus pœnam perferebant, quod hodie, si mores conjugem quærendi modernos respiciamus, valde iniquum foret.

XXXI. Unde in ditionibus Luneburgo-Brunsuicensibus, wenn eine Haberstoltinne verstorben, wird von ihrem Guthe dem Herrn nichts erkandt. SCHOTTEL. *d. l.* alibi idem rigor, qui apud masculos, penes fœminas observatur, salva tamen, ut mihi videtur, probatione vel juramento, se maritum invenire non potuisse.

XXXII. Quantum ad bona, noviter quæsitag) saltem auferuntur in ducatu Brunsuicensi; at Genearchia, i. e. jure hereditario ab ascendentibus vel collateralibus ab intestato in misogamum devoluta successoribus testamentariis vel ab intestato non eripiuntur, & bona in dubio pro avitis vel gentilitiis, non pro noviter quæsitis habentur b). SCHOTTEL. *d. l.* alibi omnia, exceptis feudalibus, fisco cedunt. BESOLD. *d. l.*

XXXIII. Alibi sola mobilia, alibi sola immobilia, eaque allodialia pro vacantibus habentur.

XXXIV. Denique Hagenstoltiis annumerari non possunt, qui ob vitium mentis, corporis, item ob inopiam, vitæ genus, aliaque impedimenta a conjugio abstinent, vel uxorem reperire non possunt. i)

g) i. e. quæ industria & labore inde a prima adolescentia acquisita sunt.

b) pecunia vero, ex bonis avitis venditis quæsitæ, in dubio ad fiscum pertinet.

i) NB. Wie viel Rörbe einer bekommen haben müsse, daß er sagen könne, se non posse reperire uxorem.

CAP. XIII.

De

Jure optandi, fratri juniori competente, vom
Kühr-Rechte. a)

I.

Ius optandi, juniori competens, non soli Saxoniae proprium, sed universo Germaniae commune fuisse certum est.

II. Ita enim amice conspirare videmus *jus Provinciale Saxonicum* L. 3. art. 29. Wo zween Mann ein Erbe nehmen sollen, da soll der Elteste theilen, und der Jüngste soll kiesen. Et *jus provinciale Suevicum* cap. 266. 2. Wa zween oder mehr denn zween ein Guth theilent, da soll der Eltest theilen, und der Jüngst wehlen.

III. Ubi usus hodiernus in verbis zween Mann nescio quæ mysteria quærit, & jus optandi exulare vult, quoties tres pluresve ad hereditatem concurrunt.

IV. Quod ratiocinium non multo melius videtur illo *in cap 10 X. de testam.* in ore duorum vel trium testium stat omne verum, DEUTERON. XIX. v. 15, ergo plures testes in testamento non recte exiguntur.

V. Quemadmodum enim jus divinum non plures arcet, sed unum; Ita jus Saxonicum minimum duos intelligit: unus enim secum ipso hereditatem dividere nequit.

VI. Idque clarius ex Jure Alemannico patet, & consuetudine prisca Brunsvigo-Gvelferbytana (quod territorium olim juris Saxonici fuit) servatur in successione prædiorum rurestrium, der Uckerhöffe, ut etiamsi plures quam duo succedant, junior semper in electione præferatur.

VII. Unde patet recte conjicere LEICKHERTVM *ad Const. Sax.* 15 P. 3. inter tres etiam jus optionis obtinere; quod diserte confirmat textus WEICHBILD *art. 26.* Wo aber zween Mann oder drey zu einem Erbe gehören oder Herrgewett theilen sollen, da mag der Jüngest kiesen.

VIII.

a) Hoc caput latius elaboravi, & disputatione publica, respondente Dn. Gradenhand, ventilavi.

VIII. Quod vero masculorum mentionem faciat jus Saxonicum, inde fuisse videtur, quia fœminarum successio magis erat restricta.

IX. Hodie si masculus & fœmina concurrant, hæc per curatorem dividit, ille eligit. Si duæ fœminæ dividant, idem, quod in duobus masculis, juris est.

X. Idque inter nobiles æque ac cives & rusticos observatur, etiam quoad bona feudalia. CARPZ. III. 15. 9. Consuetudine vero vel testamento defuncti tolli potest.

XI. Quantum ad usum hodiernum: is in Saxonia Electorali certus est, Part. 3. Constit. Elect. 15. ad quam, conf. MOLLER. & CARPZOVIVS.

XII. Sub triplici tamen restrictione, ut 1.) jus optionis morte optantis expiret, 2.) non plures quam duo cohæredes adsint, 3.) fœmina dividat, masculus eligat.

XIII. Ita si frater sororve senior in communi moriantur, onus dividendi non ad ejus filium filiosve transit, sed optio ei relinquatur, fratre sororeve juniore dividente. Quia ætas, quæ tempore divisionis est, respicitur. RAVCHBAR. P. 1. Q. 41. n. 18. 27. CARPZ. II. 15. 16.

XIV. Contra si in Saxonia Electorali defunctus tres filios reliquerit, eorumque unus ante divisionem moriatur, inter duos superstites jus optandi locum invenit, quod non obtinebat, cum pater moreretur. CARPZ. P. 3. const. 15. def. 14. & 12.

XV. At, si uterque filiorum filiarumve decedat, ante divisionem, jus optandi expirat, & hereditas inter solos nepotes secundum dispositionem juris communis, vel sorte, vel judicis officio dividitur. CARPZ. d. 1. def. 17.

XVI. Inter gemellos dubia quæstio jurato obstetricum testimonio nec non scripta parentum relatione, iisque deficientibus, sexu deciditur, ut masculus pro primogenito habeatur.

XVII. Si certitudo inveniri non possit, jure communi lis deciditur, quemadmodum etiam, si pacto, vel ultima parentis voluntate hoc jus liberis ademptum sit. add. BERLICH. P. 3. Conclus. 21.

XVIII. Idque optandi jus non minus in ascendentibus vel collateralibus defuncti, quam in descendentibus locum habet. Vidua tamen,

tamen, cum inter heredes proprie non connumeretur, jure optandi nunquam fruitur.

XIX. Contra divisionem ita factam remedium *L. 2. C. de rescind. vendit.* locum habet, etiam in divisione judiciali, licet dissentiat *CARPZOVIVS d. l. def. 20. n. 3. seqq.* dummodo evidens læsio sit.

XX. Ad alias vero rerum communium divisiones præter hereditatem hoc jus optandi minime extenditur.

XXI. Extra Saxoniam hoc eligendi jus hodie ex generali quadam Germaniæ & in Camera approbata consuetudine observari auctor est *GAILIVS Lib. 2. obs. 116. n. 14.* cui adstipulatur *MYNSING. Cent. IV. obs. 37. pluresque alii* serie satis longa enumerati ab *ESBACHIO ad CARPZ. P. 3. Const. 15. def. 2. & 24. seq.* nec non *GOLDASTVS, BETSIVS* aliique plures, quos allegat *ITTERVS de feudis Imper. cap. 13. §. 17.*

XXII. Et isti quidem *ad cap. 1. X. de paroch.* provocant, ubi ille, qui amplius temporis in Episcopatu habet, dividere, & minor eligere jubetur. Ad quem locum erudite, ut solet, *GONZALEZ TELLEZ* commentatur.

XXIII. Nolim tamen cuiquam auctor esse, ut huic regulæ iis in locis, ubi ea vel statuto, vel consuetudine comprobata non est, nimis fidat.

CAP. XIV.

De

Succeffione rerum expeditoriarum.

I.

Germanos sexus rationem habuisse in successione & integra feudorum materia & cum primis Heergewettæ & geradæ argumentum ostendunt.

II. Nempe masculi instrumenta & supellectilem expeditionis militaris: fœminæ jocalia & mundum muliebrem, quæque ad amiciendas eas faciunt, præcipua habebant.

III. Res expeditoriæ vocantur Heergewette & Heergeräthe, atque in *art. 25. WEICHBILDI SAXONICI* enumerantur: *des Mannes bestes Pferd (gesattelt und gezäumet) und sein Schwert, und*

und sein Schild, und sein bester Harnisch, das er hat zu eines Mannes Leib, und seine tägliche Kleider, und ein Heer-Pfuhl, (das ist ein Bett und ein Kissen und zwey Leilach) ein Becken und ein Zwebel und ein Eischlachen und ein klein Kessel und ein Kesselhack, ein Speß, ein Art oder ein ander dergleichen Waffen.

IV. Flaccescente vero Germanorum fortitudine & modis militandi mutatis res istæ expeditoriæ, nisi equus aut gladius capulo argenteo instructus adsit, fere ludibrio habentur.

V. Thoraces enim ferrei, clypei & hastæ non amplius usurpantur, atque adeo in bonis hereditariis non reperiuntur, unde hastæ vices veru supplet, & universæ res expeditoriæ vix semunciam Geradæ exæquant, luxu muliebri ad summum fastigium ipsa viro- rum indulgentia provento.

VI. Eademque indulgentia fecit, ut instrumenta bellica hodierna, bombardæ & sclopeta, aliaque sub classe heergevettæ comprehendere quilibet religioni sibi ducat, at luxus muliebris instrumenta, immensum in modum aucta, iisdem lubentissime relinquat.

VII. Nonnulli tamen in locis statuta vel consuetudines hanc iniquitatem paulisper emolliunt. Ita in scholiis ad *disputationem inauguralem Clariss. Dn. MANIKII me praside habitam* statutorum Dresden- sium, Witembergensium, aliorumque memini *ad. §. 33.* quod hic non repeto.

VIII. Alii mordicus inhærent dispositioni juris Saxon. Landr. *L. 1. art. 22.* ubi rebus expeditoriis, paulo aliter, ac supra ex WEICHB. *Art. 25.* repræsentavimus, enumeratis additur: dieses ist das gemei- ne Heergewett, welches man zu recht pflichtig ist zu geben, obwol die Leut mannig Ding mehr darzu setzen, aber es gehöret doch nicht darzu; cui genuina est dispositio Schwäb. Landr. *cap. 263. n. 4.* nisi quod iterum in partium enumeratione variet.

IX. Id potius notari meretur: Jure Germanico prisco heerge- vvettam non nisi nobilibus, quibus arma tractare & expeditionibus interesse licebat, deberi. vid. Landr. *Lib. 1. art. 27.* §. ein ieglich Mann. ibi. welcher Mann von Ritters Art nicht ist, und deme das Heer- schild nicht zustehet, der läst hinter ihm Erbe zu nehmen, wenn er ge- stirbet, und kein Heergewette.

X. At hodie in plerisque Saxoniz locis rustici etiam, imo car-

nifices heergevvettam relinquunt. RICHTER. *de success. ab intest.* sect. 1. membr. 1. n. 56.

XI. Clerici tamen, qui juri armorum secularium omnino renunciarunt, heergevvettam nullibi relinquunt, nec capiunt, quin potius instar foeminarum ad geradam admittuntur, dummodo ad ministerium ecclesiasticum jam initiati sint.

XII. Senior agnatorum, aequali gradu concurrentium, gladium habet præcipuum. Landr. *Lib. 1. art. 22. in fin.* Wo ihrer zweers oder drey zu einen Heergevette geböhren seyn, der älteste nimt das Schwert zuvor, das andere theilen sie alle zugleich.

XIII. Eaque juris dispositio testamento mutari non potest. CARPZ. *III. 38. 34.* Quod plerique inde deducunt, quia gerada non jure hereditario, sed singulari relinquitur. At cur refugimus rationem verissimam: quia iis temporibus testamenti factio non erat. Postea saltem hae res prisco jure relinquebantur.

XIV. Quicquid earum rerum tempore mortis in bonis defuncti non fuit, non præstatur. Landr. *Lib. 1. art. 22. verb.* Das er in seinen Gewehren hatte, da er starb. & verb. was aber das Weib dieser Ding nicht hat &c.

XV. Petitioni heergevvettae præscribitur anno & die a tempore elapsi diei tricesimi post mortem ejus, qui eam reliquit. Landr. *Lib. 1. art. 28.* HEIG. *P. 1. Qu. 16. n. 35.* FINCKELTHVS. *obs. 83. n. 4.*

XVI. Legitima tamen impedimenta excipiuntur, captivitas, Reichs, Dienst, und Gottes, Dienst außer Landes. An itaque & ignorantia? Ita videtur, nisi sit supinia. GLOSS. *add. art. 28. n. 3.*

XVII. Deficientibus agnatis, nemo cognatorum ad heergevvettam admittitur, sed judex eam sibi vindicat.

XVIII. Atque adeo strictiora sunt in Heergevvetta, quam in Werigeldo successionis jura: nam in hoc quidem agnati cognatos etiam excludunt; verum hi, deficientibus illis, admittuntur. GLOSS. *in Landr. Lib. 2. art. 16. n. 4.* MOLLER. *ad Constit. Elect. XI. part. 4. n. 5.*

XIX. Ceterum non nisi masculus heergevvettam relinquit, atque adeo si in foeminae bonis res alias huc pertinentes reperiantur, eae pro hereditariis habentur. Cæterum utrum masculus eas usibus propriis, an locationi, venditioni &c. destinaverit, nihil interest.

CAP. XV.

CAP. XV.

De

GERADA,

seu de

Successione in rebus utensilibus.

I.

QVæ sint utensilia vel Geradica ex solo usu diversorum locorum, neque Provinciarum solum, sed & urbium, quin etiam pagorum, addiscendum est.

II. Non defuerunt enim Jcti, qui eam incerti ac imperfecti juris esse putarunt, ac non absolute de ea quid dispositum & cautum in Jure Saxonico reperiri, ac plane abrogari debere. vid. *Consult. Sax. P. V. c. 32.* Materiam vero præ reliquis tractavit Rothschütz & Goldbeck; MENCKIVS in peculiari Disputatione, PISTORIVS, *Resp. 5. & 10.* ZOBEL. *p. 458.* LANGIVS de Gerada Clericorum.

III. Et est Geradæ Juris Saxonici nec ullius alius Juris origo, si-ve cognitio, & si quis affirmat, alicubi esse extra Saxoniam in usu, probare tenetur.

IV. Abrogatum vero Jus Geradæ in Ducatibus Brunsvicensi, Luneburgensi, Gvelfherbytano, Calembergensi, & Vinariensi, Northusæ Sangerhusæ, ob incertitudinem argumenti, & controversias, quæ de ea motæ fuerunt; quo pertinet Proverbium: *Eine Gerade machet viel ungerades.* vid. MENCKII *Disp. de Gerada.* In Marchia utriusque Lusatiæ quoque non valet, & ubi Jus Municipale, das Weichbild, non viget, ibi quoque non debetur Gerada.

V. Soror vero extraneo nupta & in alio Territorio habitans, ubi Geradæ usus non est, si cum solis sororibus succedit, Geradam capit, & eam petere potest.

VI. Si cum solis filiis succedit vel cum fœmina & masculo ejusmodi extranea, res Geradicæ ratione extraneæ filiæ computantur, & in eam filii simul succedunt, specialem vero aliam Geradæ partem soror Saxonica præcapit. Vid. *Successionis hujus exemplum in BERGERI Oeconomia p. 461.*

VII. Est vero GERADA: certa pars bonorum defuncti, succedentibus foemini generis, ex consuetudine aliqua, specialiter Juris Saxonici dispositione assignata, consistens in rebus mobilibus & ad usum muliebrem ac ornamentum pertinentibus. In JURE ANGL. c. 4. legitur: Mater moriens filio terram, mancipia, pecuniam dimittat, filia vero spolia colli, i. e. murenas, muscas, monilia, in aures vestes, armillas, vel quicquid ornamenti proprii videbatur habuisse. Ea ornamenta dicta sunt RHE-DO, & sub hac voce comprehensa fuit Geradæ vox. Et si quis filiam non habuit, soror ejus pecuniam & mancipia, terram vero proximus paternæ generationis accepit.

VIII. Succedunt vero specialiter foeminæ illustres ac Civici ordinis, ut & inter Principissas Jus Geradicum obtineat. vid. BERGER. in suppl. Elect. Discept. forens. p. 589. & STRVV. ad ANTON. MATTHAEI de successione ab intestato p. 401. VOLCKMANN. emend. p. 81. & 91.

IX. Nobilis vidua Saxonica illata bona repetens, Geradam, dotem, ac Paraphernalia, & dimidium donorum nuptialium, der Hochzeit. Geschenke, uti & ea, quæ Maritus vivus ipsi donavit, consequitur. Const. 22. P. 3. Decis. Elect. 51.

X. Si vero in portionem vult succedere statutariam, conferre tenetur geradica una cum aliis bonis. Const. 20. P. 3. vid. LEYSERI Disp. de Juribus Equit. Sax.

XI. Si uxor non relinquit filias, successio geradica competit ejus cognatis.

XII. Vocatur vero Gerada, quam capiunt filia, die volle Gerade, quam vero cognata, die Nistel. Gerade.

XIII. Succedunt vero sexus foemini collaterales ascendentes & descendentes.

XIV. Uxor moriens ante virum sine filiabus, cognatæ ejus eam modo assequuntur Geradæ partem, quæ propria & illata fuit ab uxore, die eingebrachte Gerade, non vero eam, quam maritus in usum rei familiaris comparavit.

XV. Sed uxore superstite, marito scil. defuncto, non jus succedendi in Geradam aperitur filiabus, sed solummodo eam accipit Uxor.

XVI.

XVI. Filiabus non præscribit pater Geradam, bene tamen cognatis, scil. si intra annum eam non judicialiter (extrajudicialiter licet cognatæ petant, currit præscriptio. CARPZ. *L. 6. tit. 10. n. 8.* ignorantibus vero non nocet hæc præscriptio) petant cognatæ. Sed sola Citatio interrumpit hanc præscriptionem, quippe statutarii, non vero Juris Saxonici communis est, & omnes statutarie præscriptiones sola interrumpuntur citatione. CARPZ. *L. 6. tit. 10. Resp. 106. n. 10. 11.*

XVII. Gerada illata, si totum effecerit patrimonium uxoris, tunc certæ partes marito relinquendæ sunt à cognatis, v. g. ein ges deckter Tisch, vollkommen gebettet Bette, Stühle, Schüsseln &c. quæ infra perlustrabimus.

XVIII. Si filia moritur, quæ lucrata Geradam à matre sua, tunc matris cognatæ eam recte petere possunt à patre.

XIX. Res vero ad Geradam pertinentes ex locorum consuetudine & statutis judicandæ sunt. Si vero deficiunt LL. tunc ejus decisio petenda ex *Art. 23. Weichb. & 24. Land-Recht.* vid. FINCKELTH. *Obs. 81. n. 56.* Jus Saxonicum commune exhibet sciagraphiam rerum Geradicarum. vid. PISTOR. *in Resp.* & MENCK. *in Disp. de Gerada & LANGE de Gerada Clericorum.*

XX. Sunt autem Requisita Geradæ: 1) Res ut sint mobiles, 2) usus proprio uxoris destinatæ, 3) vel à fœmina specialiter justo & habili titulo acquisitæ, v. g. per hæreditatem, donationem, & 4) transmissibiles, 5) si in possessione actuali fuerint. Nam cujus rei non habuit activam possessionem, earum Geradæ dominium non sibi vindicare potest. Ita eæ res, quæ jure & natura immobilibus accensentur, non ad Geradam referri possunt, v. g. candelabra muro affixa, lecti diversoriorum, res ferreæ; Linum vero fundo cohærens mobilibus annumeratur, vid. *L. N. 4. 58. Wb. 4. 23.* Praxis vero nonnullorum locorum contrarium observat.

XXI. Qui petere vult Geradam, tenetur probare possessionem rerum geradicarum defunctæ. CARPZ. *L. 1. t. 9. R. 94. n. 5.* COLER. *P. 1. Decis. 60. n. 45.*

XXII. Geradam non potest capere mulier gerontica, eine alte Siech- oder Lazareth-Frau. vid. CONSULT. SAX. *qu. 17. n. 12.*

XXIII. Sunt vero species Geradæ vel animatæ vel inanimatæ.

XXIV. *Animatæ*: 1) *Oves*; excipe die, so die Fleischer sich zum schlachten ausgekauft haben. 2) *annates & anferes* foeminini generis. GLOS. *Wb. a. 23. FINCKELTH. n. 86.* Civibus foeminis negat, oves, anferes & annates non deberi. 3) *Hirci & vervices* excipiuntur expresse. vid. *L. R. Rubr. vom Leib-Bedinge.* In statutis Lipsiensibus dispositum, quod Gerada cognatis debita, die Niffel-Gerade, ultra quartum gradum non detur; & cognata vitæ cum admodum famosæ sit, nihil, si probatur, capit, sed retinet eam maritus.

XXV. *Inanimatæ sunt vel in materia, vel specificata*: 1) *In materia*, ut omnes plumæ, die geschliessen und ungeschliessen Federn, 2) omne linum factum & infectum, 3) *pannus lineus*, venali excepto, 4) *pannus ad vestimenta muliebria incisus.* Linum hic illud intelligendum, quod a solo separatum. GLOSS. *a. 24. 1.* Was auch dieses Dinges.

XXVI. *Specificata sunt vel usus* 1) *divini*, vel 2) *profani.* Priores regulariter non ad Geradam pertinent, quippe res divinæ sunt nullius in bonis. *§. Sacra. Inst. de R. D. & GLOSS. Lehn. R. c. 56.* In Lusatia superiori Gerada peti potest ab uxoribus vivo marito, moto vero concursu (so viel den Schmuck, Kleider und andern hieher gehörenden Hauß-Rath anbetrifft,) & præfertur omnibus creditoribus; sed reliquas partes Geradæ tam Morgengabæ seu Mußtheil non vivo marito petunt moto Concursu, si ejus bona non sufficiunt; si vero post mortem mariti demum oritur concursus, tunc & omnia uxor præ aliis creditoribus petere potest. vid. *Corpus Jur. Provinc. March. Lusat. sup. p. 24.*

XXVII. II) *Profani.* Consistunt vero I) *vel in suppellectile*, 1) *ut Arculæ, Cistæ operculis affixis*, 2) *Sedilia* 3) *Lecti*, 4) *Cervicalia*, 5) *Pulvinaria*, 6) *Linteamina & Velamina*, 7) *Toralia*, 8) *Peboes*, 9) *Candelabra argentea nec non multralia*, 10) *Libri omnes*, in quibus legere solebat uxor, 11) *Cantharus*, 12) *Mensa, sella & sedilia*, si plura, quam unum adsit. De poculis vero argenteis datur mulieribus, quantum placet.

XXVIII. *Lecti, pulvinaria & linteamina in publico diversorio existent-*

existentia excipiuntur a Gerada, Weichb. a. 23. v. Was aber ein Gastg. a. 24. Land. R. L. 1. a. Nun möchtest du fragen.

XXIX. Vbi Jus municipale, Wb. R. non valet, ibi pocula argentea, mensæ, sellæ & sedilia non Geradæ annumerantur. BERLICH. 3. Concl. pract. 28. n. 13.

XXX. II) In instrumento, veluti 1) Caldarium, die Braupfanne; excipitur tamen, die man hier und da um Geld verleiht. vid. PISTOR. Resp. p. 41. & si muro non affixum. 2) Ahenum, 3) Coli, 4) Fusi, 5) Glomi, 6) Rhombi, 7) Telæ & omnia ad artificia muliebria pertinentia, ex quibus scil. textitur seu species aliqua præparatur.

XXXI. III) In vestimentis; omnibus scil. muliebribus vestibus, five sint lineæ, five laneæ & sericæ & cujuscunque generis, sarcinatae five textæ.

XXXII. IV) In ornamentis, ut 1) Calanticae vel pepla & peplorum ora, five sunt serica, five linea, seu gossypina (Baumwollen,) omne aurum & argentum ad ornamenta muliebria textum, annuli, armilla, aureæ coronæ, frontalia, Zonæ clavatae, ex serico contexta, unci (Hesslein) sarta, spiræ (Zöpfse) & reliqua ornamenta muliebria accommodata, alles Gewebe und Gestricke, de quo vid. PIST. Resp. notabil. 9.

XXXIII. Bullæ ansatica, hencflichte Gold-Stücken und Schau-Stücken, ad Geradam non pertinent, si non funiculo trajecto eas mulier in collo gestaverit, aut ad gestandum aptaverit. CARPZ. L. 1. t. 9. R. 93. 96.

XXXIV. Ita quicquid non ad ornamentum mulieris applicatum fuit, v. g. Casses, Barn, wöllen Zeug, Tücher, non ad Geradam pertinent; item aurum & argentum infectum, & ejus massæ, quibus nullajamjam inest species ornamenti muliebris.

XXXV. Annulus signatorius, & omnia quibus signetum mariti impressum, & non usu specialiter uxori tradita sunt, licet iis usa sit interdum, vid. PISTOR. Resp. 9. 233. Land. R. L. 1. v. aber ungew. Gold. & GOLDBECK n. 14. non ad Geradam spectant.

XXXVI. Omnes merces aureæ ac argenteæ, quas aurifabri venales

venales habent, *Q. R. L. 1. v. aber ungew. Gold. Wb. R. 4. 23.* quoque ad Geradam non referuntur.

XXXVII. V) In mundo muliebri, v. g. Forcipes, Specula, Sedecula (sedacia) & reliquus mundus, *andere Kleinode. Wb. 4. 24. Q. R. L. 1. Gloss. Lehn. R. in d. c. 56.*

XXXVIII. Nobiles foeminae praecivibus accipiunt *den Himmel-Wagen* cum equis und *Gezeug*, oves, anseres & annates foemini generis, ex consuetudine in Geradam.

XXXIX. Ad Geradam non vero referri possunt eaer res, quas extra domicilium suum habuit maritus in aedibus scil. ubi non quotidie habitavit. *ZOBEL. p. 456. n. 9.*

XL. Haec quae jam de Gerada protulimus, de Gerada plena, *die volle Gerade*, non de minus plena, *die Nifftel-Gerade*, intelligenda sunt. Hinc & inde in hoc capite mentio hujus facta est, & fiet in sequentibus.

XLI. Ex singulari Juris Saxonici dispositione succedunt foeminae regulariter in Geradam, & ex statutis diversorum locorum viri.

XLII. Mortuo marito uxor, ea vero mortua filia, iis non superstitibus cognatae succedunt, quae cognatarum successio geradica dicitur *die Nifftel-Gerade*.

XLIII. Spuria in Gerada succedit cum legitimis filiabus; Vitricus vero cum solis spuriiis concurrens eas excludit, *FACHS. Lib. II. dist. 21.*

XLIV. Si vero uxor superstes spuriae non est mater, tunc etiam nulla est spuriae successio in Gerada. *CARPZ. C. 14. D. 22.*

XLV. Jure repraesentationis Neptes ex filia non vero filio cum materteris succedunt, uti & frater Clericus in Ministerio constitutus, non vero solus Theologiae studiosus. *CARPZ. P. 2. C. 14. D. 58. 60. STRVV. Exerc. 35. §. 25.* Avia paterna ad Geradam non admittitur, sed a cognata etiam collateraliter excluditur. *CARPZ. P. 2. C. 14. D. 56. 57.* scil. non cognata sed agnata est.

XLVI. Parentes foeminae, si in nepotum successione concurrunt, capiunt Geradam *zum Voraus*; masculi vero parentes *Heergewettam*; in reliquis vero bonis sine distinctione, unde provenerunt, succedunt aequis partibus.

XLVII.

XLVII. Lipsiæ ex statuto singulari filii uti & mariti omnes excludunt cognatas, vid. PHILIPPI *Synops. Institut. L. III. t. 9. p. 114.* Et hoc statutum Witembergæ, Chemnitii, Halæ, & quamplurimis aliis in locis obtinet. vid. GOLDBECK. *c. 5. n. 27.* respicit vero solummodo cives civici ordinis, non vero studiosos, uti ZIEGLER. *in Tr. de jure Majest. p. 458.* exhibet.

XLVIII. Dresdæ quoque Statutum ejusmodi est, quod omnes filios civici ordinis reddit capaces successionis geradicæ; expresse vero inhabiles habentur & excluduntur nobiles ibi commorantes.

XLIX. Jure vero communi omnes cognatæ originem scil. trahentes a defuncta fœmina excludunt omnes masculos agnatos & cognatos, patrem & Clericum fratrem & maritum in capienda Gerada. CARPZ. *P. 2. D. 64.*

L. Aliqua quidem prærogativa gaudent filiæ intuitu successionis Geradæ; sed e contra in solatium filiorum Heergewettica successio inventa est.

LI. Si Gerada fere totam efficit hereditatis partem vel superat, ex ea constituitur Legitima filiis & reliquis successoribus, & in Legitimam computatur. vid. HARTVNGII *Disp. de Imputatione Gerada in Legitimam, & Land. R. L. 1. a. 5. 27. 31.* & GLOSS. *b. l.*

LII. Ex utili interpretatione incolis competit, qui habitant in municipio, etiamsi extra id versentur, v. g. in pagis.

LIII. Nam licet incolæ non fruantur privilegiis municipalibus, attamen obligantur ad onera municipalia, & prohibitio alienationis rerum Geradicarum omnino dici potest onus aliquod. TITIVS *ad Lauterb. Obs. 1463.*

LIV. Qui extra Saxoniam, ubi Jus Geradicum ignoratur, condidit Testamentum, seque postea contulit in Saxoniam, testamentum aut mutare eum oportet, aut pati, ut ratione Geradæ infirmetur Testamentum, & petatur deinde Gerada.

LV. Geradæ alienatio prohibita est tam in testamento, quam alio modo scil. inter vivos, nisi in eam consentiant proximæ cognatæ, tunc licet alienari per ultimam voluntatem.

LVI. Ita marito non potest donare uxorem Geradam, bene ta-

men vendere, etiam pro vilissimo pretio, & sub vendita Gerada hoc intelligitur quoque, venditam & fuisse futuram. vid. CARPZ. P. 2. C. 13. D. 19. & BERGERI *Oeconomia b. l.* per pactum, scil. Emtionem mutatur Geradæ natura. v. WEHRNERI *Obs.* p. 275.

LVII. Remuneratoria donatio vero valet, i. e. si maritus æquivalens pro gerada donet & fiat adhibito Curatore & Notario, vel coram Judice. Et hæc donatio, si etiam fit sine remuneratione, vocatur judicialis.

LVIII. In pecunia pro Gerada vendita accepta succedunt cognatæ. Pretium vero Geradæ venditæ debet esse certum & justum.

LIX. Maritus res expeditorias uxori non potest alio modo donare, quam coram Notario & testibus, & Judice, & in doni æqualis compensationem. CARPZ. *d. l.*

LX. Omne id quod maritus donat uxori nomine Geradæ, statim venit in uxoris dominium.

LXI. Donare potest inter vivos uxor Geradam extraneo, non vero marito: intellige vero eam Geradam, quam intulit, *die eingebrachte Gerade, geerbte Gerade*, non quam accepit a marito, quæ nondum ut Gerada, nedum quam hereditas consideranda est, ac uxori aliquod alienandi competat in eam Jus.

LXII. Si Geradæ donatio fit extrajudicialiter, tunc necesse est, ut claves in testium conspectu tradantur Cistarum, Capsularumque, in quibus Gerada servatur. *Const. Elect.* 14. P. 2.

LXIII. Geradam oppignoratam si uxor in oppignorationem consenserit, succedentes in eam tenentur luere. *Land/R. L. 1. 4. 24. Wb. 4. 23. §. ihr sollt wissen.* PISTORIS p. 83. §. 19. Idem obtinet, si maritus in ejus oppignorationem non consenserit, ab eo & non est reluenda.

LXIV. Et omnia debita, quæ ratione Geradæ mulieris contracta, ea cognatæ indifferenter solvere tenentur, licet alia supersint bona hereditaria.

LXV. Sed si Geradæ oppignoratio facta in communem familiæ usum, tunc & heredibus competit ejus reluitio.

LXVI. Si Gerada pro venditionis pretio oppignorata est, tunc si satisfieri nequit venditori è bonis defuncti, in subsidium tenetur

tenetur uxor de rebus Geradicis luere. CARPZOV. L. 1, T. 9.
R. 93. n. 17.

LXVII. Res Geradicæ in fraudem Creditorum comparatæ, si venditor fidem de pretio non habuerit, vindicari possunt. L. 19. quod vend. ff. de Contr. Emt. heredes vero à vidua conveniri nequeunt, & si restituere nolit vidua res geradicas, ad pretium solvendum tenetur. GOLDB. Tr. de Gerad. c. 9. n. 80. p. 367. CARPZ. P. II. Jurisprud. forens. C. 14. Def. 61.

LXVIII. Si debitum contractum ad comparandam Geradam, restitutio seu solutio ejus à vidua non peti potest, CARPZOV. C. 14. D. 22.

LXIX. Si deficiunt succedentes scil. cognatæ, seu qui ex statuto succedere possunt, tunc Gerada cedit fisco seu Magistratui Loci. Vi statutorum Lipsiensium marito semper dimidia pars debetur *der Niffel-Gerade*, scil. si cognatæ succedunt, & fratres succedentes cum sororibus in Geradam, si scil. Ecclesiasticum profitentur statum, excluduntur à Heergewetta.

LXX. Judex maritus uxoris suæ, uti & filius judex matris suæ Geradam Fisco delatam acquirere non potest, sed cedit ea Principi Territorii. ZIEGLER. de Jure Maj. p. 472.

CAP. XVI.

De

Morgengaba.

I.

Quædam de hac materia in *Cap. 24. Lib. I.* annotata fuerunt, quæ modo respexerunt connexionem aliquam habuisse cum matrimonio ad Morganaticam. Quæ vero ipsam materiam, Morgengabam, separatam ac distinctam à Morganatico concernunt, paulo penitius sequentibus lustrabimus.

II. Nonnulli sunt, qui vocem Morgenaticam, Morgengabam à Longobardis originem habere prætendunt, præsertim Italici Jcti, MATTH. DE AFFLICTIS *ad 2. f. 29.* qui definit eam, *donationem mortis causa esse.*

III. Rectius vero à Germanis orta est, & STRYCKIVS *in jure feudali* definit eam, quod sit donum matutinale altero die nuptiarum sponsæ à sponso offerri solitum in præmium virginitatis ereptæ.

IV. GREGOR. TVRON. *in L. 9. c. 20. Hist. Franc.* memorat die Morgengabe, conjungendo dotem & morgengabam, & exinde definiendo, quod sit *donum maritale*.

V. *Morganaticum* matrimonium & *Morgengabam* differre, in aprico est.

VI. MORGENGABA enim est *donatio cuilibet sponsæ à quolibet sponso facta tempore primi concubitus*. MORGANATICVM vero est *simulatum matrimonium*, quo uxor & liberi modo necessaria alimenta à marito accipiunt, non vero jura alia familie, dignitates, successiones, & quæ reliqua. v. Cap. 24. hujus libri I. & superior maritus cum inferiori uxore hocce matrimonium modo celebrat. Vocabulum *Morgenatica* seu *Morgengaba* invenitur in *t. 29. L. 2. feud. de nat. fil. ex matrimon. ad morganat.*

VII. Differt quoque à donatione propter nuptias & sponsalitia largitione, uti & donatione inter Conjuges.

VIII. Donatio vero non est inter Conjuges, cum modo sponsus sponsæ donet, ideoque inter sponsum & sponsam fit, non propter nuptias, ein *Gegen-Vermächtniß*, illatæ dotis, quippe & ante tempus nuptiarum in eventum primi concubitus celebratur, & sponsæ illustri si datur, *Hand-Geld* seu *Spiel-Gelder*, vocantur. Jure Sax. ipsa lege datur.

IX. A sponsalitia largitione differt, cum propter nuptias secuturas seu futuras constituta sit hæc largitio sponsalitia, & non secutis nuptiis repeti possit, Morgengaba vero data sit ob jam consummatum matrimonium, licet BESOLDVS in *Tbes. Pr. v. Morgengab* sponsaliticam largitatem esse contendat.

X. A Dotalitio, *Leib-Bedinge*, *Leib-Zuch*, & Cibariis toto differt excoelo Morgengaba. vid. COLER. *Decis. 60. n. 2.*

XI. Constituta nullis LL. est Morgengaba. vid. LL. LONGOBARDICÆ, *Lib. 2. tit. n. 8.* Tandem propter effusam virorum in novas uxores

uxores liberalitatem modus stututus fuit. v. STIRNHOECK in LL. Gotb. p. 161.

XII. Et Morgengaba quartam partem bonorum, quæ maritus tempore nuptiarum possidebat, non poterat superare.

XIII. Si vero uxorem secundam duceret, eidem non nisi tertia pars ususfructus relinquebatur.

XIV. Statutis nonnullorum locorum expresse debet postulari ante sponsalia inita seu nuptias celebratas, & si non promissa nec constituta, postea nullo jure exigi potest, ac debetur, quod & præpimis in *Lusatia superiori*, & quidem *Zittavia* in usu est. v. LANCKISCHII *Diss. de Morgengaba Zittaviensi*.

XV. Vbi vero pro lubitu mariti facienda, & eo vivo non constituta, ab ejus heredibus peti nequit. vid. RHETII *Inst. Jur. Publ. Lib. I. tit. 22. §. 9.* & MÆVIVS *ad Jus Lubec. Lib. I. tit. 6.*

XVI. Nihil autem interest, an viduus decerpit virginitatem, an juvenis, secus vero, si juvenis ducat viduam. Jure in nonnullis Germaniæ locis olim in usu fuit, ut juvenis Morgengabam exigere potuerit.

XVII. Heres feudi quidem Morgengabam constitutam solvere tenetur, non vero successor. STRUV. *Synt. I. F. b. l.*

XVIII. Habet & hoc jure hypothecam tacitam non vero, *auth. sive ame C. ad S. C. tum Vellej.* propterea & usuræ solvi solent uxori.

XIX. Consequitur plenarium jus in Morgengabam uxor disponendi & testandi, & nihil juris maritus in eam habet, nisi ad summam vergerit paupertatem maritus, & jure ex ea tenetur uxor marito alimenta præstare.

XX. Pater pro filio recte & Morgengabam constituit, non vero mater potest cogi ad eam constituendam.

XXI. Non debetur vero ea, si sponsus ante sacerdotalem copulam mortuus, licet concubitus sit anticipatus. CARPZ. *P. 3. Const. 19. def. 1.* imo & ipso si die nuptiarum, facta benedictione sacerdotali, ante concubitum vero mortuus.

XXII. Quæritur vero, *an precise dari debeat secundo nuptiarum die, & si ante eum sponsus mortuus, concubitum vero celebravit?* Et affirmatur ex verbis juris *Sax. L. 3. art. 45.* Sie ist seine Genosin, und tritt in sein Recht, wenn sie in sein Bette tritt. COCCEJ. *idem in Jure publ.*

P. 468. §. 20. negat, sed contra observantiam & Praxin. Nach Sachsen-Recht müssen die Lehns-Folger nach Absterben ihres Mannes einer Frau, wenn eine Ehestiftung aufgerichtet und dem Manne darinnen ein gewisses Ehegeld versprochen worden, gegen wirkliche Auszahlung der Mitgift, die versprochen worden, nebst dem Interesse moræ beleibdingen. Pertinet hic passus ad materiam de Dotalitio.

XXIII. Negandum vero non est, quod in paucissimis Germaniæ locis Morgengabæ jus, & modo inter illustres ac nobiles personas valeat ac observetur.

XXIV. Nihil itaque refert, an ipso die secundo nuptiarum Morgengaba detur, vel constituatur stante quoque matrimonio. v. MYL. *Gamolog. C. VI. v. ult. verba seq. §. 25.*

XXV. Apud Longobardos vero in usu fuit, ut Morgengabam, quæ sub nomine muneris veniebat, sponsus die nuptiarum ipso salutans sponsam ei coram propinquis & amicis ante convivium nuptiale donaret. vid. *Gl. Lehn/R. Sax. lib. I. art. 20. in princip. & Gloss. Weichb. R. art. 22. in principio versu: die andre ic. und Morgengab ist eine solche Gabe, die ein ieglicher Mann von Ritters- Art seinem Weibe giebt des Morgens, als wenn er mit ihr zu Tische gehet. Diese Morgengab mag auch der Mann seinem Weibe geben, wenn er will.*

XXVI. Differt Morgengaba a Dotalitio, dem Witthum. Nam Morgengaba pro pretio virginitatis datur & vocatur in Hispania arrha. v. VALESC. *Consil. 2. 3.* Ratione Morgengabæ vero non utitur jure prælationis uxor. CARPZ. *Decis. 289. n. 4.* uti & eam non vivo marito apprehendere potest.

XXVII. Jure Saxonico ad Morgengabam computabantur quoque mortuo marito viduæ nobilis equæ, quas maritus in casu necessitatis semel atque iterum curru aut aratro junxit, cum alias iis uti non soleret.

XXVIII. Capit seu in hereditatem accipit defuncta uxore ante maritum quoque Morgengabam Cognata uxoris. PISTOR. *L. 1. qu. 44. v. BERLICH. L. 2. Concl. 15.*

XXIX. Sponsalitia largitas in jure Saxonico *art. 24. L. 1. confundi*

di videtur cum Morgengaba, imo si recte perspiciamus, conjungitur cum Morgengaba. vid. & BESOLD. *Thes. V. Morgengab.* qui & eam cum sponsalitia largitate confundit.

XXX. Vi autem hujus dispositionis citra omnem conventionem viduæ nobili ex bonis defuncti competit aller *Feldgang*, *Rühe*, *Ziegen*, *Schwein*, *ungeseilte Pferde*, nec non *sepes* & *carpentata ædificia*. v. CARPZ. *Jurisprud. forens. Rom. Sax. P. 3. Const. 33. def. 20.* WEHNER. *in Obs. pract. voce Morgengabe.*

XXXI. Convenit quidem in multis cum Morgengaba sponsalitia largitas. vid. SCHNEIDEW. *de hered. qua ab intest. n. 41.* Denn die von Adel pflegen des Morgens, wenn sie beygelegen, der Braut eine güldene Kette, oder sonst ein Kleinod, oder auch Geld zur Morgengabe zu schencken und zu vermachen. vid. SCHRADER *ad L. 2. C. de dot. jur. n. 11.*

XXXII. Cæterum, *si vidua nobilis indotata, & si dotem promissam non intulerit, Morgengabam an petere possit?* Disputant Doctores inter se. vid. BERLICH. *P. 3. Decis. 36.* & affirmatur, eam posse petere, cum non dotis causa, sed abreptæ virginitatis causa datur Morgengaba.

XXXIII. In Saxonia nonnullis in locis Morgengaba in usu, uti & in Lusatia, extra eam vero in paucissimis locis.

CAP. XVII.

De Cibaria,

vulgo vom

Mußtheil, Eingeschneitel.

I.

NOmen suum accepit Mußtheil, daß eine Witte gewisse Erb-
stücken theilen muß. BERLICH. *Concl. 48. n. 3.* & significat, daß
die Frau etwas gewisses von Erb- Sachen nicht allein behal-
ten, sondern mit denen Erben theilen muß.

II. Vocantur & *Comestibilia*, & sunt Synonyma; & debentur
iterumque in *Saxonia*, *Ducatu Magdeburgensi*, ut & *Anhaltino*. BER-
LICH. *P. 3. Decis. 355. n. 4.*

III. Pertinent vero ad Cibaria seu Mußtheil omnia edulia, quæ
super-

superfunt post 30. diem mortui mariti in omnibus ædibus ac aulis viri. (Höfen) Was die Ege bestrichen hat, oder innerhalb des 30. Tages nach Absterben des Mannes vom Lehn-Guth fällig geworden, oder denen Erben zugewachsen, gehöret halb zum Mußtheil, und ist denen Gläubigern und Erben zu verrechnen nach Sachsen-Recht. *Jure Sax. L. I. art. 22. §.* Nach diesem muß die Frau. *Land-R. Lib. I. art. 24. verb.* in Gemäße. *verf.* Denn Mußtheil ist allerley Speise, welche einen Manne zu seiner Nothdurfft in seinen Vorrath geschlagen worden, und geschafft hat, und solches Mußtheil nimmt das Weib nach ihres Mannes Tode von dem 30sten (Was nach dem Tode des Mannes binnen 30. Tagen nicht verzehret wird, sondern übrig bleibt, und wenn alles consumiret wird, kan sie nichts fordern) halb, die andere Helffte bleibet denen Erben. v. Kochschütz *Tr. vom Mitgift, Mußtheil, art. 18.* Die Töchter genießen *jure Saxonico* von denen fructibus aus dem Lehn-Guthe etwas absonderlich, wenn ihr Vater den andern Merz verstorben, weilen da schon alles fast mit der Ege bestrichen, und die meiste Arbeit vorbey, und währet von dar an biß zum August. Wenn er aber nach der Zeit stirbt, so bekommen sie nichts a partes.

IV. Viduæ nobili *Jure Saxonico* deberi zum Mußtheil *dimidiam illius frumenti, quod repositum habuit, ut venderet maritus ipso vivo, non vero venditum fuit.* MOLLER. *L. 3. semestr. c. 24.* BERL. *P. 3. Concl. 48. n. 3.*

V. Dividit vero cibaria vidua cum heredibus mariti, & non sola retinet.

VI. Pertinet vero ad comestibilia *Jure Sax.* alles Fleisch, gesalzen und ungesalzen, geräuchertes, Speck, Würste, Butter, Käse, Schmalz, Schmeer, Unschlit, Honig, Wein, Bier, Meel, die Helffte alles Rockens, Weizens, es sey in Scheunen oder Boden; non vero das im Felde, oder der Mann bey seinem Leben ausgeliehen hat, das Malz, die Helffte Hafer und Gerste, die nicht gemalzet sind, gehören nicht darzu. *Jure Sax.* gehören Gersten, Hopffen und Hende-Korn zum Mußtheil. *vid. SCHNEIDEW. ad tit. de Success. ab intest. n. 42.*

VII. De Cibariis legatis exacte egit BERCKTOLD. *in sylloge materialium*

materiarum Jurid. p. 69. PISTORIS Miscell. Jur. Civ. P. 1. qu. 4. VOLCKM. Notariat - Kunst, t. 5. c. 25. COLERVS P. 1. Decis. 60. & VVEHNER. in Obs. pract. pag. 375.

VIII. Zum Nußtheil gehören auch die Hürschen, gemästete Schweine, Rüben-Saamen, und das Cosent-Bier.

IX. Sed ratione Morgengabæ & Cibariorum domesticorum nullo prælationis jure utitur uxor. CARPZ. Decis. 281. n. 4.

X. Vti & vivente marito Cibaria non apprehendere potest uxor. CARPZ. Decis. 281. n. 18. quæ de comestibilibus post 30. diem mortis mariti inferuntur, non conferuntur ad cibaria consueta uxoris, quippe non in domo mariti fuere, & hereditas intra 30. diem pro jacente habetur. BERLICH. Concl. 47. n. 4. P. 3. CARPZ. P. 3. C. 34. def. 3.

XI. Cibaria semper debentur denen Frauen von Ritters- Art, expressa lege SAX. v. MOLLER. L. 3. Semestr. c. 24. n. 1. BERL. P. 3. Concl. 48. n. 7. 8. & præstatur ære alieno demum deducto. ORD. PROC. ELECT. SAX. t. 43. §. und weisen hierbey. ORDO PROCESS. GOTHAN. P. 1. c. 18.

XII. Si non ob prærogativam in pactis dotal. species cibariorum in certam summam pecuniæ redactæ, nec propter illam mulier sibi de hypotheca in feudo expresse prospexerit, cibaria plane incerta sunt, & modica, imo nulla præstanda.

XIII. Cum enim vidua eorum demum eduliorum seu cibariorum partem capiat, quæ post lapsum 30. dierum ab obitu mariti supersunt, sæpe autem nihil restet, & ne quidem quæ inventuntur, post mortem mariti familiæ ad alimenta ad id usque tempus sustentandæ sufficiunt, consequens est, ut hoc in casu nomine comestibilium nihil vidua consequi possit, v. g. pecuniam.

XIV. E contrario si maritus v. g. tantum vini, frumentique possederit, quanta toto consumi decennio nequeat, vidua jure suo dimidiam partem capit. PISTOR. P. I. qu. 32. BERL. Concl. n. 2. § 12. enarrat omnes species comestibilium; uti & vicia, die Wissen, eo pertinent.

XV. Restrigitur vero n. 30. quod frumentum Saracenicum

& polenta à comestibilibus excludat **CARPZ.** P. 3. C. 35. Def. 8. 9.
RICHTER. Decif. 4.

XVI. Vidua *nobilis indotata an cibaria petere possit?* disceptatur inter **JCTOS.** Affirmativam defendere, æquum est. v. **BERLICH.** P. 3. Decif. 355. n. 4.

XVII. Species des **Mußtheils** est quoque **SVPERVITA**, das **Eingeschnietel**, licet in multis videatur differre: und dieses **Eingeschnietel** wird mehrentheils noch über dem Leib-Bedinge im **Unhaltischen** denen **Wittwen** von **Adellichem** Stande constitui-
ret in denen **Feudis**, es dependiret aber alles von derer **Eheleute**
Conventionen.

XVIII. Vocatur vero **Supervita**, quippe facta hæc donatio inter conjuges in utilitatem superstitis conjugis, quæ alteri supervixerit.

XIX. Comprehendit vero edulia aut ea, sine quibus non com-
mode vivitur.

XX. L. 8. ff. de rebus dubiis, minus recte vero ad **Supervitam** re-
fertur. Loquitur enim hæc lex de donatione facta inter conju-
ges stante matrimonio & non soluto, de qua **Supervita** agit.

XXI. Contractus seu donatio **Supervitæ** demum **Sec. XV. & XVI.** in **Germania** innotuit. vid. **ECCARDVS** in *hisor. studii Ety-
mol.* **BERLICH.** in *rubr. decif.* 357. P. 3. vom **Eingeschnietel.**

XXII. **Supervita** vero non confundenda cum **Cibaria dome-
stica**, **Hoff-Speise**, oder **gehöfste Speise.** v. **RICHTER.** de *success.
ab intest.* S. 4. M. 3. n. 52. p. 293.

XXIII. **Supervita** vero non disposita in **Legibus** ullis, sed à con-
ventionem **Conjugum.**

XXIV. Sub titulo **universitatis** in **dotalibus Instrumentis**
constituta non censetur **Supervita**, nec peti nequit. **CARPZ.** P. 2.
C. 43. Def. 5.

XXV. Tanta vero semper in **Supervita** manent, quantã com-
positis pactis **dotalibus** conventa.

XXVI. Non vero requiritur ad constitutionem **Supervitæ**,
ut dotem inferat uxor.

XXVII. Vti & nec ullum jus in eam consequitur, nisi mari-
tus mortuus est. **XXVIII.**

XXVIII. Definitio Supervitæ vero est: *Contractus inter Conjuges celebratus, quo alteri, qui supervixerit, ex bonis defuncti certa quædam singulis annis edulia & alia ad vitam sustentandam necessaria ad dies vite præbeantur, pactis dotalibus plerumque determinata.*

XXIX. Supervitam tam uxor marito, quam maritus uxori constituere potest. v. FABER. *L. V. Cod. Sabaud. tit. 1. def. 1. n. 2.* imo & universa bona maritus conjugi assignare per pacta dotalia potest. v. CARPZ. *P. 2. C. 43. Def. 6. n. 11.* Reciproca enim donatio bonorum inter Conjuges valet, si jure contractus facta, non vero jure hereditario nec successionis. PHILIPP. *L. 2. Eccl. 34. n. 3.* & hæc pacta Conjugum reciproca adeo valida sunt, ut nec ob supervenientiam liberorum revocari possint.

XXX. Mulier vero non habet jus prælationis in concursu ratione Supervitæ.

XXXI. Requiritur quoque ad constitutionem Supervitæ in feudo hereditario consensus domini & agnatorum simul, si ex pacto & providentia; & si omissus consensus est, petitur quidem ex allodialibus Supervita, non vero feudalibus.

XXXII. Nihil determinatum unquam invenitur, quod circa constitutionem Supervitæ in rebus scil. certis observandum, sed ex mero contrahentium dependet arbitrio. **Voldmanns** *Notariat-Kunst. C. 18. P. 3.*

XXXIII. Ideo semper verba pactorum inspicienda sunt, cum talia plerumque promittuntur, quæ ad vitam sustentandam summe sunt necessaria conjugibus.

XXXIV. Consistunt vero plerumque, v. g. in certa quantitate ligni, lentibus, ciceribus & cæteris leguminibus, volatilibus, aquatilibusque, & hujus generis aliis.

XXXV. Procuratur enim exinde superstiti Conjugi splendoris vitæ sustentatio.

XXXVI. Accipit enim quotannis, quoad vivit, certam quantitatem alimentorum, uti in antecedentibus quædam annotata fuerunt ac prælibata, degat vel in civitate, vel alio in loco, vel in defuncti mariti prædio, & prout fuit pactum.

XXXVII. In Feudo constitui valide Supervita potest, ac præstare eam successores feudi, die Lehns-Folger, tenentur.

XXXVIII. Advehuntur seu præstantur in loco habitationis uxoris sine ullis sumtibus.

XXXIX. Inter reliqua, quæ in §§. antecedentibus jam relata, adhuc recensentur, Korn, Wapzen, Gersten, Hafer, Hopffen, Erbßen, Linsen, Hürschen, Kälber, Schweine, Gänse, Entden, Wein, Gewürze, ic. Obst, und andere Garten-Früchte, Leinen-Gezeug ic. in quibus constituta Supervita præstatur.

XL. In natura si non præcise debet ac potest præstari, ejus loco certa pecunia, prout pactum, solvitur.

XLI. Constitui & potest in agris, als jährlich gewisse Meßer, geeget und bedünget, mit Kosten desjenigen, so es præstiren muß, worauf die Frau kan Lein säen; allein den Saamen muß sie selber geben, die Früchte aber und Flachß die Fröhner umsonst der Frau jedesmahl zu rechte einbringen.

XLII. Consistit & præprimis Supervita in peculiari habitatione pro Conjuge, vel si alias vult habitare, ut præstetur pecunia loco ejus, v. g. Wenn ein Logis vor 600. fl. soll gekauft werden, worinnen sie wohnen soll, und sie will anderswo wohnen, so müssen ihr die ordentlich Land-üblichen Zinsen davon gegeben werden.

XLIII. Amittitur vero Supervita uti & Cibaria iis ex causis, ex quibus portio statutaria, si scil. necem mariti non vindicaverit. Sed hodie quidem non observatur. v. *Diff. WILDVOGEL, de Supervita p. 37. §. 1.*

XLIV. Si uxor secundas celebrat nuptias intra tempus luctus, post mortem alterius mariti, (des andern Mannes,) extinguitur, & non pervenit ad hunc virum, uti & Cibaria. *L. 1. §. 2. de secund. Nupt. Nov. 39. cap. fin.* imo amittitur eo ipso, cum secundas nuptias ineat uxor, & præsertim hæc amissionis clausula continetur in pactis hisce dotalibus. Contradicit quidem Jus Canonicum in *cap. pen. §. fin. X. de secund. Nupt.* & *Disput. AVTORIS de Concubitu intra tempus luctus.*

XLV. Amittitur quoque adulterio, luxuriosa vita, denegatione

tione alimentorum, aut dura tractatione, malitiosa desertione, accusatione injusta adulterii. vid. ZOBEL. *ad Land. R. art. 21. in Gl. Germ. n. 2.* qui videri meretur.

XLVI. Ab hac viduis debita Supervita differt *adjectio illa, quæ in venditione rerum nonnunquam ultra pretium conventum in nuptias filiarum venditoris ab emtore promitti solet*, atque vulgo etiam **das Eingeschnittel oder Zubereites** vocari consuevit.

XLVII. Et si filia, in cujus favorem constituitur, ante nuptias moritur, tunc expirat, & non ad successores transit hoc patum seu additamentum. CARPZ. *P. II. Const. 46. Def. 21.*

XLVIII. Mulier relegata jussu Magistratus absque mariti culpa ac voluntate, omnibus privatur beneficiis, uti & Supervita.

XLIX. Plura quæ de hac materia tradi possent, partim ex CARPZ. & BERLICHIO, uti & *Disp. cit.* WILDVOGEL. de Supervita videantur, & praxis cujuslibet loci præprimis observanda ac inspicienda.

CAP. XVIII.

De

Dotalitio,

Vom Leib-Bedinge / Witthum.

I.

DOTALITIVM diversimode nominatur; *Vertalitium, dotarium, doarium, Leib-Bedinge, Leib-Zucht, Leibding, Kauff, Wittwen-Siß, Witthum, Leib-Zinsen, Gülden, Renten.*

II. Durat Dotalitium ad dies vitæ uxoris, & per universam Germaniam pene receptum est inter illustres ac nobiles personas.

III. Constituitur a marito intuitu illatæ dotis in bonis suis, ut eo mortuo vidua ad dies vitæ sufficientem habeat sustentationem in ejusmodi bonis.

IV. Non immerito pro specie Donationis propter Nuptias haberi potest.

V. Egit de Dotalitio peculiari Disput. MENCKE *7 Ctus Lips.* TABOR. BERLICH. *P. 2. concl. 30.* PISTOR. *Conf. 20. n. 1.*

VI. Separat quidem **CVJACIVS** Dotalitium a Donatione propter Nuptias *Obs. 4.* & **WEHNER.** in *Obs. Pract. p. 346.*

VII. Viri & Emeriti honesta liberalitate affecti & ejusmodi Dotalitium accipere possunt a Dominis suis, & vocatur Leibgedinge wohl verdienter Rätbe, Ambtleute, Soldaten, Invaliden-Häuser. v. **BOCCAL.** 2. rag. 22. Hæres seu Successor Feudi non tenetur implere Investituram defuncti sui antecessoris Jure Sax. darinne Bedinge scil. Leibgedinge aber Ungefälle verschrieben und verlehnet, si non mentio facta: daß es pro se & heredibus suis verschrieben worden. vid. c. 2. Lehn-R. und **REINHARD.** *Diss. 68.* **SCHARFF.** 11. *Conf. 2. Cent.* und kan auch die Frau nicht Leibgedinge von Ritters-*Art* haben, wenn sie Erbe nimmt, es wäre denn anders in der Ehestiftung abgeredet. Es erlischet durch Leibgedinge die Mitgift, wo nicht deßhalben andere Pacta vorhanden seyn.

VIII. Est vero Leibzucht gegen die Mitgift gegeben; & id jus quod de Dote, id et de Dotalitio statuendum. *L. ult. verb. dederit vel promiserit C. de dote promissa,* et ita dos debet esse illata, si uxor petere vult Dotalitium.

IX. Wittwen-Siß vocatur, quippe & viduis habitatio una cum alimentis præstatur.

X. Solet vero Dotalitium constitui dupliciter viduæ: vel datur integrum prædium ad dies vitæ, ut administret, omnesque fructus percipiat; vel mariti heredes prædium retinent fructusque percipiunt, quadruplicatas vero usuras, v. g. pro 1000. *Rthl. 200. Rthl. solvunt viduæ.*

XI. Leibgedinge vocatur in Jure Sax. & Lehn-R. c. 31. *Gl. in pr.* es wird genennet ein Leibgedinge darum, daß man es zu der Frauen Leibe dinget. Et porro: ein Leibgedinge ist eine Gabe, die ein Mann seinem Weibe giebet an Früchten oder Zinse. vid. **MENCK.** *Tract. Synopt. ff. p. 352.*

XII. Jure feudali constitutio Dotalitii est fere incognita; ex moribus vero Germaniæ in Imperio obtinet tam in Feudis regalibus seu majoribus, quam non regalibus seu minoribus.

XIII. Et solo in allodio constitui re vera debere patet ex textu **Sächß. Lehn-R.** an eigenen (i. e. allodialibus) ist rechte Gab und Leibzucht

Leibzucht der Frauen, denn es ihnen daran niemand brechen mag zu ihren Leib, und nicht an Lehn, denn es ihnen daran an mancherley Weise gebrochen mag werden. vid. MOELLER *ad P. 2. Const. 42. n. 13.* & LEYSER. *de Jure Georg. L. 1. c. 35. n. 20.*

XIV. Successor allodii, licet non expressum fuerit a Marito Dotalitium, tamen præstare id tenetur. vid. MENCK. *Disp. de Dotal. quantitate p. 7. §. 2.* Wenn nach des Mannes Tode die Wittwe, welche ihr Leib-Gedinge im Lehn-Guth hat, etwas innerhalb 30. Tagen nach des Mannes Tode ausgesäet, von solchem Saamen, der zum Nußtheil gehöret, müssen die Lehns-Folger der Wittwe die Helffte wiedergeben. Wenn es aber nur gewisse Zehenden seyn, die da sollen aus den Gütern gegeben werden, und also keine Land-Früchte, wenn sie bey des verstorbenen Lehn-Mannes Erben besaget seyn, so folgen sie seinen Land-Erben. Zehenden werden auch gegeben von Weinbergen, von Mühlen, Zöllen, Münzen und Geld-Pächten; & tempus collectionis Decimarum Jure Sax. describitur in *L. R. art. 58. L. 2.* Es gehören auch hieher von Gärten die Früchte, die denen Erben mit zukommen, scil. Land-Erben. *L. R. Lib. 3. art. 46.* Omnia hæc ad materiam de Cibariis pertinent.

XV. Ad constituendum vero Dotalitium requiruntur sex testes, vi *Const. Elect. 42. P. 2.* & in Marchia Brandenburgica Domini consensus.

XVI. A Gallis vocatur Dotalitium *Dærum* seu *Dorium*. Flandri dicunt id *Duarium*, Delphinates *Supervitam*, Sabaudi vero & Neapolitani *Dotarium*.

XVII. Canonistæ vero Dotalitium dicunt & victalium, Leibzins, Leibgüfte, si in annuis redditibus consistit. Vid. Supplem. WEHNERI voce Leibzucht & CONSVLT. SAX. *t. 2. P. 1. qu. 12. n. 2. f. 9.* PISTOR. *l. qu. 4. n. 1. § 34.* RITTERSHVS. *ad L. 23. ff. de R. I. p. 136.*

XVIII. In Episcopatibus Catholicis Dotalitium constitui nequit; fecus vero in Evangelicis, sed Capitulo consentiente. HORN. *Jur. Feud. C. 21. §. 10.*

XIX. Constituitur vero in multis locis præsentem feudi Domino & agnatis bey dem Heyraths-Tage, & si hi præsentem sunt & non contradicunt, nec quid objiciunt, tunc valide constitutum esse habetur,

betur, eosque, scil. agnatos, consensisse censetur. *Kosenthal, cap. 10. Concl. 45.*

XX. Vocatur & Leibgedinge ein Pfründkauff, wenn einer ein gewisses Geld giebt, womit gewisse jährliche Einkommen oder Revenuen gekauft werden ad dies vitæ, an Geld oder Früchten, als Wein, Speise, Wohnung, wie in Klöstern und Hospitälern zu finden.

XXI. Quæstio vero est, si quis comparaverit ab Ecclesia pro centum thaleris fundi redditus ad tempus vitæ suæ, longissimam vero egerit vitam, an teneatur quid Ecclesiæ restituere. v. *CÆVALL. qv. 850. Negatur vero.*

XXII. Regulariter mariti confessio ad probandam dotem in dotalitio constituendo non sufficit, nisi dos voluntate mariti apud promissorem maneat.

XXIII. Dotalitium liberum est à metatis, von Durchzügen, Einquartirung derer Soldaten. vid. *TABOR de metatis p. 95. von Einquartirung derer Wittum, Güter.*

XXIV. Jure vero Saxonico modo hoc privilegio gaudet Dotalitium.

XXV. Dotalitium vero definitur Jure Saxonico, quod Leibzucht oder Leibgedinge sit eine Gabe, die ein Mann seinem Weibe thut oder giebt an Früchten, an Zinsen, die er (es wäre denn fahrend Gut oder Haab) mit der Erben Urlaub und Berwilligung geben muß, und mit des Herren Willen bestätigen. vid. *BEVST. de jure Connub. P. 3. c. 9. Conf. L. R. Lib. 1. art. 21.*

XXVI. Dicitur porro Dotalitium oder Leibzucht, daß, so eine Wittwe eine Mitgift zu ihrem Manne bringet, so soll ihr zu Recht, und noch so viel dargegen zum Leibgedinge vermacht werden, und das Leibgedinge soll gleich seyn der Mitgift, und was an der Mitgift gebricht, soll auch am Leibgedinge gebrechen. *Land. R. Lib. 1. art. 20.*

XXVII. Non debetur vero Jure Saxon. Dotalitium viduis, die in denen Haushaltungen bleiben.

XXVIII. Magnam & differentiam inter Dotalitium & Apanagium esse deduxit *SPRINGSF. de Appan. c. 12. n. 71. Vafallo mortuo ante Calen-*

Calendas Martii fructus omnes ad successorem feudi pertinent, & vidua præter dotalitium de iis nihil capit; sed si post, tunc omnes fructus ad Land- Erben, & ita quoque ad uxorem dotalitium habentem perveniunt. Jure Saxonico, wenn die Felder durch die Ege bestrichen u. unterbracht, so wird es vor des Verstorbenen verdienten Lohn gehalten, und folgen die Früchte seinen Erben; quod & procedit in den Feld- Früchten auf denen Leibgedingen L. R. Lib. 2.

XXIX. De pecuniis dotalitiis, von Wittthum- Geldern egit ex professo TABOR. *de Obligat. Success.*

XXX. Et consuetudine nonnullorum locorum introductum, ut reditus quadruplo majores in Dotalitio quam in ordinariis Dotis usuris præstentur; imo & major summa est recepta in aliquibus terris, v. STRYCK. *de Jure vid. nob. in Sax. c. 1. §. 12.* RICHTER. *disp. de Dotalitio.*

XXXI. Continet Dotalitium ordinarie usuras duplicatas, & ultra hanc quantitatem constitutum regulariter non valet; sed si Donatio propter Nuptias computatur ac constituta fuit, tunc admittuntur quadruplicatæ. v. §. 8. L. 6. & præprimis si Dos Dotalitio absorbeatur, quadruplicatæ præstantur usuræ, uti observatur in *Marchia & Pomerania.*

XXXII. Computantur vero in unam summam Dotalitium & Donatio propter Nuptias in singula centum, five in centenos decem annua persolvi debent. Vtputa, si mulier 500. Thlr. in Dotem attulisset, tunc illi ex bonis itidem quingenti deberentur, & pro hac Dote & Donatione propter Nuptias conjuncta summa annuatim 100. Rthl. 10. nimirum in 100. computatis, solvuntur, viduæ scilicet superstiti.

XXXIII. Intuitu hujus Dotalitii jure prælationis ut & hypothecæ tacitæ in bonis mariti uxor uti potest.

XXXIV. Jure Saxonico nobilis vidua non simul dotem & dotalitium petere potest; secus vero in Serenissimis ac Illustribus personis, ubi dos & dotalitium petitur.

XXXV. Ratione dotis jus prælationis uxori competit, quod beneficium conceditur quoque ratione augmenti dotis & doni nuptialis, si id pro parte dotis marito datur. v. *Decis. nob. Sax. 51.*

XXXVI. Hæc vero privilegia habet uxor non respectu Paraphernalium, nec Donationum propter Nuptias.

XXXVII. Non omnia bona, quæ uxor infert, pro Dote habentur, sed in dubio pro Paraphernalibus, & tenetur uxor exprimere dotem expressis verbis. v. STRYCK. *Cautel. contr. Sect. 3. C. 8. §. 6.* Jure Romano in Paraphernalibus viro non compete-
bat nec jus usufructus, nec dominium, & tunc temporis non dif-
ferentia erat inter receptitia & paraphernalia. v. L. 9. §. 3. ff. de
Jure dot.

XXXVIII. Vxor & luxuriose vivens non privatur Dotalitio, licet ipsi interdicator ejus administratio per judicem. *Const. 21. P. 4.* vid. MENCK. *Disput. de Dotalit.*

XXXIX. Pactum vero Dotalitium non est pro specie ultimarum voluntatum æstimandum, nam Contractus est inter vivos.

XL. Dictum fuit, quod modo Dotem & Dotalitium simul petant Illustres personæ; constituto vero Dotalitio, Dotem, cum per id absorpta fuerit, repetere non licet.

XLI. Dotis illatio per maritum potest probari; licet petatur Dotalitium vel à filiis, vel ab agnatis, vel ab aliis heredibus. Et si a filiis petitur Dotalitium, versio Dotis in feudum semper præsumenda, & licet non expresse constitutum in feudo Dotalitium, ex consuetudine feudi venit præstandum. vid. MEV. P. 2. D. 224. Vxor Dotis illationem per maritum valide probat in concursu, ideoque Dotem petere potest ex mariti quittanceis, si ejus creditores ex solis litteris debita postulare possunt. CARPZOV. P. 1. *Const. 28. def. 72.* vel si testes adfuerunt tempore solutionis Dotis, vel frater uxoris, vel ejus cognati.

XLII. Dos promissa licet revera non illata, non impedit constitutionem Dotalitii, si uxor mox post mortem mariti cum usuris a tempore contracti matrimonii Dotem affert. vid. JVS. SAX. ELECT. D. 15. SCHVLZ. c. 8. n. 216. Imo etsi Dos non sit promissa, Dotalitium vero constitutum, Dotem tamen heredes ac ipse vir a Patre uxoris petere possunt. v. L. 69. §. 4. ff. de jure dot. nisi filia primas nuptias celebrans, a Patre jam sit dotata; imo licet proprias habeat facultates filia, nihil vero constituit viro loco dotis,

Dotis, Maritus a patre attamen dotem petere potest. v. GAIL. L. 2. *Obs. 95. n. 4.* nisi pater a Dote liberatur, si filia delictum commiserit erga patrem, quod exheredatione dignum est.

XLIII. Longobardorum mores Germani secuti sunt circa constituendum Dotalitium. vid. ORD. CAM. P. 1. t. 57. *Kaiserlicher Land-Frieden*, anno 1548. tit. 3. verb. *Was hierinnen das Lehn-Recht vermag, und gebräuchlich.* vid. *Disp. de Dotalitio* §. 4. CVJACIVS ad *text. 2. F. 9.* verb: *nam nec pignus.* In Neapoli & Sicilia Dotalitium tertiam partem feudi comprehendit, præstatur vero in pecunia. v. MATTH. DE AFFLICTIS ad *Const. Neapolit. Lib. 3. Rubr. 13.*

XLIV. Ad constituendum Dotalitium in feudo consensus requiritur Domini, in nonnullis terris & agnatorum, ideoque feudum hypothecari nequit intuitu Dotalitii constituendi. Agnati & successores feudi non prius tenentur viduæ nobili constituere Dotalitium, quam probaverit, Dotem revera illatam esse, & versatam fuisse in utilitatem feudi. RICHTER. P. 3. *Consil. 29.*

XLV. Imo & Dote non illata nihilominus Dotalitium debet constitui. RICHTER P. 1. *Consil. 46. n. 12. f. 295.*

XLVI. Pro moribus Provinciæ constituitur Dotalitium; & in Marchia, excepta Nova, sine agnatorum Consensu valide celebratur. RICHTER. *Conf. 64. n. 10.*

XLVII. Causam repellendi uxorem, ne constituatur Dotalitium, non dat luxuriosa vita uxoris. v. *Land-Recht. art. 5. Const. 21. pag. 4.*

XLVIII. Non capit vero das Leib-Bedinge uxor, nisi das Bette mariti beschriften & in Domum mariti introducta ac cognita. vid. JVS WVRTEMB. P. 4. *tit. 2.*

XLIX. De Gallico Dotalitio egit HENNELIVS *de jure Dotalitii c. 6. §. 9.* & MENCKE *Disp. de Dotal. §. 4.* Et jure Dotalitii in Gallia fruitur uxor semisse omnium bonorum mariti eo tempore jam acquisitorum, quo matrimonium contraxit.

L. Hæc Gallica Dotalitii constitutio in Anglia a Johanne Rege recepta A. 1215.

LI. Est in nonnullorum locorum consuetudine introductum

ut pro arbitrio uxor vel Dotem vel Dotalitium eligat & exigat. **CARPZ.** *Decis. 59. n. 1.*

LII. Vxore vero mortua Jure Saxonico non revertitur Dos ad uxoris heredes, sed ad mariti vel fundi successores, heredesque.

LIII. In Saxonia indistincte Dotalitium absorbet Dotem, ut adeo pactum de Dote repetenda & Dotalitio simul præstando successores feudi non obliget, licet filios. **CARPZ.** *de oneribus Feudal. Disp. 4. n. 44.*

LIV. Dotalitium differre a Donatione propter Nuptias est in aprico: hæc enim est ein *Begeben-Bermächtniß*, quæ maritus uxori propter Dotem constituit, non vero considerata æqualitate illatæ Dotis; sed potest augeri & minui, & hodie ex consuetudine uxores semper hanc donationem petunt indistincte e bonis defuncti mariti, sit Dos in salvo vel non. Jure Romano vero si Dos erat in salvo, Donatio propter nuptias peti non poterat, dum erat tam in compensationem quam securitatem dotis constituta. In hanc donationem vero uxor nihil juris capit vivo marito. vid. *Caute- las exhibentem STRYCKIVM in Cautel. contr. Sect. 3. c. 8.*

LV. Attamen pactum admittitur, quo uxori prospiciatur, ut & una cum Dotalitio habeat repetitionem Dotis, in Saxonia, & ipsius potest quoque arbitrio relinqui, an velit Dotem vel Dotalitium habere.

LVI. A Dotalitio vero separanda est *Donatio propter Nuptias*, quæ nunquam Dotem absorbet, sed cum Dote præstanda, uti in dotalibus pactis conventum fuit.

LVII. Minui ac augeri potest Dotalitium per pacta intervenientia. *Kothschütz vom Leibgedinge art. 1. n. 29.*

LVIII. Respectu Dotalitii uxor habet jus prælationis in concursu mariti, cum hac vero limitatione, ut si æs alienum contractum per Dotalitium constitutum, non vero si antea; cum creditores potio- rem habent causam, qui de damno vitando disceptant, quam uxor, quæ lucrum quærit. **MEV.** *I. P. D. 173.*

LIX. Sed & posteriori casu gaudet jure prælationis, si Dos per Dotalitium absorbetur. In Donatione propter nuptias jure Dotis seu prælationis hoc privilegium non datur. vid. *Ord. Proc. Sax. tit. 43.*

§. so wollen wir ic. habet & quoque in concursu moto vivente marito. PISTOR. P. 2. qu. 26.

LX. Usuræ vero in concursu non ampliores admittuntur ac præstantur, quam duplicatæ.

LXI. Donatio propter Nuptias non heredibus feudalibus mariti cedit, secus in Dotalitio mortua uxore, annuaque pensio a Dotalitio venit præstanda. CARPZ. *Decis. 168. n. 13.* sub appellatione des Wittwen-Jahres viduis in Luneburgicis & Pomeranicis terris indulgetur, daß sie neben ihren Töchtern ein ganz Jahr nach Absterben ihres Mannes das Lehn-Guth gebrauchen, und darinnen verharren mögen. KLAMMER. in *Promptuario Juris t. de viduis 29. §. 6. n. 8.* & est species Dotalitii Wiedum oder Witthum, Geld. Olim quoque Ecclesia suam habebat dotem, & plerumque erat aliquod prædium, das war der Wiedum-Hoff; ac in ejusmodi Curiis erant familiæ hominum adscriptitiorum, vid *Documenta rediviva Monast. in Wirtemberg, fol. 332.*

LXII. Quæstio hic movenda est, an vidua respectu Dotalitii, quod à primo marito ad vitam saltem adepta fuerit, secundum maritum cogere seu exigere potest, ut propter illatam Dotem novum ac aliud præter jam constitutum a primo marito constituatur Dotalitium? Et affirmativæ assentiri, videtur.

LXIII. Species Dotalitii est die Verbesserung seu lucrum & augmentum dotis, ubi uxori ultra dotem ex bonis mariti tanta pars proprietatis jure assignatur, quanta est dimidia dotis, ut hinc quæ 100. Rthl. intulit, ultra eos mortuo marito adhuc 50. Rthl. repetat.

LXIV. Requiritur vero in hoc lucro, ut dos revera sit illata. MEV. P. 5. D. 62. & P. 2. D. 224.

LXV. Diese Verbesserung valet præsertim in Marchia nova Pomeraniaque, & alibi; augmentum & hoc privilegiis dotis gaudet. Dotalitium, uti supra monitum, æqualiter debet pro Dotis illatæ proportionem constitui. Ideo nobili consulendum est, ut loco Dotis parvam sumat portionem, reliqua vero & maximam partem sub nomine Paraphernalium sibi curet constitui, tunc enim Dotalitium non tam amplum tenetur constituere.

LXVI. Notandum vero de eo, quod, si uxor ante Adventum,

für dem Sonntage Advent, quo tempore ejusmodi annui census præstandi, moriatar, ad ejus heredes transeat. vid. CONST. *El. Sax.* 26. P. 3.

LXVII. In Concurſu & hoc augmentum debetur. Quæſtio vero de eo decidenda eſt ex moribus Provinciæ cujuſlibet, ubi viget, non vero Jure communi, cum illi plane incognitum. v. MEV. P. 7. D. 129.

CAP. XIX.

De

Gvarentigio, ſeu Gwarantigiato Instrumento.

I.

Dicitur & confeſſatum, & eſt, quod paratam executionem habet, a Gvardia, i. e. Securitate, quam Creditori Clauſula Gwarantigii præſtat, quæ vulgo ita concipi ſolet, daß der Gläubiger Macht oder Recht haben ſoll, mit oder ohne Recht, abſque litigii ſufflamine, ohne vorhergehende Citation und Proceſſ, alſobald per viam facti zu procediren, auf den Fall der Nichthaltung ſich aus dem eingefeßten Interpfande ſelbſt de facto, eigener Macht und Weiſe bezahlet zu machen, tanquam omni jure peracto. v. BALD. *in l. etiam. C. de execut. rei jud.*

II. Gvarentigium apud Italos nihil aliud ſignificat, quam firmare, uti apparet ex §. *ſin autem. tit. de lege Conradi, in uſibus feud.*

III. Gvarentigium non ſolum paratam executionem habet, quoad ea, quæ in eo expreſſa verum, etiam quoad ea, quæ in illis tacite aut indirecete comprehenduntur. v. SPECVL. *de Inſtrum. edit. §. reſtat n. 42. & ZAS. in l. cum filiis n. 10. ff. de V. O.* Cauſa vero debendi in Inſtrumento Gvarentigiato ſpecialis, non vero generalis, v. g. daß Titius Cajo 100. Rthl. ſchuldig oder verhaſſtet worden, admittitur.

IV. Id quod tacite ex Inſtrumento colligitur, ipſius Inſtrumenti tenor cenſetur, & pro expreſſo haberi debet. *L. cum quid ff. ſi cert. petatur.*

V. Præfertur Gwarantigium omnibus aliis inſtrumentis. Inſtrumentum vero publicum licet non Gvarentigii Clauſulam habeat, ta-

at, tamen ex generali consuetudine paratam executionem præstat, v. MARTINI in *Tr. de Censib. in Fnd. verb. Instrum. publ.*

VI. Egit vero ex professo de Gvarentigiis GUIDO DE SVZARIA MANTVAN. *t. 6. p. 2. f. 338.* & BENEDICT. DE BARZIS *f. 340. L. 6. p. 2.*

VII. Vocabulum Gvaranda seu Guardia est Logobardicum, denotat securitatem seu Cautionem, unde Salvagardia derivatur.

VIII. Vim vero semper rei judicatæ continent gvarentigionata Instrumenta. v. JOSEPH. DE SESSE *Decis. Aragon. 40. n. 3.* RICC. *P. 4. Collect. 759.* & simplex sufficit petitio de eo recognoscendo, moxque decernitur executio.

IX. Locus & appellationi non datur contra hocce Instrumentum, intellige suspensivum quoad effectum, bene tamen devolutivum.

X. Et si judex ex commiseratione debitori concedat parvam dilationem, vim tamen hæc dilatio nullam destruit Gvarantigio.

XI. Pars tamen seu debitor semper est citandus, non vero ut recognoscat instrumentum, sed ut adsit, si Gvarentigium examine- tur, & inspiciatur. *l. ult. C. de Edict. D. Adriani.* HEIGIVS *P. 2. qu. 7.*

XII. Imo & absque Citatione posse procedi testatur BACH. *ad n. 5.* COLERVS. *P. 3. cap. 7. n. 10.* quippe parata adsit executio. CARPZ. *P. 3. Decis. 236. n. 17. 20.*

XIII. Vocatur & Gvarentigium *versezte Brieff und Siegel, so die Hülffe auf dem Rücken nachtragen und führen.* v. Freundberg *de Rescript. morat. Concl. 46.*

XIV. Derivatio vero ejus vel sumitur a Wardia & Wardium, sive Gvardia, Gvardium, mutato. W. in G. quod Germanis est *Waren*, vel *warantizare*, *betwahren*, über *Brieff und Siegel* fest halten, sive *a tweeren* seu *betwehren*, *tueri*, *defensitare*. ANTON. *de Rescript. morator. Concl. 46. n. 1.*

XV. Locus contra Gvarantigium non est exceptioni solutionis. CARPZ. *P. 1. Const. 8. §. 16.* bene tamen exceptioni usurariæ pravitatis. CARPZ. *L. 1. tit. 1. R. 2. n. 19.*

XVI. Oportet vero debitorem ut vel recognoscat, vel jurato diffiteatur. An vero moratorium, ein eiserner Brieff, ullam validam

dam exceptionem pareat, videatur BERLICH. P. 2. Decis. 235. n. 22. qui affirmativam defendit.

XVII. Qui vero non potest excipere ad impediendam executionem Gvarantigii, ille quoque præveniendo agere agendoque prævenire non potest. BERL. Decis. 270. n. 25.

XVIII. Ex Instrumento vero Gvarantigio requisitis suis destituto neminem agere posse efficaciter ratio dicitur. RICHTER. Vol. 1. Conf. P. 2. Conf. 3. n. 19. p. 22.

XIX. Debet enim semper Gvarentigium in se continere purum ac indubitatum debitum, non vero quod diem vel conditionem incertum continet, tametsi diei adventus, existentiaque conditionis aliunde probari possit.

XX. Debiti mentio fieri debet vel tacite vel expresse; & tacite fit, si in instrumento memoratur residui ratio, accepta pecunia, aut promissio redhibitionis, *hinwiederum zu bezahlen*.

XXI. Exceptionem vero contra hoc Instrumentum *prescriptionis* valide quis potest opponere.

XXII. Non vero vim Gvarentigii habet ejusmodi instrumentum, si in eo clausula continetur, *solvam quam primum potero, cum commodum erit*.

XXIII. Vim Gvarentigii non habet instrumentum ita conceptum: Titius ist Sempronio mit 100. Rthln. verhaftet, wegen verkauften Tuches und sonst; cum sub vocabula *sonsten* causa indeterminata exprimatur.

XXIV. Vti & si impersonalis obligatio posita, v. g. Ich bekenne, daß ich 100. Rthlr. Anlehnsweise schuldig worden, und verspreche selbige wiederum Michaelis dieses Jahres zu bezahlen; licet & clausula adjecta, *verspreche dem Inhaber dieses Scheins zu bezahlen*.

XXV. Super Contractu vero bilaterali erectum Instrumentum vim sortitur Gvarentigii, quod non valet, si se ad aliud referat.

XXVI. Caret effectu Gvarentigii documentum a Debitore non subscriptum; non vero simul requirit, ut subsignetur. vid. CONST. ELECT. SAX. von flaren Brieff und Siegel.

XXVII. Instrumentum inter mercatores confectum vim inter eos

eos & Gvarentigii habere, & præsertim. Bruxellæ, in Gallia, Flandria & Hamburgi, Tholosanæ, Coloniaeque observatur, cum semper subest debendi causa, seu subesse censetur.

XXIX. Vim Gvarentigii habet Instrumentum publicum autoritate Magistratus conditum, seu ex libris, protocollisque extractum, eine vidimirte Abschrift aus denen Rathsbüchern.

CAP. XX.

De

Affecuratione seu Politza.

I.

Varia habet Synonyma Affecuratio, scil. Politza, Versicherung, Bodmeren, Afforantz &c. de Politza seu Affecuratione vide peculiarem Disp. Helmstad. WERLHOFII.

II. Est autem affecuratio, receptio periculi mercium navi transportandarum, pro certo præmio.

III. Non vero præcisè requiritur maritima transportatio, sed & obtinet in terrestri. v. STYPMANN. *Tr. de jure maritim. P. 4. C. 7. n. 159.*

IV. De hac materia affecurationis ex professo egerunt RVTGER RVLAND. *Conf. hac de re singul.* VALASC. *Consult. 18. C. 4. & 75.* MASTRILL. *Decis. 284.*

V. Synonymum Affecurationis est vocabulum *Bodmeria*, & dicitur *Bodmer*, Præfectus ciborum, seu alias *Oeconomus*, quæ significatio vero ad præsentem non pertinet materiam.

VI. Sed est *Bodmeria* singulare nauticum fœnus mercatorum, (auf Bodmeren nehmen oder auszahlen) quo sub spe majoris lucri certa pecuniæ summa persolvitur Patrono navis, hoc pacto, ut salva navi cum fœnore tantum restituatur, relicto interea sibi hypothecæ loco navigii fundo, quo perdito & capitale perit.

VII. Quando nunc tenetur affecurator ex casu fortuito, exhibet ANTONIVS *L. 2. Resol. 26. per tot.*

VIII. Debent vero pericula expressa esse, quæ affecurator in se suscipere tenetur.

IX. Asssecuratio facta per viginti quatuor horas intelligi debet, rebus sic stantibus prout erat tempore asssecurationis.

X. Convenitur interdum, ut solæ mercedes asssecurentur, non vero navis. Interdum & constituitur magnum, interdum vilissimum pretium, v. KVRICK. in *Diatribes de Asssecurat.*

XI. Et præprimis placet definire *Asssecurationem*, quod sit *Cautio* omne periculum in se recipiens, damnum scil. præstans mercatori, qui transportari curat merces tam mari quam terra, pretium propterea aliquid, prout conventum, capiens.

XII. Promittens seu recipiens omne damnum & securitatem mercium vocatur *Assseurer*, *Assseureudois*, uti & jus, quod ejusmodi stipulationes constituit, *Assseurantz-Recht*. v. MARQVARD. de *Jure Commerciorum* L. 2. C. 12. n. 8. Promissio Asssecurationis, ut quis secure debeat venire in civitatem, intelligenda de primo adventu. v. SOCIN. *Junior. Consil.* 25.

XIII. Sub periculi receptione vero, si non omnia expressa, saltem veniunt, si in mari tempestas oritur, perdit que navem una cum mercibus, vel igne, Piratis, Arrestis, Repressaliis, negligentia, malitia nauclerorum, aliorumque damnum evenit.

XIV. Tenetur & Asssecurator ex jactu mercium. v. GROTIUS in *Introduct. ad Jus Holland.* L. 3. p. 24. Condiciones suscipiendi periculi exprimi accurate debent in litteris *der Polize*.

XV. Ex iis enim substantia Contractus dijudicatur, imo ex tenore *der Politza* interpretatio fit contra eum, qui potuit aperius dicere Legem. v. SCHOTTEL. de *antiqu. Germ. Juribus*, c. 3. n. 6.

XVI. In hoc Contractu vero præcipue renunciatur pœnitentiæ, & si asssecuratus statuit pretium, asssecurans seu asssecurator non amplius pœnitere potest. MARQVARD. de *jure mercat.* L. 2. c. 13. n. 67.

CAP. XXI.

De
Jure Retractus.

I.

VOcatur JUS RETRACTVS *Erblofung*, & de Jure Retractus gentilitii egit JOH. BAPTISTA CORSTA. *de Retract.* JOH. PHILIP. STOL. *in Disp. Inaugurali de Jure Retract. Gentilit. Altorff. a. 1662. habit. & Suppl. WEHNERI P. 21. WIDMANNUS etiam de Jure Retractus in Diff. Argent. 1670.*

II. Definitur vero *Retractus*, quod sit contractus, quo rem aliquam alienatam intra tempus definitum solenniter revocamus, emptorque ad restitutionem obligatus est. v. STEPH. *Oecon. Jur. Civ. L. 3. c. 53. n. 30.*

III. Vocatur & hoc Jus Retractus, Jus Protimiseos: & *differentia* inter Retractus & Jus Protimiseos est, quod illud detur, si contractus jam celebratus, ut rescindatur; Protimiseos vero, si jam in terminis est emtio, & quis ex singulari juris dispositione *den Vorfauff* exercere potest, præ aliis ipsi esse rem vendendam.

IV. Jus Protimiseos seu Retractus est vel ex conventionem seu ex lege; & illud modo personalem inducit obligationem, adeo ut non adversus novum emptorem sed venditorem agi possit, si res jam sit emptori tradita, nisi hypotheca in securitatem Protimiseos constituta; ex legali semper rem revocare possum refuso pretio emptori novo. v. præprimis STRUV. *in Jurisprud. Rom. Germ. L. III. t. 2. §. 24.* & STRYCK. *de Success. ab intest. Disputatio VI.*

V. Synonyma sunt *Einstand, Näher-Recht, Kaufftritt, Erblosung.* v. Richter. *Conf. 312. Vol. 2. n. 4.*

VI. Quatenus vero hoc Jus Retractus locum habeat, egit BERLICH. 2. *Concl. 39.* & Jus Retractus Gentilitium extraneo non potest cedi, secus vero in conventionali. v. RICHTER. *Decis. 176. n. 174.* TIRAQV. *de Retr. Consangu.* LIGNAG. *P. I. §. 26.* GLOSS. 1. *n. I.* GAIL. *Obs. 19. n. 8. L. 2.*

VII. De Cessione Conventionalis Juris Retractus CARPZ. *P. 2. C. 1. §. 12.* Retractio vero simulata non potest fieri pro tertio.

VIII. Si ex jure Consanguinitatis res retrahitur, evictio non est præstanda, quia res non retrahitur, quasi non esset venditori propria, sed ex speciali jure, quod non huic emtori, sed præcise retrahenti fuisset vendenda.

IX. De evictione Juris Retractus egit MANGIL. *de Evict. qu. 154. n. 1.* TIRAQUELL. *de Jure Retract. Consanguin. §. 1. Gloss. 9. n. 34.* GRATIANI. *Discept. for. Tom. 2. c. 205. n. 4.* ZOES. *Comm. ad ff. de evict. n. 12.* REINKING. *de Retr. Consangu. qu. 8. n. 143.*

X. Retrahens non solum integram summam, sed & arrham, Weintauff, Gottes Pfennig & alios justos legitimosque sumtus offerre tenetur ac deponere. v. HOPING. *in Conf. Posthum. p. 516.*

XI. Retrahens intrat Emtoris locum, ut ait SURDUS *in Conf. 424. n. 19. Vol. 3.* & quamvis videatur, posse oblato pretio pro rata consanguineum seu vicinum aliam partem sine altera retrahere; nihilo secius tamen aliud est in Emtore offerente ei totum, eidem relinquere & a toto Contractu resilire volente, quod partem non emturus fuisset, præsertim si pars non luibilis modica foret, longe minus fœcunda.

XII. Sed æquitatis æquilibrio tenetur Retrahens, sit vel consanguineus, vel alius privilegiatus, & vel totum retrahere, vel dimittere.

XIII. Heredes sibi invicem reservare ac stipulari jus Retractus possunt. STRYCK. *Cantel. Contr. p. 501. §. 15.* CARPZOV. *P. 2. Const. 1. Def. 17.*

XIV. Jus vero Retractus, quippe personalissimum, non transit ad rem sub hasta emtam; i. e. si quis ex iis, qui concursum moverunt, Debitori, sub hasta emerit, vendiderit vero iterum, tunc amittit Jus Retractus Consanguineis & aliis Agnatis.

XV. Cur vero in emtione sub hasta hoc jus Retractus non attendatur, præcipua ratio hæc est, ne venditiones sub hasta fiant irritæ, quod valde interest Reipublicæ. *L. etsi sine 7. §. quesitum ff. v. PHILIPPI de Subhast. p. 424.*

XVI. Differentias Juris Retractus & venditionis cum pacto de retrovendendo tradit PANCRATIVS KRAVS. *in Medull. Laudemiorum c. 6. n. 126. p. 64.* Sedes vero harum differentiarum est

est in l. 2. C. de pact. inter Emt. & Vendit. add. 62. Posit. ad ff. & 74. pos. b. t.

XVII. Retrahens omnes necessarias ac utiles expensas restituere obligatur Emtori, quæ scilicet erogatæ fuerunt emtionis causa.

XIIX. Jus Retractus vero in solo emtione, & non in permutati-
one, obtinet. v. Posit. m. ad ff. p. 374. vero in donatione.

XIX. Est & differentia inter reliquas non exigua Juris scilicet Protimiseos & Pacti de retrovendendo, quod in hoc restituto pretio emtionis & meliorationes rei præstentur, in Pacto vero Protimiseos tantum solvendum, quanti res in præsentis tertio vendi potest. v. cit. POS. l. p. 193. & 206. l. c.

XX. Si retrahens non tanti habeat in bonis, quanti sufficiat ad exsolvendum pretium emtori, emtorque retrahenti opponit exceptionem defectus priorum bonorum, tunc pronuntiatur, ut vel Cautionem sistat, vel aliunde pecuniam conquirat mutuam, vel ut juret vel probet retrahens, proprio nomine se rem retrahere animoque sibi habendi prædium.

XXI. Sunt qui pro & contra disceptant, an Retractus Epheveti-
tarius cedi possit sine dominio directo tanquam ejus accessorio. Inter dissentientes sunt STRYCK. de Success. ab intestato Disp. 6. c. 2. n. 9. affirmat vero DN. BRVNNEM. c. 4. n. 29. quæ opinio & verior est.

XXII. Si mandatarius fines egressus mandati contraxit, mandans omnia gesta ipso jure retrahere ac revocare potest.

XXIII. Jure Provinciali Thuringico liberis in bonis immobili-
bus a parentibus in extraneum alienatis competit Jus Retractus. v. COLER. Decis. 15. n. 42.

XXIV. Habet & in bonis non avitis locum, permittiturque collateralibus, RICHTER. Decis. 76. n. 34.

XXV. Si Parentes ad defraudandos liberos alienaverint seu donaverint bona tertio, recte liberi ea omnia retrahunt.

XXVI. Actio Retractus ex quasi-contractu seu quasi-obliga-
tione oriri potest, si quis rem acquirit, quam tertius retrahere potest. v. BEIERI Posit. ad ff.

XXVII. Competit Jure Sax. El. vi RESCRIPTI TORGAV.

tit. Welcher Gestalt die Agnaten §. Es sollen vers. ja wen. Agnatis, licet sint heredes, competit Jus revocandi feudum alienatum. Ne modo subscripserint Contractui alienationis.

XXIIIX. Alienantis parentibus nunquam competit Jus Retra-ctus, quia non ipsis successio, ut & nec filiis datur, nisi simultanee in-vestiti sunt.

XXIX. Refutatio facta ab agnatis remotioribus non nocet pro-ximioribus, jus exercere retractus. 2. F. 26. §. Titius filios.

XXX. Legalis Protimisis semper involvit Jus Retra-ctus. De-scendit enim jus retractus vel ex jure protimiseos legalis, vel ex suc-cessione.

XXXI. Exerceri vero debet Jus Protimiseos intra annum communem, non vero Saxonicum, a die scientiæ. v. DECIS. EL. SAX. nov. 301. STRVV. C. 3. §. 21. HORN. Jurisprud. feud. c. 20. tb. 8.

XXXII. Si refutatio feudi facta sit pretio interveniente; STRYCK. de Success. ab intest. disp. 6. §. 4. revocans ex Jure Retra-ctus omnes conditiones venditionis una cum refusione pretii & expensa-rum in se suscipere tenetur. 2. F. 3.

XXXIII. Revocans vero Jure successionis nihil pretii nec ex-pensarum refundit, sit vel facta refutatio interveniente pretio vel gratis. 2. F. 26. §. Titius.

XXXIV. Hæc Revocatio seu Jus Retra-ctus demum 30. annis præscribitur.

CAP. XXII.

De

Contractu Socidæ,

I.

DE hoc Contractu scriptores semper præprimis commendand-i sunt LÆL. ZECH. de Usur. c. 7. TABOR. Disp. de Jure Socitæ. RAVCHBAR. P. 2. qu. 29. seqq. MOELLER ad Const. El. Sax. P. 3. Const. 33. RICHTER. Decis. P. 2. Dec. 81.

II. Vocabulum Socidæ varie derivatur: A societate; Socidam Italis idem esse ajunt ac societatem; sed falso, & modo vocatur ein halber Gewinnst; dare le pecore in socida, die Schaffe auf halben Gewinnst geben.

III. Sed

III. Sed est & peculiare, in nonnullis Provinciis obtinens, Jus Socidæ, quod vel superior vel alius dominus inferior exercet in suos subditos vi cujus emigrans vel mortuus subditus tenetur certam summam pecorum seu aliorum animalium relinquere vel tradere Domino, & venit sub voce die Wehrung. v. FRIDER. HVSAN. *tr. de propriis hominibus c. 8. n. 10.*

IV. Contractus vero in specie sic dictus Socidæ, qui inter partes celebratur, est, quando pecora alicui locantur pro mercede vilissima, & conductor omne mortis periculum pecorum in se suscipit, quod genus bestiarum eapropter vocatur eisernes Vieh.

V. Non perit enim Domino, sed Conductor pro conventionem sua tenetur semper ad restitutionem ejusdem bonitatis aliorum, vel æstimationis.

VI. Omne periculum interdum in se recipit Conductor, imo & morbum universalem, das allgemeine Sterben des Viehes; & sibi prospicere Conductor bene debet, ut excipiat casus quosdam, alias tenetur ad omne damnum resarciendum.

VII. Capit & in hoc Contractu Conductor omne incrementum ac augmentum præsens & futurum, uti & e contra tenetur ad omne damnum patiendum seu ferendum.

VIII. Contrahitur præcipue hic Contractus in oviariis, in Schäffereyen, quæ vox Schäfferey tanquam nomen universale sumitur & omnia augmenta & damna sub se comprehendit.

IX. Et numerus ovium non determinatus nec restrictus est, sed consistit tam in Winterschlag, Sommerschlag, Pferch und Triff. v. KLOCK. *Consil. Tom. IV. C. 70. n. 20.* qui autor & perspicue agit de augmento oviariorum, suum, tempore vernali ad suam utilitatem, *c. 70. n. 124.* uti & de institutione novorum ovilium, ad hoc, ut gregatim oves pascantur, peculiari eam in rem opilione conducto, *n. 97.*

X. Keine Schäfferey hat Weyde genug. KNICHEN. *de Iure Territ. c. 4. n. 405.* modus vero ovium in nonnullis locis est restrictus, & permittitur auf die Hufen 60. und denen Güttern, als Cossaten, nur 30. Schaffe zu halten; und darff keiner keines mehr drüber haben, ob des andern seine gleich alle stürben, sondern die übrige Weyde gehdret für das Hornvieh; er muß auch mit denen Schaffen auf seiner

seinen Hufen und Aeffern-Triffen bleiben. v. SCHNEIDEW. *ad Inst.* p. 192. n. 32.

XI. Jus vel servitus pascendi oves temporibus iis modo debetur, da die Felder offen und nicht geschlossen seyn. Im Frühlinge ist der Schaff-Trieb auf denen Wiesen untersaget, es sey denn, daß gehörnte Vieh 2. Tage zuvor darauf getrieben worden. vid. OBRECHT. in *Politl. Bedencken* p. 93.

XII. Oviaria pro arbitrio nemo potest nova instituere, præprijis in sylvis, in quibus ipsi non competit Jus Forestale. Jus & præscriptionis hocce in casu locum non habere, vel habere, exacte traditur in *Consil. Argent. T. 1. Conf. 8. qu. 4.*

XIII. Acquiritur totius gregis possessio, si una ovis modo tacta. STRYCK. *de Jure Sens. T. 2. n. 10.* Ex ratione, quia, si vellemus, possumus sic singula corpora apprehendere ac tangere. Secus vero est, si oves non sunt in uno eodemque ovili, & tunc separatim tangendæ ac possessio sumenda est. STRVV. *Exerc. 42. tb. 16.*

XIV. Quæstio est, an Contractus fiat usurarius, si ita in Sociam dentur pecora, ut animalium casus in pastorem transferatur, qua conventionem derer Riibe oder Schaffe Dominium nunquam pereat, aut intereat expressum. v. HVS. *de hom. propr. C. 8. n. 10.* & PISTOR. *Conf. II. n. 3.* MOELLER. *ad Const. El. Sax. P. 3. Const. 33. n. 12.* Et pro & contra citati autores disceptant; affirmativa verior est.

XV. Quemadmodum in istis partibus reditus quidam calybei, ut sic Stahlne Bülden vocitentur, ad quam appellationem alludit proverbium Gallicum: *Un Seigneur de beure mange un Vasall d'acier.* v. HOTTOM. 2. F. 33. in fine.

XVI. Contractum hoc modo initum usurarium revera esse clamat RADA, *Ordinis vallis umbrosa, in Compendio Summa Cardinalis Toletani D. 7. præcepto, c. 4. in fine:* Usurariam pravitatem, hanc Sociam seu societatem.

XVII. Assentit JVS WVRTEMBERGICVM, Titulo vom Wucherl. *Contr. p. 119. §. Einen:* verbis: oder wo das Kalb stirbet, daß der Arme dasselbe bezahlen, oder mit einem andern guten Rinde erstatten müsse. v. BESOLD. *pecul. Disp. ad eandem Ordin. p. 8. tb. 24.*

XVIII. JCto-

XVIII. Jctorum nonnulli distingvunt circa hunc Contractum diversimode, vel si pecuniarum, vel si certus numerus pecudum semper in casum seu pretium præstandus. v. ZECHIVS *Tr. de Usur. c. 7. n. 7.*

XIX. Et tradunt Socidam iniri 1) per modum Locati conducti, 2) per modum Mutui, 3) per modum Custodiæ, & 4) per modum Societatis. v. c. TABOR *de jure Socide p. 33.*

XX. Per modum Locati conducti: Wenn einem eine gewisse Anzahl Vieh verpachtet wird für ein jährlich gewisses Pacht-Geld.

XXI. Et pecora ejusmodi inter immobilia bona referuntur. v. CHASSANÆUS *ad Consuet. Burgund. rubr. 4. §. 2. tous meubles. n. 28.* & Conf. ARGENT. 2. *Consil. 11. n. 66.*

XXII. Vnde etiam quandoque una cum fundo certus numerus pecudum, tanquam pertinentiæ traduntur, nehmlich eiseren Vieh, quæ a fundo separari nequeunt.

XXIII. In Feudum & interdum certus numerus datur usurarie ovium vaccarumque. v. ANTON. *Disp. feudal. 13. tb. 4. D. 6.* Vocantur eiserenes Vieh, stähline oder gemachte Kühe. v. Würtembergische Land-Ordnung. f. 119.

XXIV. Vasallus ejusque heredes finito Feudo vero numerum pecudum in Feudum acceptum supplere restituereque tenentur.

XXV. Von eisernen Kühen, Schaaffen, und anderm Viehe pluribus egit KLOCKIVS *in Ærario L. 2. c. 19. n. 82.* HAHN, *ad ff. t. de Loc. cond. p. 654.*

XXVI. Quæstio vero non inutilis est hic injicienda, si alicui pagus in Feudum datur sub hac formula: mit allen dem, so darzu gehöret; ob die Schaaff-Trifft darunter auch mit begriffen sey? Et varie inter Jctos ideo disceptatur, desuper. Affirmativæ accedere videtur RICHTER. *Vol. 2. Conf. 80.*

XXVII. Defendi & ea potest, wenn zuvor schon Trifft-Gerechtigkeit vormahlen gewesen, oder alte wüste Stellen und Plätze zu gnugsamer Trifft vorhanden. v. JVS SAX. COMM. PROVINC.

XXVIII. Pastorem non teneri oves restituere in itinere ac montibus mortuas, defendit *de ESCOBAR. de Ratiocin. Administr. c. 10. n. 61.* quod & verum videtur, si non casum in se susceperit, & Socida contracta fuerit per modum Custodiæ. Si vero susceperit, extra dubium est, omnes demortuas eum restituere oportere.

XXIX. Privilegia Pastores ovium in nonnullis locis habent non exigua; ut in Saxonia vi mandati von Stellung des Landvolkes Ao. 1711. liberantur von Auslesung der Land-Miliz.

XXX. Ridiculum inter cetera ipsis competit, quod zu Rothenburg an der Tauber in Francken auf den Bartholomäi-Tag sie einen gewissen Hirten-Tanz haben, indem von drey Meilen herum die Hirten zusammen kommen, eine ordentliche Procession in die Kirche machen, und niemand zu diesen Solennitäten admittiren. Wer sich mit Gewalt eindringen will, wird arretirt und in einen darzu aptirten Wasser-Trog eingetauchet.

XXXI. In Bröningen und Württembergischen haben sie absonderlich grosse und lächerliche Privilegia. Zu Halle haben sie eben dergleichen Comœdien in freyem Felde. Und ist noch etwas ganz extraordinaires zu Ilmen im Schwarzburgischen, da jeder Herr seinem Hirten was gewisses an Kleidung, und über dieses einen guten Hammel zur Mahlzeit verehren muß.

XXXII. An laborent Pastores ovium macula levis notæ, daß sie Handwercke zu lernen nicht fähig seyn, olim ab opificibus valde fuit disceptatum; sed in Recessibus Imperii, imo & Juribus Provincialibus statutum contrarium fuit, in favoremque eorum decisum, & exempla quam plurima extant de hac Controversia.

XXXIII. Solent & præprimis per Principem legitimari in nonnullis terris Statuum Imperii, & distinctio inter eos est in denen Schaaff- und Hirten-Meistern und Schäffer-Knechten, qui posteriores quippe cadavera deglubunt, & pro notatis vel laborantibus levi macula vitæ habentur ac a vulgo computantur.

XXXIV. De Jure Socidæ, quod vi Juris territorialis Principi seu Domino competit, supra quædam fuerunt memorata.

XXXV. Hoc jus in Hassia, Thuringiaque præcipue rigide observatur, & cum in his Provinciis subditis sine licentia ac permissione

missione Domini liceat emigrare in aliam terram, tenentur relinquere in prædio tot oves, vaccas, porcos, equos, anseres, gallinas, anates, columbas, quot capita ipsis tradita fuerunt, cum prædium acciperent.

XXXVI. Nomen præstatio ejusmodi sortita eisernes Vieh, cum pecudes seu animalia hæc nunquam moriantur, propter substitutionem in locum demortuorum. v. *L. 62. ad fin. Thur. und Hess. Land. R.* Vocatur & die Wehrung, & sunt in hac materia semper observandæ locales consuetudines.

XXXVII. In Thuringia indistincte præstatur ab omnibus prædiis, sie mögen gleich neu erbauet und errichtet, oder schon von dem Landes-Herren denen Unterthanen seyn übergeben oder gereicht worden.

XXXVIII. Species non immerito hujus Contractus censenda, si alicui jus datur in Feudum pascendi oves, Schaaff-Triffen oder Weiden zu haben, & in recognitionem tenetur amatim etliche Schaaffe, Inschlitt und Felle zu liefern, uti in Marchia Brandenburgica & nonnullis aliis locis ejusmodi datur & observatur Jus seu Obligatio.

XXXIX. Per analogiam etiam in grege constituitur Emphyteusis, quando in prædio constituuntur animalia ferrea, qualis Contractus & est Socida. STRYCK. *Vf. M. ff. t. Loc. Cond. S. 8. --- II. TABOR. Disp. de Jure Socida.*

XL. Census & quotannis seu annuus præstatur von den gemeinschaftlichen Triffen der Küche und Schaaffe, a rusticis in Præfecturis Leutembergensibus, ad Principes Schwartzburgicos pertinentibus, consistens in certo numero ovium & vaccarum & aliorum Horn-Viehes.

LIBER III.

CAP. I.

DE

Obligationibus.

I.

Obligatio est necessitas a legitimo Imperante imposita, secundum ejus voluntatem agendi.

II. Ex quacunque itaque Lege oritur, ejusque perpetuum Correlatum est Obligatio.

III. Quin & quodcunque Jus pro facultate sumtum, si erga alios homines competat, Obligatio comitatur, siue sit personarum, siue in re, siue ad rem, siue commune Jus, siue singulare, certorum Statuum aut Judiciorum, quod ultimum *Privilegium* vocatur.

IV. Quoties itaque Jus perfectum alteri competit, toties alter obligatus est; at non semper, si alteri competat Jus imperfectum.

V. Fundamentum est amor legitimi Imperantis, cum persuasione, ipsum velle & posse repugnantibus malum legitime inferre.

VI. At Jus Rom. obligationem tantum considerat quatenus ea refertur ad Jus ad rem, *pr. I. de Obl. & l. 3. p. ff. de Obl. & Act.*

VII. Eaque supponebant Civitatis Romanæ Jura, quibus nisi diserte probaretur obligatio, ut-ut jure gentium perfectissima, actionem non producebat.

VIII. Interim aliis non semper destituebatur effectibus, v. g. quod soluta pecunia repeti non possit. *l. 10. ff. de O. & A.* quod debitum naturale cū debito civili possit compensari. *l. 6 ff. de Compensat. & simil.*

IX. Atque adeo nota: Obligationem non statim ad Jus imperfectum referendam esse, si nulla exinde actio competat; forte enim alia per indirectum cogendi media supersunt.

X. Deinde ipsa Obligationis vox indicat id, ad quod obligamur, non posse in nostrum arbitrium conferri. *l. 8. ff. de Oblig. & Act.*

XI. Interim valet Obligatio, quum commodum erit, nach seiner

ner Gelegenheit, & præstatio Judicis arbitrio committitur, qua de re infra.

XII. Fundamentum Obligationis civilis vel natura negotii esse dicitur, vel assistentia legis, vel negotium, cui causa obligatoria insufficientis accedit.

XIII. Sed notanda *l. 27. de O. & A.* ubi & Legis potestati & Prætoris imperio & officio Judicis iste effectus denegatur. *l. 210. de R. J.*

XIV. Verum me quidem controversia non tangit, quando quidem omnis obligationis fundamentum lex est, eaque vel immediate, vel mediate intercedente scilicet facto.

XV. Factum istud vel consensum in obligationem indicat ut, pollicitatio, pactum, contractus verus.

XVI. Vel occasionem præbet obligationi citra consensum ut, quasi-contractus, quasi-delicta, testamentum quatenus heredem obligat, & similia.

XVII. Atque ita intelligimus, quid sibi velit casus in *l. 1. pr. ff. de Obl. & Act.* quando tres fontes actionum constituit: Contractum, Maleficium, & proprium quoddam Jus ex variis causarum figuris. SCHWENDENDORFF. *Diss. de actione dativa non dabili.*

XVIII. Variæ enim istæ causarum figuræ procul dubio quasi-contractus sunt, de quibus infra. Quamvis nec Justinianus, nec Jcti Rom. quasi-contractus nobis obtrudant; sed obligationes ex quasi-contractu descendere affirmant, i. e. obligationem similem esse ei, quæ ex contractu descendit, vel perinde esse, ac si ea ex contractu descenderet.

XIX. Jam itaque judicium ferri potest de obligationis divisione, in naturalem, civilem & mixtam. NATVRALIS est, quæ solo vinculo æquitatis, i. e. Juris Naturæ nititur. v. *l. 95. §. 4. ff. de Solut.* eaque moribus Germaniæ regulariter actionem producit pallio Romanæ *Conditionis ex moribus superbientem.*

XX. CIVILIS obligatio vocatur, quæ solo subtilitatis Romanæ vinculo æquitate destituta nititur, eaque ne Jure quidem Romano actionem efficacem producebat propter obstantes exceptiones ex æquitate supervenientes, unde STRVVIVS, aliique complures hanc obligationis speciem ne quidem agnoscunt, alii eam,

nescio cui bono, defendunt ex *l. 36. ff. de Obl. & Act. l. 1. §. 1. ff. de Doli mali & met. except. §. 1. seqq. Inst. de Except.*

XXI. Scilicet ineptum est jactare actionem sine effectu, perfectionem sine spe consequendi, & Jus agendi toties destruendum, quoties in actum deducitur, quod ipse PAULVS subtilitatum Princeps agnoscebat in *l. 112. ff. de R. J.*

XXII. MIXTA obligatio est, quæ æquitate naturali nititur & Jure civili comprobatur, i. e. effectu agendi instruitur, quam qui obligationem mere civilem non agnoscunt, civilem vocant, iisque suffragatur *l. 7. §. 2. ff. de Pact.* Nempe Jus civile circa obligationem naturalem triplici modo versatur: 1) eam approbando, i. e. actionem attribuendo, 2) destituendo seu insuper habendo, i. e. aliquos effectus naturales supra §. 8. memoratos, eidem relinquendo, 3) eam plene reprobando omnesque omnino effectus coactivos æque ac indirectos ei detrahendo.

XXIII. Prioris exempla sunt contractus omnes, pacta legitima & adjecta, item delicta; alterius pacta nuda; postremi permissio-nes pupilli sine tutoris consensu, & intercessio mulieris, ex quibus duabus causis sponte solutum, tanquam indebitum, repeti potest.

XXIV. Verum etiam æquitas naturalis vel absoluta est & evidens, v. g. dolum aut culpam meam alteri non debere nocere, rem inter alios actam alii non consentienti haud præjudicare, ejus esse incommodum, cujus est commodum & similia.

XXV. Vel hypothetica, ubi ex indole & ratione status Reipublicæ minus malum pro bono habetur, v. g. rem inique judicatam pro lege inter partes litigantes habendam, *l. 25. ff. de Statu hominis, l. 207. de R. I. l. 56. de re judicata.* fatalibus spatiis seu terminis peremptoriis neglectis contumacem non amplius audiendum esse, ex jure jurando decisorio a parte adversa delato, licet pejeratum sit, jus inter partes nasci, *l. 2. & l. 5. §. 2. ff. de Jurej.*

XXVI. Huc referendos diversos pœnarum monomachiae, furti, raptus, adulterii in diversis Rebus publicis gradus, & hodiernum alicubi superstes lupanarium & Concubinatus tolerantia.

XXVII. Et ut propius ad argumentum pactorum accedamus, rigor Cambiorum: *Hand muß Hand wahren*, denegata, rescissio contra-

contractus ob læsionem, quæ dimidiam non excedit, privilegia dotis alicubi denegata, alibi amplissime indulta, & similia.

XXVIII. Obligatio vel ad rem dandam aut præstandam, vel ad factum purum tendit.

XXIX. Effectus hujus differentiae in eo quæritur, quod ad dandum vel præcise compellatur, ut promissis respondeat, at in obligatione faciendi sufficit, præstari id quod interest.

XXX. Posterius membrum probant *ex l. 72. l. 81. pr. l. 112. §. 1. ff. de Obl. & Act.* maxime vero *ex l. 13. §. 1. ff. de re jud.* neque ullum hactenus dubium esse videtur.

XXXI. Ratio vero discriminis per ambages frustra quæritur: Servile ajunt esse, civem Rom. præcise obligari ad factum; *l. 71. §. 2. ff. de Condict. & Demonstr.* Verum id non soli servorum, sed & libertorum conditioni convenit.

XXXII. Et negligenda non est distinctio *l. 71.* inter factum transitorium brevi tempore absolvendum, & factum continuum, quod per integrum ejus, qui permittit, vitæ spatium extenditur. Prius ex lege & ratione allegata non improbat, sed posterius.

XXXIII. Miror itaque, cur interpretes non perspexerint indolem hominum, quorum plerisque cogendis nulla remedia sufficiunt, si semel in reluctandi proposito animum obfirmaverint; neque id solum in audacibus experimur, quorum pertinacia frangi non potest, sed & in meticulosis, quos aliquando desperatio quasi ratio quædam armat, ut ubique exempla præsentent proverbii: *mori quis scit, cogi nescit.*

XXXIV. In primis interest actoris, ut saltem æquivalens consequatur, & reipul. ut dissimuletur impotentia judicum, ob imperandi facultatem plerisque exosorum, quos quilibet flocci penderet, ubi innotesceret, obedientiam per vim extorqueri non posse. Denique causæ privatorum, quæ ad præstationem promissi referantur, tantam vim excidiumque civium haud admittunt.

XXXV. Ita vero non sola faciendi, sed & dandi obligatio, quoties objectum tale est, quod abscondi facile potest, demum in præstationem ejus, quod interest, resolvitur. Quamvis enim refractario facile eripi possit domus aut fundus, non tamen eripi

eripi potest gemma, calix, liber, similesque res, quæ ubique abscondi vel abjici facile possunt.

XXXVI. Atque adeo facultas præstandi id, quod interest, non in favorem Debitoris, sed Creditoris & Judicis introducta, toties obtinere videtur, quoties invito eripi, quod ipse debet, non potest.

CAP. II.

De

Causis Obligationum.

I.

Obligatio omnis vel negativa, vel affirmativa est.

II. Illa ne eripiamus, vel intercipiamus vel perdamus, quæ ad alium spectant.

III. Atque ea semper producit & actionem & defendendi licentiam, & immediate oritur ex lege de non lædendis aliis, quam apposite FLORENTINVS cognationi hominum naturali tribuit *in l. 3. ff. de Iustitia & Iure.*

IV. Eaque est vere correlatum Iurium, quæ a Doctoribus *in re* vocantur, nempe *Dominii, Servitutis & Hereditatis.*

V. Quin & eorum iurium in re, quæ ex Legibus Romanis actionem non producant, v. g. ne tertius rem ab alio locatam vel commodatam mihi eripiat.

VI. Item ne cuivis possessori absque iudicis autoritate auferat rem; unde proverbium: *Beati possidentes.* Scilicet in pari causa potior est conditio possidentis, & in causa dubia pro possessore præsumitur. Unde etiam *Mandata manutentionis* in plerisque Germaniæ locis usitata originem trahunt.

VII. Inde a possessorio summarissimo omnis quæstio de iustitia possessionis exulat, quod tamen aliquando nimis extendi videmus.

VIII. Hæc obligatio exceptionem patitur 1) in Imperante quatenus ejus imperium ab alio superiori non constringitur.

IX. 2) Ob causam necessitatis extremæ, de quo *in Possit. Juris. divini c. 12. posit 59. & seqq.* diximus

X. Obli-

X. Obligatio affirmativa etiam fluit ex lege, sed non absolute, verum supposito certo statu vel facto.

XI. Ex Statu oriuntur Obligationes Conjugum, Parentum & Liberiorum, Dominorum & Servorum, Imperantium & Subditorum, Nobilium, Burganorum, Rusticorum & similibum.

XII. Factum inducit obligationem vel mediante consensu, vel ex regula æquitatis Jure Civili confirmata.

XIII. Prioris exempla sunt Pacta & Contractus, posterioris quasi-Contractus & Delicta.

XIV. Differentia inter Pactum & Contractum ea vulgo est, quod Contractus sua natura actionem producat, non æque vero Pactum.

XV. Et contractui inesse Synallagma, quale quidem pactis deficiat. *l. 7. §. 12. ff. de Pactis.*

XVI. Natura pactorum & contractuum, si a Legibus Romanis abstrahamus, una eademque est, consensus nempe & fides promissoris.

XVII. Et Synallagma mutuum aliquid sive utrinque reciprocum designans, sive reciproco consensu intelligatur, pactis non minus ac contractibus competit.

XVIII. Si intelligatur de reciproca præstatione, nec omni nec soli contractui convenit. Ita commodatum, depositum, stipulatio, mandatum, veri contractus sunt, neque tamen ad præstationes mutuas tendunt; contra pactum de permutando, antequam ab alterutro impleatur, reciprocas præstationes comprehendit, neque tamen contractibus annumeratur.

XIX. Soli itaque Juri Rom. differentia inter pacta & contractus originem debent: & Contractus est pactum, cui legislatio Romana tempore LL. XII. Tabb. aut non multo post effectum actionis tribuit.

XX. Quodlibet ergo promissum ex mente Juris Rom. in dubio magis pro pacto, quam contractu habetur, & proinde quicquid nominatim ad contractus relatum non est, in natura pactorum subsistit.

XXI. Nempe primitus nullum negotium, quamdiu intra ter-

minos solius consensus subsistebat, neque traditio accesserat, actionem produxisse videtur, nisi accedente stipulatione, quam conjecturam confirmat *Franciscus Hottomannus in Anti-Triboniano*.

XXII. Deinde duplici modo hæc doctrina fallere cœpit, 1) ut emptio, locatio & utriusque affine Emphyteufis, porro societas & mandatum, qui contractus proinde consensuales dicti sunt, ex solo consensu actionem parerent.

XXIII. 2) Ut quoties consensui ex alterutra parte accederet implementum, sive in dando, sive in faciendo consistens, non is qui dederat seu fecerat, sed qui datum vel factum acceptaverat, ad implementum reciprocum cogi posset.

XXIV. Huc pertinet non modo mutuum, commodatum, depositum, pignus, qui reales contractus vocantur, sed & cujuscunque generis pacta reciproca ex alterutra parte impleta, quod mediante implemento in Contractus innominatos transeunt.

XXV. Atque hæc est declarata illa causa ab Interpretibus ubique jactata, sed fere nunquam intellecta, scilicet acceptatio implementi præstiti.

XXVI. Quæ causa proinde criterium non præbet differentiae inter pacta & contractus: licet & pactis non insit, neque tamen omnibus contractibus inest, non stipulationi, non contractibus consensualibus.

XXVII. Neque ergo verum est, quod dicitur: Contractum nominatum constare nomine & causa; licet verum sit, contractum innominatum constare causa, non nomine.

XXVIII. Scilicet nomen non ad designationem negotii refertur, sed ad actionem inde resultantem, & contractus nominatus erat, ex quo certa publiceque præscripta formula agi posset, quæ solo nomine prædicabatur, v.g. actio commodati, pro socio, pignoratitia &c.

XXIX. Unde porro observandus error eorum, qui contractus innominatos irregulares comminiscuntur, permutationem puta & contractum æstimatorium, quoniam scilicet isti speciale nomen obtinuerunt.

XXX. Misere vero torquentur in indaganda differentia inter affectiones nominis permutationis, & nominis emtionis, atque in
exqui-

exquirenda ratione, cur nomen permutationis non æque nominatum contractum constituat, ac nomen emtionis.

XXXI. Litteralis contractus tempore Jctorum, quorum in Pandectis extant nomina, plane ignorabatur, & demum a *Triboniano* excogitatus. *v. l. 1. §. 1. ff. de O. & A.*

XXXII. Et hæc tota est Juris Romani de contractuum indole doctrina; pactis vero variis modis agendi facultas indita est.

XXXIII. Scilicet 1) Legibus civil. plane novis, ut donationibus *ex l. 35. C. de donat. suffragio ex l. unic. C. de suffrag.* aliquando etiam de subfitione contractus, *v. g. dotis promissioni in l. un. C. de rei uxor. act.*

XXXIV. 2) Autoritate Prætoris, quæ vel actionem personalem pactis tribuebat, cujus exemplum in constituta pecunia reperimus. *b. t. in ff. satis expositum*

XXXV. Vel plane actionem realem contra legislationis Romanæ principia, *l. 20. C. de pactis*, cujus exemplum est hypotheca, et in *Posit. ad ff. de pignore & hypotheca* expositum.

XXXVI. Jam constat, pactum vocari omne promissum, statutum sine stipulatione, & omne reciprocum ex neutra parte impletum, exceptis quinque contractibus consensualibus.

XXXVII. Nunc ad quasi-contractus; quamvis denominationem eam Legislatores Romanos non agnovisse, *C. 1. Pos. 18.* observatum.

XXXVIII. Quod si notemus, non opus est, ut implicemur quæstionibus, qualis - consensus in quasi contractu intercedat, & quomodo consensus præsumtus a tacito differat, de qua quidem materia in *Posit. ad Instit. de Oblig. quæ quasi ex contractu nascuntur*, luculenter egimus.

XXXIX. Certe vel sola vocula *quasi* monere debebat. Interpretes, non verum & proprium Contractum, sed aliquid æquivoci subesse; neque ergo affectiones veri contractus, consensum nimirum ibi reperiri, quemadmodum nemo quærit, qualis intellectus & voluntas sit hominis picti seu quasi hominis.

XL. Multa vero in commoda peperit fictio consensus, quæ tamen hic plane inutilis est, & in delictis non minus quam in quasi-contractu locum haberet.

XXI. Atque si conceptum ficti contractus adjiciamus, non modo certius patet genuina quasi - contractus indoles, quæ duabus regulis constat: 1) Neminem ex alterius insontis & viniti jactura locupletionem fieri debere; 2) Culpam alterius in alterius detrimentum vergere non posse: sed ut facilius doceri possit, uti pupillus quasi ex contractu obligetur, scilicet si ab ejus tutoribus negotia gerantur, non si ipse alterius, nisi qua fraudem commisit, aut petulantia vel πολυπραγμοσύνη, quæ ut illicita, coërcenda est.

XLII. Quasi contractus species in *l. 5. pr. & §. 1. 2. 3. ff. de Obl. & Act.* quatuor enumerantur: negotiorum gestio tutelæ administratio, hereditatis aditio, & indebiti solutio; quibus in *Jnst. tit. de Obl. & Act. que quasi ex contractu nascuntur*, duæ, hereditatis & rerum singularum communio, porro in *Posit. nostris ad Jnst. dicto titulo* plures aliæ adduntur, *Communio finium, litis contestatio, receptio rerum in couponam illatarum, defensio rerum que aliis nocuerunt, quas exhiberi alterius interest, item que retractui obnoxia sunt, versio in utilitatem ejus, cujus nomine contractum est, detentio rei sine causa, item rei furtivæ & facta plura alia a Grotio de J. B. & P. Lib. 2. c. 10. § 2. enumerata; neque prohibetur, quin etiam generationem prolis, commorationem in aliquo territorio & similia huc referamus.*

XLIII. De delictis hic agere nostri instituti non est, idque satis alibi præstitimus in *Posit. ad Const. Crim. & ad Jnst. lib. IV. t. 1. 2. 3. 4. 5. & ultimum denique ad ff. l. 47. & 48.*

XLIV. Consensum in pœnam ex patrato facinore eruere velle, mixtum, proportionem vero ex Justitia commutativa vel distributiva metiri, inane est. vid. *Disp. Ascendent. in Feud. nullam esse success. corol. 5.* nempe in pœna sancienda ad utilitatem publicam, in irroganda ad Legislatoris arbitrium unice est respiciendum.

CAP. III.

De

Divisionibus Obligationum.

I.

PRæsentis capituli argumentum maximam partem ex antecedentibus liquet; neque ergo divisiones in obligationem naturalem & civilem, dandi atque faciendi, & reliquas hic repetemus.

II. Jus Romanum obligationes vel ex consensu, vel ex delicto deducit.

III. Prior species vel pactum respicit, vel contractum.

IV. Pactum vel nudum est, vel non nudum, seu barbarico significatu vestitum.

V. Non nudum seu vestitum vel legitimum vel adjectum.

VI. Contractus est vel verus, vel quasi.

VII. Verus vel nominatus, vel innominatus.

VIII. Nominatus vel realis, vel verbalis, vel litteralis vel consensualis.

IX. Delictum est vel verum, vel quasi.

X. Verum vel publicum est, vel privatum.

XI. Privatum est vel tale in specie vel popolare.

XII. Publicum vel ordinarium est, vel extraordinarium.

XIII. In harum divisionum usum si inquiramus, notandum est, mores Germanorum nunquam deseruisse regulam: *Omne promissum serium & honestum perfecte obligare, & promittentem ad fidem liberandam cogi posse.*

XIV. Ista regula non eo demum tempore, quo Jus Romanum in Germaniam penetravit, invaluit, sed inconcussa semper mansit inde a TACITI temporibus, & quæ altius excurrunt.

XV. Unde recepta non fuit doctrina, qua contractus & pacta ab invicem distinguuntur, neque actio Germanica de præstandis promissis iis tantum casibus, quibus Jure Romano actio prodita non est, applicata fuit, sed in omni qualicumque promisso una eademque mansit.

XVI. Vnde unius ejusdemque in Germania indolis sunt contractus & pacta, item hæc nuda perinde ac non nuda.

XVII. Vnde quæri necesse non est, utrum & quando pactum aliquod speciali lege confirmatum fuerit.

XVIII. Vnde nec opus est, ut pactum contractui adjiciatur in continenti *vor dem völligen Schluß*; perinde enim valent pacta ex intervallo adjecta.

XIX. Vnde corrumpitur differentia pactorum reciprocorum, & contractuum innominatorum, nam & hi contrahentem utrumque obligant, licet ipsis nec dum quicquam accesserit.

XX. Vnde otiosa est Doctrina de contractibus realibus: nam & qui pecuniam mutuo se daturum, aut rem commodato præstiturum, aut rei deponendæ custodiam promittit, si post defecerit, ad interesse recte convenitur, & condemnatur, licet traditio nondum intercesserit.

XXI. Vnde nec opus est interrogatione seu stipulationis solennitate: quamvis enim MARCVLPHVS *Monachus in formulis suis* a FRIDERICO LINDEBROG. *Codici LL. antiquarum* & a STEPHANO BALVZIO *Capitularium Regg. Francorum editioni adjectis*, stipulationis subnexæ uterque mentionem faciat; non tamen Romanam stipulationem, sed quæ populis Celticis, sigillatim Germanis usitata erat, dextræ datione intelligit, unde manus stipulata, *Hand-Geldbriß, Hand-gegebene Treue*, vocari cœpit. v. STRYCK. *Vol. 4. Disp. 7. de manu stipulata & porrecta*, item JOHANN. LOCGEN. *antiquit. Svec. Gotbicar. c. 16. p. 79. seqq.* Atque exinde forte hodiernum superest *der Handschlag vor Gerichte, und bey ehelichen Trauungen*.

XXII. Vnde non solum emptio, conductio, emphyteusis, societas & mandatum, sed omnes contractus reliqui sunt consensuales, ut recte monuit STRYCK. i. e. vi solius promissi actionem producant.

XXIII. Sed & contractum literalem separatim statuere hodie necesse non est, quum revera ex Chirographo nihil aliud oriatur, quam præsumptio mutui.

XXIV. Quasi-contractum in censum contractuum non venire, supra probatum est.

XXV.

XXV. Ne vero sine ordine species Contractuum saltem enumeremus, tentabimus, utrum in certas classes ita digeri possint, ut cujusque natura ex divisione & subdivisione maximam cognosci partem possit.

XXVI. Pacta vel obligatoria, vel liberatoria; illa vel concernunt personam vel rem, vel officium humanitatis in facto consistens.

XXVII. Personam respiciunt pactum matrimonii, vasallagium & obstagium, pactum circa libertatem personæ.

XXVIII. Rem respicientia, vel ad rerum universitatem pertinent, vel ad res singulas.

XXIX. Rerum universitas vel quoad usum transfertur, ut admodiatio, conventio primogenituræ, majoratus, fidei-commissi, familiæ, species locationis conductionis, quæ non pro objecto certam speciem habet, ad varia jura.

XXX. Vel quoad ejus dominium aut acquirendum, quo pertinet unio prolium, pacta successoria conjugum, ganerbinitus seu communis aliqua hereditas, (nam *Gan* significabat commune quid) confraternitates Principum.

XXXI. Aut conservandum, si ex legis vel statuti rigore amissionis periculum immineat.

XXXII. Vel amittendum, quo pertinent pacta renunciativa, apanagium & paragium.

XXXIII. Pacta circa res singulas, v. *Pos. 18.* vel ad communicationem rerum aut operarum tendunt, quo pertinent societates terrestres & nauticæ.

XXXIV. Vel ad translationem, eamque vel domini tum pleni, tum minus pleni, ut in feudo, emphyteusi, jure superficiario, dotalitio vel alius juris in re.

XXXV. Eaque vel gratuita sunt, vel reciproca.

XXXVI. Gratuita, quæ circa domini translationem versantur, vocantur donationes.

XXXVII. Onerosa intendunt, ut vicissim vel periculum feratur, vel diversum quid præstetur.

XXXVIII. Pacta ferendi periculi sunt ludus fortunæ & artis, assecuratio, sponsio, socida & navaria.

XXXIX

XXXIX. At quibus vicissim quid præstatur, vel concernunt præstationem pecuniæ, ut emtio venditio, quæ vel voluntaria est, vel necessaria ex pacto protimiseos, retrovenditionis, jure retractus, congrui, *item* ex jussu Magistratus, si quem subditum amplius habere noluit, & in casu inedia, aliusve necessitatis.

XL. Vel præstationem rei diversæ, ut permutatio & constitutio dotis.

XLI. Vel utrinque pecuniam, ut cambium.

XLII. Vel factum pro re, quo spectat classis universa contractuum do ut facias.

XLIII. Pacta circa aliud jus in re transferendum, *v. Pos. 34.* vel possessionem concernunt, ut pignus.

XLIV. Vel usum rei, eumque vel gratuitum, vel pro mutua præstatione.

XLV. Gratis conceditur usus, vel ad beneplacitum concedentis, ut præcarium.

XLVI. Vel ad certum tempus, idque vel in re, quæ post usum integra superest, ut commodatum, aut ob certum usum.

XLVII. Vel in re, qua sine consumptione vel alienatione uti non possumus, ut mutuum.

XLVIII. Verum hodie mutuum gratuitum esse vulgo desit. Interim quia Jus Canonicum ex superstitione intempestiva usuras respuit, avaritia vero humana eas ultra modum extendit, Leges Politicæ omnium fere gentium certum terminum usuris posuerunt.

XLIX. At Juris Canonici Doctores, Prælati & ipse Pontifex variis fraudibus prohibitionem propriam eludere cœperunt, effectis montibus pietatis, mohadra, emtione annuorum reddituum & vitalitio.

L. Vel ad dies vitæ, *v. Pos. 46.* ut concessio ususfructus, quamvis in ea plerumque titulorum huc usque enumeratorum aliquis occurat.

LI. Pacta usum sub mutuo præstationis onere transferentia, *v. Pos. 44.* si pecunia præstetur, vocatur locatio rei.

LII. Si res alia præter pecuniam, vulgo appellantur do ut facias, vel facio ut des.

LIII. Facta pacto promissa vel gratuita sunt, vel reciproca.

LIV.

LIV. Gratuita vel ad custodiam rei spectant, ut depositum.

LV. Vel ad expeditionem negotii, ut mandatum, tutela, contractus æstimatorius.

LVI. Reciproca sunt vel pretio determinata, ut locatio operum.

LVII. Vel pro iis præstatur honorarium, quæ facio, ut des, voluntur, eoque pertinet pactum suffragii, (Trödel-Contract.)

LVIII. Vel vicissim præstatur factum aliud, eaque appellantur actio, ut facias.

LIX. Hactenus accedunt promissa securitatis vel media proandi, fidejussio, obstagium (einreiten vel einleuten) Juramentum, chirographum, Guarantigium.

LX. Pacta liberatoria sunt vel gratuita, ut acceptilatio, & pactum de non petendo; vel onerosa, ut delegatio & transactio.

LXI. Denique pacta vel ipsos paciscentes respiciunt, vel tertium.

LXII. Tertius si jusserit, locus erit regulæ: *quod quis per alium facit, id ipse fecisse videtur*; atque adeo cessat actio exercitoria, institutio, & de peculio, tributoria & similes.

LXIII. Tertius si prohibuerit, neque jus inde consequitur, neque obligatur.

LXIV. At si tertius ignoraverit, non ante Jus vel obligatio perfecta inducitur, quam ipse ratihabuerit.

LXV. Neque Notariis publicis hoc Jus sibi arrogare licet, quamdiu a singulis ex populo mandatum generalissimum aut speciale non acceperunt.

CAP. IV.

De

Subjecto Obligationum.

I.

Obligationem perfectam homines recipiunt, non Deus, non angeli boni aut mali, non bruta, multo minus res inanimata; qua de re diximus in *Pos. Jur. div. C. 5. 6. & 9.*

II. Neque omnes homines: summi enim Imperatores subditis suis

fuis perfecte non obligantur. Eodem pertinere creditur *Pf. 51. v. 6. ex quo Owenus: Subditus in legem peccat, regemque, Deumque: Rex peccat soli, rex quia nempe, Deo.*

III. Et quidem ex delicto obligantur etiam furiosi, mente capti, infantes, noctambulones, lunatici, dormientes, ebrii, non ad sustinendam pœnam, sed ad damnum reparandum.

IV. Scilicet quæcunque res damnum dedit, sive ratione deperdita sive destituta, sive animata, sive inanimata, ab ea vel ex ea damnum reparari potest: unde de actione de pauperie ejusque extensione judicare licebit.

V. Ex promissis vero non obligantur, qui rationis usu destituuntur, licet culpa propria in talem statum devenerint.

VI. Scilicet promittere alii natura impediuntur, alii lege prohibentur, quam cantilenam in libellis juridicis per singulos contractus vel centies repetitam legimus.

VII. Impediuntur, qui facultate vel consentiendi vel animi sensa explicandi destituuntur.

VIII. Prioris generis sunt supra *Pof. 3.* enumerati; posterioris surdi ac muti simul, & quidem natura tales; quamvis humana industria naturâ surdos morem loquelæ etiam docere cœperit. vid. *Ammann. de Loquela surdorum.*

IX. Infantes regulariter non obligantur; reliqui impuberes vulgo distinguntur in eos, qui infantia & pubertati sunt proximiores.

X. Determinatio ex annorum numero sumitur. Infans est, qui nondum implevit septennium. Inde usque ad pubertatem in masculis aliud septennium, in fœminis quinquennium decurrit.

XI. Scilicet masculorum pubertas quatuordecim, fœminarum duodecim annis finitis incipit, exceptis causis delictorum, in quibus fœminæ termino masculorum utuntur, ne deterioris conditionis sint, quas ob sexus imbecillitatem melioris haberi par est.

XII. Itaque infantia propinquior masculus est, qui nondum annos decem cum dimidio, fœmina, quæ nondum novem cum dimidio expleverit.

XIII. Nempe hæ personæ propius absunt ab infantia, quam egressæ sunt, quam a pubertate, ad quam tendunt.

XIV.

XIV. Atque hunc calculum certis Arithmetices regulis in-
 iuxum in dubio amplecti par est: quia tamen quaestiones, *utrum puber-*
ati, an infantia quis propinquior habendus sit, saepe in causis sagacitatem
 nimi respicientibus occurrunt, diffiteri non licet, saepius ab hac re-
 gula deflecti; probatio tamen ei, qui exceptionem opponit, in-
 umbit.

XV. Sed & aliquando plenae pubertatis mentio fit, quae ad
 finem anni XVIII. extenditur, quamvis Jus Romanum hac in parte
 ubi non satis constat. *v. S. 4. Inst. de adopt. § 5. ult. qui § quibus ex cau-*
s manumitti non potest.

XVI. Inde minorennitas sequitur, quae Jure Civili ad anni XXV.
 finem, alibi ad finem anni XVIII. aut XX. Jure vero Saxonico ad fi-
 nem anni XXI. durat. *v. Pos. nostr. ad ff. de minor. XXV, annis, Pos. 2. § seqq.*

XVII. Atque hi termini de momento in momentum currunt,
 eque hic dies coeptus pro completo habetur, nisi ubi exceptio do-
 etur.

XVIII. Et quidem pubertatis terminus magis ad corporis: mi-
 orennitatis ad animi perfectionem respicit.

XIX. Enim vero non eodem spatio omnium corpus aut animus
 dolescit: unde certis casibus ad explorandam pubertatem corpo-
 ris inspectio ratione masculorum usitata fuit, tum apud Romanos, *pr-*
inst. quibus modis tutela finit; tum apud Germanos, *Sächs. L. R. L. 1.*
rt. 42. Schwäb. L. R. c. 262.

XX. Et quidem de Jure Germanico antiquo hoc effatum est Taciti,
 ubi fera juvenum Venus; inde discrimen inter pubertatem & ma-
 orennitatem observatum fuisse vix videtur, neque hodie tantum est,
 quantum vulgo concipitur.

XXI. Nempe infans acquirit, sed non obligatur, ne naturaliter
 videm, nisi forte res vilissimas excipiamus.

XXII. Pupillus perinde acquirit, sed & naturaliter obligatur in
 negotiis, quorum indolem animo assequitur. Itaque pubertati pro-
 ximus in multo pluribus, quam infantiae propinquior.

XXIII. Quia vero nec Jus Civile naturalem obligationem,
 quantum ad personam pupilli indistincte & in universum, reprobat:
 inde est, quod saepe in Legibus dicatur, pupillum ne naturaliter qui-
 em obligari.

XXIV. Minorennis curatore præditus, si absque ejus consensu agat, civiliter non obligatur, & Legum analogia spectata hæcenus a pupillo non differt.

XXV. Si vero curatorem non habeat, civiliter etiam obligatur. Læso vero restitutione in integrum succurritur, æque ac si curatorem habuisset, isque in negotium consensisset.

XXVI. Scilicet penes ipsum erat, utrum curatorem vellet, nec ne §. 2. *I. de Curat. l. 13. §. ult. de Tut. & Curat. dat.* Invito enim non obtrudatur. Nec obstat *l. 1. §. 3. ff. de Minor.* ubi de curatore jam constituto, nec *tot. Lit. C. de his, qui ven. atat. impetrav.* ubi de negotiis promiscue omnibus, non de solis extrajudicialibus aliisque non exceptis agitur.

XXVII. Scilicet minorennis invitus certis casibus tutelæ subiciebatur: 1) si quid in judicio agere, *l. 2. C. qui legitim. standi person. in judic. hab.* 2) si a debitore solutum accipere, *l. 7. §. 2. de Minor.* 3) si rationes tutelæ gestæ perquirere & tutorem liberare velit, *l. 7. C. qui pet. Tut. vel Curat.*

XXVIII. Unde multo minor erat autoritas curatoris tutore, illaque ad sola bona restricta, excluso personæ regimine.

XXIX. Postquam vero in universo Imperio Germ. per *R. J. de anno 1577. A. 32.* omnes minorennis curatoribus, quos non ipsi sed Magistratus eligent, subjiciuntur, omnes istæ differentiæ corruunt; qua de re dixi in *Disp. de hodiern. Curat. & Tut. minoribus datorum differentia.*

XXX. Prodigii non adeo furiosis, quam hodiernis minorennibus æquiparantur, quandoquidem nihil alienare, nec solutum accipere, nec promittere cum effectu; acquirere tamen, seque delinquendo etiam ad pœnam obligare possunt.

XXXI. Prodigus vero non is protinus est dicendus, qui lautissime vivit, & multum pecuniæ dissipat; modus enim expendendi pecunias ex quantitate patrimonii dependet, quam alii cives regulam ignorant.

XXXII. Sed tum demum juridice prodigus dicitur, quando ei bonis a magistratu est interdictum, quod ipso jure, i. e. sine facto magistratus, fieri nonnulli somniant, satis refutati ab VLRI-CO HVBERO in *pralect. ad ff. de Curat. l. 5.*

XXXIII.

XXXIII. Nempe declaratio Magistratus Jure etiam Romano accessoria erat, eaque formula peragebatur: *quando tu omnia bona patria avitaeque nequitia tua dispertis, eoque te & liberos tuos ad gestatem perducis, inde ego tibi ere commercioque interdico.*

XXXIV. Hodiernæ vero declarationis formulam VOLCKMANN. *Emend. P. 3. c. 24. n. 5.* exhibet, quæ publice in loco domicilii affigi debet, ut cuilibet civium & extraneorum innotescat.

XXXV. In ea terminus ponitur: *bisß der Verschwender ad ånos mores gebracht*; de quo iterum non constat, nisi id ipsum in Magistratu alia declaratione intimetur.

XXXVI. Furiosus tempore dilucidi intervalli recte contrahit; non vero si saltem in conspectu inumbratæ quietis fuerit constitutus, prout CELSVS loquitur *in l. 18. §. 1. ff. de acquir. vel omitenda possessione.*

XXXVII. Fœminæ plerumque moribus gentium perpetuæ tutelæ subfuerunt; quam in rem Juris Attici, Lubecensis, Svecici & Norvegensis Parallelismos exponit PVFENDORFF. *de J. N. & G. L. 3. c. 6. §. 5.* ibique HERTIVS *in annotatis*; idemque ad omnes nationes Græcas pertinuisse, indeque ad Romanos transiisse, conquisitis testimoniis latius deducit JACOBI *in Disp. Lips. de Curat. mulieris Sax. c. 2.*

XXXVIII. Germani veteres mulieres sine Mandio (Worund) ex proprio arbitrio negotia civilia peragere non permittebant, prout ex Longobardorum, aliisque Legibus a LINDENBROGHIO collectis, abunde liquet.

XXXIX. Ea quidem tutela ævo Justiniano exspiraverat, neque in orbe Romano postea restituta fuisse videtur; sed id pro vitati illius seculi in sexum sequiorem tribuendum est.

XL. Medio ævo mulier sine curatore in Judicio agere procul dubio prohibetur, non modo JURE SAX. *L. 1. art. 40.* sed & alio Germanico Schw. Land. *N. c. 309.* quod Jure Lubecensi, Hamburgensi, Württembergensi & plurium Italiae locorum perinde servari, *Pos. 17. ff. de judiciis* notavimus.

XLI. Itaque necessitas curatoris sexus extra Saxoniam non probanda, sed, donec contrarium probetur, præsumenda est.

vid. ZANGER. & SCHVLZIVS *in Synops. Institut. de except. l. 13.* ubi ejus Scholiastes ADRIANVS BEIERVS alia loca jus conforme observantia numerat.

XLII. Sed de actibus judicialibus plura dicendi locus hic non est; unicum saltem observare licebit, eos a muliere sine curatore gestos pro nullis haberi in ejus favorem, non in ejus præjudicium.

XLIII. Circa actus extrajudiciales 1) fœminæ innuptæ, (Magdeolim dicebantur, quas hodie vocamus virginis) *v. art. 45. fin. ex mente Juris Saxonici Communis mobiles æque ac immobiles quocunque contractu in alios recte transferunt. Sächß. Land. R. L. 1. art. 45. in fin. & 52. pr. idemque disponitur Jure Alemannico Prov. c. 309. n. 3.*

XLIV. Eademque sententia in Saxonia extra Electoratum reliqua observatur, teste COLERO *Decis. Germ. 67.* MENCKEN. *ad Ord. Proc. Saxon. tit. 8. thes. 13.* SCHILTER. *ad ff. Exercit. 37. tb. 242. & seqq.*

XLV. At in Saxonia Electorali fœmina sine Curatore super immobilibus valide non contrahit, CONST. EL. SAX. 15. *Part. 2.*

XLVI. Sed neque Geradam, licet sola mobilia complexam, coram Notario & Testibus absque Curatore donare potest. DECIS. SAX. *vov. 22.* & PHILIPPI *Obs. 2.*

XLVII. Reliqua mobilia pro lubitu absque Curatore emit, vendit, donat, mutuo dat, & credita recipit, atque debitores data apocha liberat.

XLVIII. Quamvis enim hoc ultimum non admittat CARPZ. *P. 2. Const. 15. def. 3.* eumque secuta Collegia Lipsiensia; rectius tamen BERGER. *in Elect. Process. Execut. tb. 17.* pro validitate hujusmodi apochæ disputat, eamque sententiam Wittembergenses jam ante aliquot annos amplexi sunt.

XLIX. 2) Mulier absque Curatore in locis, ubi eum constitui moris est, ex contractu regulariter non obligatur.

L. Excipitur mutuum a fœmina acceptum; non tamen excluso Judicis arbitrio. CARPZ. *Lib. 5. Resp. 10.*

LI. Neque ea exceptio ad Cambium aliosque contractus extenditur; nisi quo versio in rem mulieris probatur. CARPZ, *d. l. MENCKEN. ad Ord. Proc. tit. 8. tb. 12. n. 4.* RIVINVS *ad d. t. 8. nunc. 37.* aut fœmina mercatrix in rebus ad mercaturam spectantibus se obligat. vid. *CONSTIT. XV. in fine*; aut eum, qui contractui interfuit, eumque approbavit, dein curatorem sibi contractui petiit, dummodo confirmatio confestim petatur. *MENCK. l. tb. 12. n. 5.* aut denique cognatus mulieris contractui affuit, imque non improbavit. *CARPZ, d. Const. 15. Definit. 18.*

LII. Quam postremam limitationem, licet a nonnullis reuatur, tanto magis admittunt, quod veteri Jure Saxonico proximus fœminæ innuptæ cognatus ejusdem Curator legitimus ipso re sine interventione Magistratus fuisse videatur, *Sächß. L. R. b. I. art. 45. & 46.* ubi de legitimo, *& art. 47.* ubi de dativo Curatore dicitur. add. *Schwäb. Land. R. c. 309. n. 3. & 4.*

LIII. 3) Vxor nec immobilia, nec mobilia ad maritum illata usque ejus tanquam curatoris & administratoris legitimi consensu alienare, neque ad aliquid præstandum se obligare potest. *Sächß. Land. R. L. 1. art. 31. & 45.* *Schwäb. Land. R. c. 309. n. 1.* *HILIPP. ad Decis. Sax. nov. 24. Obs. 4.* Licet alius uxoris curator intervenerit. *CARPZ. P. 2. Const. 15. Def. 25.*

LIV. Excipiuntur negotia oeconomica, de quibus distincte dicit *illustr. BERGER. ad Ord. Proc. Sax. tit. 8. Obs. 6.*

LV. Cæterum ad validitatem alienationis ab uxore factæ solus mariti consensus sufficit; nisi 1) uxor jam habeat Curatorem vel negotia in genere constitutum, 2) contractus in utilitatem finalem mariti vergat. *DECIS. EL. SAX. nov. 25.* Generalis hujusmodi regula est, neminem in rem suam posse auctorem fieri.

LVI. Mulier sive nupta sive innupta curatorem suum, ut consentiat, cogere quidem nequit; petere tamen potest, ut ad istud negotium alius ad consentiendum pronior curator constituatur; quem hujusmodi & fœminæ ex consensu curatoris læsæ regressus ad damnum reparandum contra curatorem non competit.

LVII. Totum igitur hoc curæ muliebris negotium cum magno apparatu suo fere in ludibrium abit; ejusque abrogationem

nem in universum optarunt Status Provinciales Saxonici, ex rationibus gravissimis ab *illustri BERGERO ad d. t. 8. Obs. 1. not. 2.* enumeratis.

LVIII. Interim contractum a fœmina absque curatore celebratum ipso jure nullum, neque adeo restitutionem in integrum opus esse evicit BERGER. *Disp. Jurid. X. tb. 11.*

LIX. Quod vero idem dicto loco *tb. 14. & CARPZ. P. 2. C. 15. Def. 31. PHILIPPI in Vsu Pr. Instit. Ecloga 85. Lib. I.* requirunt, consensum curatoris statim in ipso negotio præstandum esse, id subtilitatem Juris Romani nec recte quidem applicatam sapit, neque usû servatur. v. RIVIN. *Enunc. 38. tit. 8.*

LX. Denique quemadmodum necessitas curatorem adhibendi fœminas etiam extraneas in Saxonia contrahentes tangit, ita nostratibus alibi contrahentibus remittitur ex sententia PHILIPPI *ad Decis. Sax. 24. Obs. 2.* quamvis alii dissentiant & dubitet STRYCK. *in Cautel. Contr. Sect. I. c. 2. §. 30.*

LXI. Alia si forte notanda supersint, ex Commentatoribus ad ORD. PROC. SAX. *tit. 8.* requiri facile possunt.

LXII. Pater cum filio, filiave, quem quamve in potestate habet, non contrahit, quia invicem habentur pro una persona.

LXIII. Quamvis vero facile ostendi potest, Jure Germanico hanc unitatis fictionem non obtinere; tutius tamen est hoc casu prospicere, ut filius prius a patre emancipetur.

LXIV. Quemadmodum enim Jcti nostrates Juris Romani hypothesein sequuntur; ita emancipatio, quæ coram Magistratu inferiori Jurisdictione pollente sola patris declaratione & filii acceptance peragitur, rebus difficillimis annumerari non potest.

LXV. Quamvis vero Jcti Vitenbergenses inde ab aliquot annis mutaverint sententiam, & contractum patris, quo prædium alicui filiorum in potestate ejus subsistentis vendit, certo vitalitio sibi reservato, ratum pronunciaverint; verior tamen est, ne denuo ad normam Juris Civilis redituri vel opinionem suam ad hunc casum specialem restricturi sint, quo filius in procinctu est, instituta œconomia propria, ex sacris paternis exire.

LXVI.

LXVI. Clientem cum Advocato de quota Litis, & ægrotum cum Medico de Sostro pacisci non posse, Jure Civili certum habetur.

LXVII. Nempe pactum de quota Litis, quod nempe Litis retentio vocatur, est conventio, qua Advocatus causam clientis suo periculo peragendam suscipit, ea conditione, ut si occubuerit, certa portio rei vel quantitatis in Litem deductæ ipsi cedat.

LXVIII. Ejusmodi pactiones severe præhibitas reperimus in *l. 53. ff. de pactis, l. 20. C. Mandati, l. 5. C. de postulando, & l. 15. C. de Procurat.*

LXIX. Quumque ea retentio non nisi ab Advocato actoris fieri videatur, ad reorum quoque Advocos extensa est. *l. 6. §. ult. ff. Mandati.*

LXX. Potissima hujus prohibitionis ratio ex *Lege Cincia* requirenda est. scilicet cavebatur, ne quis ob causam orandam munus donumve capiat. Ei eludendæ inter alias fraudes Advocatis istius ævi solennis erat etiam hæc futuri ex lite emolumentum societas. v. BRUMMER. *ad Legem Cinc. c. 9. n. 5. & 6.*

LXXI. Sed & postquam mercedes Advocatorum tolerari cœperunt, cujus historiam BRUMMERUS in *c. l. exequitur*, prohibitio retentionis litis adhuc subsistit. *l. 7. ff. Mandati, l. 1. §. 12. de extraord. cognitionibus.*

LXXII. Male vero nonnulli in Palmaria Advocatorum inveniuntur, quæ tamen dicta *l. 1. §. 12.* expresse permittit.

LXXIII. Neque enim credendum est, Palmaria in fraudem prohibitæ retentionis esse introducta, cum ab ea longe differant.

LXXIV. Nimirum Litis retentori succumbenti omnis operaverit; at Palmarium, i. e. præmium victoriæ, præter salarium conventum, in casu victoriæ modo præstatur.

LXXV. Inde vero patet, quam exiguus hodie sit prohibitæ Litis retentionis usus, quum Advocato magis expediat, salarium conventum absolute, & præterea Palmarium sub conditione victoriæ percipere.

LXXVI. *Annon vero absque Salario litigantibus operam prestare licet, sub conditione, ut istud obtenta demum victoria præstetur? Omnino. si enim Advocatus ad istam conditionem subeundam in causis pauperum cogi potest, quod utique fieri videmus; add. annot. ad*

Posit. 30. ff. de postulando l. 5. cur eam sponte subire non liceat, licet cliens forte possit, nolit tamen, nisi obtenta causa, salarium solvere.

LXXVII. Itaque si v. g. lis moveatur super 600. Florenos, actor cum Advocato recte paciscitur, ut hic non nisi ex victoria 200. florenos Salarium & Palmarii nomine expectet. At ut obtenta victoria trientem summæ in litem deductæ accipiat, pacisci non licebit.

LXXVIII. Ergo non rei, sed vocabulo lex data hodie censetur, ut 200. florenos, qui trientem conficiunt, promittere liceat, at trientem spondere piaculum habeatur. Aut, si mavis, pacisci licet de quota Litis specificative non reduplicative accepta. Quasi vero Advocati de reduplicatione aut quota magis, quam de ipsa pecunia promissa solliciti essent.

LXXIX. Vnde est, quod de hac prohibitione cathedræ quidem strepant, fora autem sileant, & in sola Legum productarum allegatione interpretes acquiescant.

LXXX. Pactum ægroti cum Medico improbatur in *l. 9. C. de Profess. & Medic.* & in *l. 3. ff. de extraordin. cognit.*

LXXXI. Verum & hæc res non dubio caret. Lex enim nona de Archiatriis, quibus annonaria commoda ministrabantur, lex vero tertia de concussionem loquitur, quæ in hodierna Medicorum frequentia locum vix invenit.

LXXXII. Certe pactum, quo Medico annum Salarium promittitur, omnino servandum est, neque forte illicitum hoc erit, quod Medicus ad curam pestilentia laborantium non constitutus cum aliquo eorum pro valetudine recuperanda inivit.

CAP. V.

De

Objecto Obligationum.

I.

Hoc argumentum licet in singulis obligationum speciebus infra latius discutiendum sit; summam tamen, quæ in genere huc veniant, delibabimus.

II. Ani-

II. Animam nostram sub nexu pignoris obligari posse contendit ZIPFEL. vom Wechsel-Brieffen, p. 654. usque 686. sed non probat.

III. Corpus exanime non omnino extra omne commercium est, & Medicis ad Anatomiam corpus proprium in casu mortis vendi posse non sine probabilitate defenditur.

IV. Neque aliud dicendum videtur de legato cadaveris proprii Medicis facto, licet ea res pro indecora vulgo habeatur, & ad cadavera punitorum restringatur.

V. Forte etiam intercederet ærarium Ecclesiæ, alique, qui ex funeris pompa lucrum capiunt.

VI. Cadaver vero alienum sine Principis permisso in commercium non venit, ne quidem si cognati id vendituri sunt, quia nempe jus cujusvis in corpus proprium etiam post mortem superesse creditur, neque ab aliis interverti potest.

VII. De commercio sanguinis hominis vivi quæstio curiosa magis quam practica est. Quemadmodum enim sanguinem caentem & recens effusum non secus ac coagulatum, sive crudum sive coctum, ore haurire non sine insigni damno & periculo licet; vid. BARTHOLINI *Comment. de Sanguine vetito*, ita Chirurgia transferoria, de qua GEORG. PRASCH. in *inventis novis antiqu. c. 6. §. 1. p. 301. seqq.* nemini huc usque persuaderi potuit; quæ vero de Judæis Sanguinem hominis Christiani, ut fœtori medeantur, certo tempore haurientibus circumferuntur, procul dubio fabulæ sunt.

VIII. Ossium & reliquiarum cadaveris non pridem resoluti commercium diserte prohibet *l. 7. C. Theod. de sepulchro violato*, verb. *humatum corpus nemo de loco in locum transferat; nemo mercetur*, quam legem in Codicem Justinianum translata, sed castratam & in alienum sensum detortam reperio in *l. 14. C. de religiosis*.

IX. Forte etiam veneratio & adoratio reliquiarum, quam vano obtentu excusant Romanæ sedis satellites, ævo Justiniano jam invaluerat; quantum vero pretium his reliquiis hodie ponant, & credulos opibus emungant, non sine stupore videmus.

X. Famam oppignorari posse a Germanis creditum est, &

hodiernum usurpantur formulæ: bey Adelichen Ehren, bey Cavalier-Parole, bey Treu und Ehren, bey Schelmen schelten; sed postquam ab antiqua fide descivit Seculum, hanc obligationem insuper haberi, tota die videmus, nisi quod milites captivi eidem adhuc debitum pretium ponant. Conf. TEXTORIS *Disput. Academ. 12. de Clausula fidei equestris*, & ZOLLI *Disp. de promissionibus generosa fide vallatis*.

XI. Disputatio, an hæ clausulæ Juramento æquipolleant, frustranea est. Nam ideo juramenta non sunt, quia Deus non invocatur. At fidem fallens perinde a perjurus infamiam incurrit.

XII. Vnde non video, quid obstet, quo minus creditor, qui hac clausula sibi prospexit, petere possit, in Rechten zu erkennen und auszusprechen, daß Beklagter, weil er seinem Versprechen und beygefügter Versicherung nicht nachgekommen, seiner Ehren sich verlustig gemacht, und demnach in ehrlichen Zusammenkünften nicht zu dulden, er sey aber nichts desto weniger das libellirte Capital mit dem Interesse moræ Klägern zu bezahlen, sowohl die verursachten Unkosten zu erstatten schuldig.

XIII. Libertas, quæ Servituti opponitur, in contractum non venit, quamvis olim venerit apud Germanos; venit tamen & hodie, quæ opponitur captivitati, valet enim obligatio conventionalis ad carceres; ejus affine OBSTAGIVM, atque adeo beneficio cessionis bonorum & rescriptorum moratoriorum recte renunciatur. MYNSINGER. *Cent. 6. Obs. 51.* FREVDENBERG. *de Rescriptis moratoriis, Concl. 26. n. 21.*

XIV. Membrorum hominis singulorum, imo corporis & vitæ æstimationem esse ex Legibus, moribusque Germanorum, negari nequit; inde vero eorum commercium non sequitur.

XV. Æstimatio enim non pertinet ad alienandi facultatem, sed ad qualemcunque reparationem damni, quemadmodum v. g. virginitatis ereptæ compensatio.

XVI. Quousque res, quæ vulgo commercio exemptæ dicuntur, in contractum veniant, dixi, ut hanc doctrinam emendavi, *Pos. 20. Inst. de R. D.*

XVII. Artes liberales in commercium non venire, tralatitium est, sed plerumque falsum.

XVIII.

XVIII. Idem dicendum est de actibus sacris, qui effectum supernaturalem producant, aut saltem eo referuntur, v. g. *Baptisma, Hierologia, Concio funebris & similes.*

XIX. Nescio vero, an Confessio & Absolutio a peccatis, ipsae ad munus ecclesiasticum Promotio pretio redimi nullo modo posse credatur.

XX. Certe Simonis Magi crimen **ACTOR.** *VIII. 18. usque 22.* ad dona miraculosa pertinet, atque adeo ad ministros verbi homines, qui studia academica Theologica oblata pecunia consequuntur, vix quadrat. *Conf. Epist. ad ROM. XV. 27. 1. COR. IX. 7--18.*

XXI. Quin & *προφήτεια*, licet originis supernaturalis sit, emolumento tamen pecuniario non destituebatur. *1. SAM. IX. 6. sqq.*

XXII. Unde videmus, quam minime suffecerit hujus criminis obtentus, a Pontificibus vulgo superstitione suffultis, ad Imperatores de jure Episcopatus conferendi deturbandos, pessimo exemplo usurpatus. **CONRING.** *de republ. Imp. Rom. Germ. Exercit. 7. de Constit. Episcop. Germania imprimis §. 50. seqq.*

XXIII. Corporis concessio ad libidinem restringendam, sive momentanea sit, sive ad certum tempus, etiam longius duratura, odie prorsus illicita ac damnata est.

XXIV. Secus Jure Rom. quo turpiter faciebat meretrix, quod esset meretrix, at non turpiter accipiebat, postquam erat meretrix. *4. & 5. ff. de condict. ob turp. caus. l. 43. §. 4. & 5. de ritu nuptiarum.*

XXV. Nempe vita meretricia publice tolerabatur, dummodo am profiteretur mulier; & multo magis mittebatur *Concubinatus*, qui vulgo turpitudine non laborabat. *l. 1. pr. l. 5. ff. de Concub. l. 41. 1. ff. de ritu nupt. l. 144. ff. de V. S. l. 3. C. de natural. HUBER. in liberis digress. Just. P. I. L. 2. c. 11.*

XXVI. Siquidem ex Juris Rom. hypothese concubitus quadruplicis, si moralitatem respicias, generis erat: 1) honestus, & privilegiatus, matrimonium; 2) honestus & non privilegiatus, concubinatus; 3) turpis, sed toleratus, vita meretricia, & aliquando pellicatus; 4) turpis & damnatus, stuprum, adulterium & sacrilega libido cum Virginitibus Vestalibus & hodie ex Romanensium sententia cum Molibus.

XXVII. Factum tertii promitti jure Rom. non poterat, sed verbain factum proprium concipienda erant, se curaturum & effecturum; verum hæc formularia subtilitas hodie ab usu recessit, & factum proprium tacite subintelligitur.

XXVIII. De rebus alienari prohibitis late & eleganter agit SANDE *in Tr. de prohibitione rerum alienar.* cujus Synopsin exhibet HVBER. *in Praelect. ad Inst. tit. quibus alienare licet vel non.*

CAP. VI.

De

Cautelis Contractuum in genere.

I.

Quemadmodum universa prudentia, quatenus sapientiæ opponitur, in arte cavendi subsistit, quod luculenter probat THOMAS. *in Comm. de prudentia Jctorum consultatoria*; ita Jurisprudencia maximam partem in hoc artificium resolvitur.

II. Unde tot scripta videmus de Cautelis, quas magis Latino vocabula cautiones vocare præstat, Jcti de ARCANO, MARTII ANTONII, PLANCII, HIPPOLITIS BONÆCOSSÆ, PETRI CORNELII BREDERODII, BARTHOLOMÆI CÆPOLLÆ, JOH. HIEDEPOLI SERAMI, JOH. CHRISTOPH. NEHRINGII, LAURENTII TENNINI, aliorumque, quos magnam partem collegit JOH. FICHARDUS *Francof. 1572. 82. in fol.* Sed & Cautelas Advocatorum & Notariorum circa Processum civilem & criminalem, item in materia ultimarum voluntatum, contractuum, juramentorum, a variis autoribus publicæ luci expositas habemus.

III. Sigillatim hodie manibus Pragmaticorum volvuntur B. DN. SAM. STRYCKII *Tr. de Cautelis Contractuum, Testamentorum, Juramentorum, de caute instituenda praxi forensi, de caute eligendis actionibus*, scripta sua laude dignissima; sed si, quod res, dicere liceat, caute legendæ & usurpandæ.

IV. Nempe *Cautela* est medium honestum, quo negotium civile promptius, efficacius & securius peragitur, atque adversus insidias & machinationes nobiscum agentium munitur. Aliter alii. v. STRYCK *c. l. Sect. 1. cap. 1.*

V. Cau-

V. Cautelæ itaque nomine non veniunt ea, quæ ad validitatem ejusque negotii requiruntur, five quibus non observatis actus nullus & irritus est, v. g. septem testes in Testamento, Curator in negotiis fæminæ, renunciatio S^Cti Vellej. in intercessione mulieris, clausula heredum in mandato ad litem peragendam, & similia, quæ sæpe sub larva Cautelarum venditantur.

VI. Deinde Cautelæ non sunt deceptiones & dolus, quibus in-
autos fallimus, obligationi nos subducimus, & creditoribus labi-
mur, cujusmodi improbæ artes, quas etiam STRYCK. *Seçt. 1. cap. 1. §.*
detestatur, vultures & vulpes, non homines honestos decet.

VII. Porro Cautelæ non sunt instituta, quibus a scopo deside-
rito potius avertimur, quam ut eum consequamur, quod in contra-
ctibus præcipue evenit, si clausulis nimis scrupulosis & indignis viros
etiam probos a nobis abalienemus, atque ad deceptionem incite-
mus.

VIII. Huc pertinent Cautelæ abundantes, de quibus STRYCK.
cap. 1. §§. 13. 14. 15. quas omnino nocere puto non contractui, sed
contrahenti.

IX. Omne fundamentum fidei & conciliandorum negotiorum
est amor; amorem vero a proximo non nisi significato amore ipsius
revocamus.

X. Amori inseparabili nexu inest confidentia quædam: qui
honestati meæ non confidit, procul dubio me non amat; honor est
opinio de alterius honestate.

XI. Ita vero cum animo humano naturaliter comparatum est,
ut alterius resistentia ad mutuo resistendum, & diffidentia nimia ad
diffidendum vel illudendum invitet.

XII. Contra versutus & fraudulentus si quem sincere & bo-
na fide secum agere videt, ad fidem reciprocam magis allicitur.

XIII. Objicitur, non omnibus fidem habendam esse. Respon-
deo: Cum improbis omnes contractus, qua fieri potest, evitandi sunt,
ulla enim Cautela juvabimur.

XIV. Neque solamen ex judicis auxilio superest, postquam li-
um sumtus & diuturnitas spem suam ab invito consequendi peni-
is evertunt.

XV. Sed

XV. Sed neque homini aperto semper fidendum est; multi enim solvere cupiunt, sed non possunt, idque vel fato, vel culpa propria, quia parsimoniam honestam fines intra luxum & sorditiam interjectos non observant, aut laboris declinant molestias, aut timidi-usculti inanibus occupantur, licet utilioribus peragendis non sint impares.

XVI. Mea itaque sententia Cautelae generales eo recedunt: 1) A contractibus cum hominibus ignotis, quantum fieri potest, cavendum, etiamsi non fide habita, sed supplemento statim subsequuto contrahamus, quia de evictionis praestatione certi non sumus.

XVII. 2) Fidem habendam non esse ei, qui impense & anxie oblatis pinguioribus conditionibus fidem expetit.

XVIII. 3) Rem acquisiturus, nisi ea ipsi sit perspectissima, semper curet consilio fieri ejus rei periti: affectio enim erga rem ejusve indigentia animum saepe ab accurata inspectione avertit.

XIX. 4) Facto alterius usus dispiciat, an sufficiente industria & dexteritate polleat.

XX. 5) Cum multis ne contrahas, maxime si restitutionis beneficio gaudeant, e. g. civitates, universitates, Ecclesia, Fiscus. vid. STRYCK. *Sect. I. c. 3. §. 8. seqq.* RHEDOANUS scripsit *Tr. de rebus Ecclesiae non donandis*, qui simul exponit, quas Cautelas possit quis observare.

XXI. Neque cum Principe aut alio potentiori, nisi ejus honestas perspectissima. Liberalitati enim impudandum, qua ipse solvit debita etiam perfectissima.

XXII. Is semper contractus eligendus est, qui plus juris tribuit, vel auctiorem obligationem, & ubi debitor bonis labitur, praerogativam ordinis in concursu creditorum conciliat.

XXIII. Circa rerum acquisitionem observandum, an alienari possint; qua de re Positione ultima capite praecedenti diximus; quibus vero mediis prohibitio removeri queat, exponit STRYCK *d. c. 3.*

XXIV. In contrahendo statuta loci contractus observanda sunt, qualia singulari industria collegit HENR. GIESEBERTUS in *Justiniano Harmonico, periculis statutorum Harmonia Practica & Deuteronomio Harmonico*. Verum ipse multa statuta specialia praetervidit, quas

uæ proinde data occasione Candidatis Praxeos pervolvenda
int.

XXV. Verum nimia diligentia hic evitanda: statutis enim Gal-
æ, Hispaniæ, Siciliae, & regnorum provinciarumque externarum
ito carebunt Advocati nostrates, dummodo vicinarum urbium re-
ionumque jura ipsis ignota non sint.

XXVI. Quam in rem laudandum est institutum in plerisque
Academiis hodie frequens *arg. Disp. Juridicarum in collatione Jurium
provincialium & statutariorum cum Jure communi collocandi.*

XXVII. De *renunciatione* jurium late agit STRYK *Seç. I. c. 5.*
em GIFANIUS, aliique a Joh. Schiltero in II. Tomos collecti.

XXVIII. Pauca inde delibasse sufficiat: 1) *Renunciatio* in du-
io non præsumitur.

XXIX. 2) *Renunciatio* generalis nullius effectus est, nisi specia-
s accesserit, quia non constat, an generaliter renuncians de hac
el illa specie cogitaverit, ad non cogitata vero *renunciatio* non
xtenditur. *l. 4. §. 4. ff. si quis Cautionib.*

XXX. Ut vero præcedat *renunciatio* specialis, nullibi disposi-
im reperio, quia ordo scripturæ in Instrumentis regulariter non
nimadvertitur.

XXXI. Plane vero inepta est *renunciatio* regulæ: *Renunciatio-
em generalem non valere, nisi præcesserit specialis.* STRYCK. *Seç. I c. 5.*

XXXII. 3) Juri alieno absque mandato speciali renunciari
on potest, & mandatum ad contrahendum regulariter non sufficit.

XXXIII. 4) Juribus ignotis *renunciatum* non confetur, nisi
isjurandum, prout Doctores opinantur, *renunciationi* accesserit.

XXXIV. 5) *Renunciatio* strictæ est interpretationis.

XXXV. 6) *Acceptatio* *renunciationis* necessaria non est,
uemadmodum nec pacti liberatorii: ubi enim alligendum est vin-
ulum, id utrimque apprehendi oportet; non vero ubi dissolven-
um.

XXXVI. 7) Legi prohibenti, aut solennia tanquam formam
ræscribenti renunciari non potest, sive Lex Divina sit, sive hu-
iana.

XXXVII. Neque juramentum excludit Legis humanæ prohi-

bitionem, licet praxis ex Sophismate Pontificio contrarium, tueatur.

XXXVIII. Solennibus tamen processus ordinarii recte renuncietur, quem ad modum & quibuscunque aliis non nisi in renunciantis favorem introductis.

XXXIX. 8) Remediis judicialibus in universum renunciare non licet; & valde dubito exitum habituras esse ingeniosas insidias a STRYKIO c. 5. §. 21, in fine commemoratas.

XL. Cæterum, quæ de Cautelis nimis non adhibendis supra dixi, magis ad eas pertinent, quibus debitor a subterfugiis arcetur, quam quibus contractus confirmatur.

XLI. At in disceptatione judiciali inter animos infestos nulla non metuenda vexa est, proinde nulla cautio nimia est, nisi quæ Advocatos plane ridiculos reddit.

CAP. VII.

De

Sponsalibus.

I.

S*ponsalia* sunt mutua promissio futurarum nuptiarum, i. e. futuræ corporum traditionis. Unde ea omnium gentium jure atque moribus à nuptiis differunt.

II. Nempe Sponsalia sunt celebratio contractus, nuptiæ ejus consummatio.

III. Sive vero ab ipsis contrahentibus, sive per parentes, internuncios, aut literas consensus explicetur, proinde est, dummodo de intentione personarum principalium constet.

IV. Ab iis differt *promissio Germanorum preliminaris*, quæ vulgo *Das Ja Wort* vocatur, i. e. declaratio ex parte sponsæ, se à conditione oblata non abhorrere, sed spem nuptiarum facere, dummodo in reliquis circumstantiis convenire possit.

V. Atque hoc institutum utilissimum est, quo alter contrahentis alterius animum explorare, atque, num sine rixis & molestiis vita cum eo transigi possit, prælagire queat. Denique, ut

spa-

spatium superfit determinandis conditionibus v. g. dotis, instituendi domicilii, successione & similibus, quin etiam ut præmissa conversatione alter alterius inclinationi paulatim assuefiat.

VI. Adeo ea promissio similis est pacto de emendo, ex quo nulla obligatio perfecta nascitur propter incertitudinem circumstantiarum, & quia conditiones difficillimæ utrinque propositæ contractum impedire facile possunt.

VII. Unde eam promissionem præliminarem Sponsalibus de futuro recte & eleganter nonnulli accensent, quum alias ejusmodi Sponsalium, si recte explicentur, inter privatos nullus usus futurus sit. *Conf. Pos. 68. seqq. § de Nupt. ibique annotata.*

VIII. Quemadmodum regulariter quodlibet pactum vel pure, vel sub conditione initur; ita & sponsalia in *pura & conditionata* dividi res notissima est.

IX. Pleraque vero sponsaliorum conditionalium attributa falsa sunt, & ex reliquiis superstitionis Papalis profecta, v. g. *quod si prioribus pura posteriora præferantur, quod turpis vel impossibilis conditio ea non vitiet, sed vitietur, nisi substantia matrimonii adversa sit, quod subsequutus concubitus inferat præsumptionem conditioni tacite renunciatum esse.*

X. Obligatio enim conditionalis perinde perfecta est ac pura; & sanctimonia societatis conjugalis non patitur præsumptionem ærii consensus, si turpe quid adjectum sit; neque ratio suppetit, cur à reliquorum pactorum regulis sponsalia eximantur; denique traditio rei venditionem conditionalem in puram non mutat.

XI. Deinde sponsalia sunt vel publica vel clandestina.

XII. Publica sunt, quæ 1) Parentum consensu, 2) testibus intervenientibus celebrantur.

XIII. Clandestina, quæ vel utroque vel alterutro horum requisitorum destituuntur.

XIV. Jure Rom. solius patris aut avi, qui sponsum sponsamve in potestate habebat, consensus sub pœna nullitatis requirebatur. §. 12. §. de Nupt.

XV. Hodie in Ecclesiis Protestantium cujuscunque ascendentis consensus requiritur, sine quo nec proclamatio Ecclesiastica

ca nec *ισεολογία* fieri à Ministro Ecclesiæ sub pœna remotionis ab officio potest; nisi quod aliquando Consistoria Ecclesiastica consensum parentum sine sufficiente causa dissentientium suppleant.

XVI. Quando vero liberi non requisito parentum consensu ad concubitus prodeant, sponsi quidem parentes nuptias amplius impedire non possunt; at sponsæ parentes ad præstandum consensum neque tum coguntur.

XVII. Et ita intelligenda est regula: *Sponsalia imperfecta mediante concubitu perfectionem consequi.*

XVIII. Scilicet id fit, ut sponsæ defloratæ consuletur, quæ regulariter pro seducta habetur.

XIX. Cæterum recte jubere possunt Principes, ne concubitus præmaturus, utpote Legibus Ecclesiasticis illicitus, aliam rem illicitam, nimirum sponsalia clandestina confirmet.

XX. Scilicet LL. humanæ etiam sub pœna nullitatis certa requisita matrimonio præscribere possunt; idque à Divo FRIDERICO Prussia Rege in Ordinatione matrimoniali factum est.

XXI. Vtrum etiam eorum, qui parentum loco sunt, patrum, amitæ, avunculi, materteræ, item tutorum, curatorumve consensus adhibendus sit, negatur de Jure Saxonico, affirmatur in Marchia Brandenburgica *per Ordinat. Consistorialem* JOH. GEORGI Marchionis tit. 59. item novam Constitutionem Divi FRIDERICI Prussorum Regis §. 7.

XXII. Testium vice fungi possunt ipsi desponsatorum parentes, dummodo præsentibus actui interfint; absque testibus vero etiam personæ sui arbitrii desponderi non possunt, nempe non ob defectum juris, sed probationis.

XXIII. Vnde si partium confessione vel litteris probari possit, omnino obligat.

XXIV. At Juramenti delationi locus non est; qua quidem in parte Collegia Jctorum sibi non semper constant.

XXV. Distinguendum vero inter *juramentum purgatorium* & *suppletorium*, quod omnino locum habet, si indicia vel semiplena probatio contra negantem, militent, & *delatum*, cui locus non est.

XXVI. Cur vero non admittatur juramentum delatum, causam vulgo afferunt, *quia contra matrimonium jurari non potest.*

XXVII. Quæ profecto inepta est; melius enim consulitur matrimonio admissio juramento, quod forte præstari non potest, quam petitione simpliciter repudiata.

XXVIII. Veriorem causam puto metum perjuratorum, quia, quemadmodum cupiditas, ita & nausæ circa matrimonium invidendum plane immodicæ sunt; cui forte accedit dignitas negotii, quod serium & deliberatum non videtur, si clancularium sit.

XXIX. De dissolutione Sponsaliorum *peculiari Commentario* egit **TRYKIVS**, ubi multos errores detexit, quorum primarius est, à sponsalibus mutuo consensu contrario recedi non posse, cujus fontem reperiisse puto apud **LEVENCLAVIVM** *Juris Græco-Rom. lib. .p. 134. seqq.*

XXX. Ne vero privatim & absque judicis Ecclesiastici auctoritate discedatur, æquissime & prudenter constitutum est.

XXXI. Cautelas Politicas circa ineunda Sponsalia explicat **THOMASIVS** *in Prudentia Consultatoria c. 7. §. 6. usque ad §. 20.*

XXXII. Juridicæ sunt, ut, qui præcipiti impetu ad contrahendum proruit, si regressus adhuc pateat, facta potius bonorum quam animi tranquillitatis jactura, à promissis recedat.

XXXIII. Patet vero regressus, quamdiu copula corporum non intercescit: A furtivo igitur complexu quemadmodum semper abstinendum est, ita maxime, quamdiu quis animum personæ desponsatæ nondum satis exploravit.

XXXIV. Sed neque animorum harmonia sufficit; de mediis etiam familiam sustinendi, de securitate inferendorum, de successione, aliisque, prout personarum conditio exigit, dispiciendum est.

XXXV. Persona refractaria ad consummationem auctoritate judiciali implorata nunquam cogenda est; cavendum vero ne consummatio nuptiarum diu differatur.

XXXVI. Si obstaculum, quod removeri posse speratur, v. g. consanguinitas vel affinitas remotior, aut deliberatio nuptialis, quasdam personas intercesserit, id non celebratis demum sponsalibus, sed ante ea removendum est.

CAP. VIII.

De
Nuptiis.

I.

Nuptiæ vel Solennitatem denotant declarandæ mutuæ traditionis corporum, atque adeo viri & mulieris conjunctionem.

II. Vel Statum ex ista conjunctione ortum, societatem nempe indissolubilem sobolis procreandæ causa initam.

III. Quantum ad priorem significatum, non possunt fieri nuptiæ absque præcedente triplici citatione publica eorum, qui nuptiis istis aliquid obstare putant.

IV. Vnde convenienti vocabulo Germanice vocatur das *Muffgeboth*, i. e. provocatio ad interveniendum; & præstaret, clausulam alicubi usitatam: *Hat jemand etwas darein zu sprechen, der thue es bey Zeiten*, vel, quæ potior videtur: *Weiß jemand Ursachen, warum diese Personen einander nicht heyrathen können, der wolle solches in Zeiten anmelden*, ubicunque adhiberi, quo de fine proclamationis plebi tanto certius constet,

V. Ista proclamatio sine Principis dispensatione neque omitti, neque contrahi potest; & quando omittitur, personæ conjugendæ, maxime sponsus jurejurando obstringitur, se aliis fidem non dedisse.

VI. Inter personas vero Illustres & multis in locis Nobiles ea proclamandi solennitas sæpe negligitur.

VII. In altero significatu 1) observari solet, nuptias seu matrimonium esse societatem inæqualem, quamvis gradus inæqualitatis pro temporum & gentium varietate semper varius fuerit.

VIII. Deinde hæc societas perpetua est, nec nisi adulterio solvitur. MATTH. V. & XIX.

IX. Mores nostri addunt desertionem malitiosam, quam non recte probari puto ex I. COR. VII. 15.

X. Melius forte dicitur, ex desertione semper præsumi adulterium,

adulterium, quia alia ejus causa inter homines sanæ mentis esse non potest.

XI. Alii multo plures divortiorum causas enumerant. vid. BRVCKNERI *Decision. Matrim. cap. 16. integro seqq.* Sed eæ vel ad nullitatem antecedaneam referuntur, vel solam cohabitationis continuationem interrumpunt, non statum matrimonii dissolvunt.

XII. Non omnes vero omnibus jungi possunt. Eximuntur enim cognati & affines, juxta regulas IV. Juris Divini positivi universalis in *Posit. ad ff. de Sponsal. p. 423. seqq.* exposita.

XIII. Jure humano vero juxta *Ecclesiam Romanensem* intra gradum quartum computationis Canonicae, juxta *Evangelicos* vero regulariter intra gradum tertium lineæ inæqualis, tum consanguinei, tum affines a matrimonio arcentur.

XIV. Nec nisi una uxor uni marito jungi potest; dissoluto tamen vinculo alius aliave recte substituitur.

XV. Dicunt, qui Polygamiam simultaneam defendunt, societatem promoveri posse. Respondetur, promoveri tantum multitudinem hominum. Multitudo autem inordinata non est societas. Nempe Polygamia simultanea Jure etiam divino prohiberi videtur, *LEV. XVIII. 18.* Ad argumenta BERHARDI OCHINI *Dialogo 21.* SINCERI WARENBERGII, THEOPHILI ARCVARI, GVIL. HIERONYMI BRVCKNERI, & qui hodiernum licentiam Polygamia Gedani tuetur, WVLEMBERGII, haud difficilis videtur responsio.

XVI. Jure humano Polygamia capitalis est, sed conjugis innocentis remissione poena mitigatur; de quo dixi *Art. 121.* CONST. CRIMINAL. CAROLI V.

XVII. Aliquibus in locis viduus vel vidua ad consummationem secundarum nuptiarum non admittuntur, nisi liberis prioris matrimonii determinata sit portio ex defuncti patris vel matris hereditate debita, vel nisi mater tutrix rationes reddiderit; cujus dispositionis æquitas per se patet.

XVIII. Maritus acquirit omnia ex operis uxoris profecta, licet ipsa proprio nomine negotiationem vel industriam exercent; & quicquid finito matrimonio præter dotem & illata in custodia mariti

mariti defuncti & viduæ reperitur, mariti esse præsumitur, etiam si iste, dum viveret, jure suo usus non sit.

XIX. Vbi tamen prisca bonorum inter conjuges communio adhuc observatur, ac quæstus quoque communis est.

XX. Contra uxor a marito alenda est, etiam ab obærato & creditoribus concurrentibus, usque dum vel ipsi de dote & illatis satisfiat, vel bona inter creditores distributa sint; quod tamen ad uxorem solam, non etiam ejus liberos pertinet.

XXI. Modus regulariter ex quantitate illatorum determinatur, quorum tamen usuræ si non sufficiant, judex, quid addendum sit, æstimet.

XXII. Contra maritus egenus, si aliunde se exhibere non possit, ab uxore locuplete ex receptitiis alendus est.

XXIII. Castigatio marito ita a quibusdam tribuitur, ut ei valide renunciari non possit; verum si quid Leges humanæ hic permittant, ea tamen violentia rationi plane adversa est.

XXIV. Porro maritus recte intercedit, quo minus uxor eo invito vel inscio ratione bonorum, exceptis receptitiis, efficaciter contrahat, aut in præjudicium portionis statutariæ in casum mortis marito debitæ ultima voluntate disponat.

XXV. Maritus de domicilio decernit, eumque uxor sequi tenetur, etiam relegatum, quatenus res familiaris & pudor permittunt.

XXVI. Vxor operas consuetas in administranda œconomia præstare tenetur, de quibus late agit STRYCK. *in Usu moderno ff. de ritu nuptiarum, th. 52. usque ad 88.*

XXVII. Multis vero in locis arctissimam istam conjunctionem comitatur omnimoda *bonorum communio*, ex qua fit, ut defuncto alterutro nomina ab eodem & superstite contracta ex massa universa detrahantur, quodque inde superest, in partes æquales duas dividatur, quarum altera viduo, viduæve, altera liberis vel cognatis defuncti conjugis cedit, idque sæpe ex lege, ut, quamdiu status viduitatis non mutatur, conjux superstes utraque portione fruatur, sub onere tamen alendi liberos; de qua communione, num ex Jure Civili vel Canonico derivetur, prolixè disputat STRYCK. *d. l. §. 90. seqq.*

XXVIII.

XXVIII. Denique uxorem foro mariti subjici, ejusque dignitate utrobique frui, & omni Jure certum est, excepto matrimonio ad Morganaticam.

CAP. IX.

De

Pacto adoptionis.

I.

Adoptio Jure Rom. actus legitimus erat, quo quis in filii locum assumit eum, qui sibi extraneus est, ad solatium eorum, qui liberis carent, inventus.

II. Quando cœperit adoptio, incertum est, atque **BALDUINUS** in notis ad d. de adopt. item **JACOB. OISELIUS** in Notis ad Caji Inst. Lib. 1. tit. 7. antiquissimorum temporum, & prisca moris mentionem faciunt.

III. Neque magis constat, num utraque species arrogatio & adoptio simplex eodem an diversis temporibus cœperit.

IV. Quantum in re incerta conjicere licet, arrogatio dudum post introductas XII. Tab. Leges invaluit, adoptio vero simplex constitutis demum Prætoribus: Nam neque scriptores Romani, præter Ciceronem & Dionem Cassium, antiquiores ejus meminerunt, neque antiquiora exempla prostant, quam *Titi Pomponii Attici, Quinti Æmilii Pauli*, ejusque fratris.

V. *Arrogatio* fiebat rogatione ad populum habita in Comitibus Curiatis, præmissa inquisitione & ætate ejus qui adoptare vellet, atque interrogatione ex arrogando, utrum ipse autor fieret. v. **OISELIUS** d. 1. & **HUBER.** digress. p. I. lib. 2. c. 23.

VI. Decretum populi in Comitibus congregati, cujuscunque generis id esset, Lex vocabatur, ex quo intelliguntur, quæ **ANTON. AUGUSTIN.** de LL. in Lege Cæcilia & Ditia p. 43. commemorat, singulas adoptiones singulis Legibus niti.

VII. Adoptio vero in specie in filiis-familias trina mancipatione & trina manumissione, in cæteris vero liberis una mancipatione penes eum, apud quem Legum actio est, perficiebatur.

VIII. Verum sub Imperatoribus & postremis quidem gentilismo addictis arrogatio auctoritate Principis, adoptio apud acta Judicis cujusque competentis, absque solennibus priscis fieri cœpit, eo quidem discrimine, quod satis indicavi in *Posit. ad 7. § D. de Adopt.*

IX. Ex dictis melius constabit de usu adoptionis hodierno, qui quatenus ea arrogationi opponitur, nullus omnino est, neque aliquem ævo Justiniano fuisse conjicio.

X. Quod enim ad minus plenam attinet, ea antiquo jure non minus ac arrogatio patriam potestatem in adoptantem transferebat; at ex legislatione Justiniana nec nomen mutat, neque ex parte adoptantis potestatem, aut ex parte adoptati suitatatem transferebat, neque quicquam aliud operatur, quam ut adoptatus adoptanti patris nomen tribuat, eidemque, at non adoptans adoptato, succedat.

XI. Ista vero omnia citra adoptionem facillime obtineri possunt: Nomen enim mutare citra tertii præjudicium res liberrimi arbitrii est, *tit. C. de mutat. nom.* & notionibus variis ex privata conventionione non infrequens, prout exemplo MARCI ZUERII BOXHORNI, quod ipse in *Pref. Epistolarum & Poëmatum* declarat, & nuperrime *Livii Odeschaldi* docemur.

XII. Successio adoptati etiam mediante testamento vel codicillo obtineri potest, & facillime aboleri, quam emancipandi facultas obtineri.

XIII. Denique nomen patris quilibet extraneus, quem privatim educamus, absque adoptione nobis tribuet.

XIV. Plena adoptio invito patre adoptandi naturali fieri nequit, quippe qui vel gener adoptantis est, vel filius emancipatus, atque adeo nepotem divitem avo in adoptionem vix dabit. Dulcius quoque avi, quam patris nomen est, & successio non minus in avum absque adoptione e jure novo devolvitur. Add. quæ dixi *ad ff. de Adopt.*

XV. Arrogatio vero, cujus exempla hodie nonnulla supersunt, quomodo instituenda sit, exacte exponit *B. D. NICOLAI Resolut. practicas*, cui nihil addimus, nisi quod hodie in Territoriis Electorum & Principum potentiorum Comitibus Palatinis facultas arrogationem confirmandi denegetur.

CAP. X.

De
Emancipatione.

I.

Emancipatio secundum mores Justinianeos pactum est, quo pater filium consentientem e potestate dimittit. §. 10. *f. quib. mod. Jus patr. pot. solv.* Antiquiores ejus ritus ex *Legibus XII. Tabb. & Anastasiana*, de quibus alibi, huc referre non est opus. *v. Comment. JAC. OISELII in Caji Inst. una cum HUBER. Digress.*

II. Eam fere comitabantur pacta de bonis tum patri ex substantia filii, tum filio ex peculio profectitio relinquendis.

III. Quo vero pater præmio emancipationis fruatur, inde ab ævo Justiniani conventionem opus non est, postquam emancipanti dem jus in bona emancipati, quod Patrono in bona liberti competit, §. 6. *f. d. t.* Sed & ex Lege Constantini triens bonorum adventitiorum, ex Justiniani vero Constitutione dimidiæ eorum partis ususfructus ad dies vitæ relinquitur. §. 2. *f. per quas pers. cuique aliquid acquiratur.*

IV. Unde cautelam exsculpunt nonnulli Jcti pro patre divites habente liberos, ut eos ante expresse emancipet, quam ii ad separatam oconomiam procedant; sed immerito.

V. Jure enim Romano ante-Justiniano nullus erat modus, quo liberis invito patre ex ejus potestate exire liceret, præter mortem patris: nulla enim dignitas aut munus publicum eos liberabat. *v. §. 4. f. quib. mod. jus patr. potest. solv. NOV. LXXXI. pr. it. c. 1. & 3.*

VI. Quamvis vero nonnullæ dignitates a potestate liberarent, *l. N. 81.* paucis tamen ad eas cum effectu adspirare licebat; reliquis sub imperio patris multo ampliore, ac hodie est, persistendum erat.

VII. At hodie filio majorenni, qui sibi alendo par est, propriam invito patre instituere oconomiam pro lubitu licet. Ineptus itaque foret tanto pretio redimens, quod brevi gratis occupare potest. Neque enim invitum filium expellere ex familia hodiernum licet.

VIII. Cæterum expressa emancipatio hodieque aliquando fieri

ri solet, quoties pater cum filio contractum meditatur, sive ipsi prædium venditurus, sive bona materna divisurus, aut filius, accepta bonorum parte hereditati renunciaturus sit.

IX. Quibus quidem casibus eadem opus non esse ex inductione constat, & alibi latius dixi; interim cautelæ loco ad evitanda litigia adhiberi potest.

X. Maxime postquam emancipatio hodierna nullas omnino requirit solennitates, & vel momento absolvitur. v. VOLCKMANN. EMENDAT. p. 3. c. 37. n. 24.

XI. Bona profectitia, quæ tempore emancipationis filio expresse non adimuntur, eidem tacite relicta videntur. l. 31. §. 2. ff. de donat. Neque ergo pacto expresso amplius opus est.

XII. Imo ejusmodi profectitia, quæ adimere pater salvo decoro possit, penes filios hodie non conspiciuntur, postquam mercatura filiorum-familias res inusitata & civiliter impossibilis est. v. Pos. ad ff. b. t.

XIII. Scilicet quæ apud Romanos inter jura patriæ potestatis primum locum occupabat, unitatis fictio, in Germania ante receptum Jus Romanum extitit, neque postea constanti usu recepta fuit, quamvis Theoretici eum nullo non tempore diligenter docuerint.

XIV. Nempe, quod potestas erat apud Romanos, id Germanis constanter appellatur Vormundschaft, quæ penes Patres maritos & tutores plane eadem fuisse & in jure ususfructus atque obligatione alterum alendi constituisse videtur.

CAP. XI.

De Manumissione.

I.

Manumissio hodie pactum est, quo dominus potestati suæ in favorem servi renunciat.

II. Et Manumissio quidem Mancipiorum hodie rarissima, frequentior vero hominum propriorum.

III. Ea vero neque vindicta, neque testamento, neque in Ecclesia,

lesia, neque inter quinque amicos, neque per denarium, neque per baptismum, censum, convivium, adoptionem, filii appellationem, sed solo instrumento Manumissionis, durch den Laßbrief, oblato plerumque aliquo pretio fieri solet.

IV. Neque ea semper intentione, ut liberi maneant, sed sæpe, et ipsis liceat per matrimonium aliisve modis alii domino se ibjicere.

V. Neque enim hodie traditio sui ipsius in servitutem prohibita videtur; quin ea semper in Germania usitata fuit, olim ex superstitione, hodie ex indigentia & assuetudine.

VI. Imo pluribus in locis, ubi *Jus Wildfangiatus* obtinet, sola commoratio seu scientis seu ignorantis servum facit; unde proverbium: *Die Lust macht Leibeigen.*

VII. Quando vero Servos dico, latius capio vocabulum, ut omnes proprios comprehendat, qui revera liberi non sunt, licet nec per omnia servis Romanis æquiparari possint.

VIII. Nempe extra glebam & præstationes domino faciendas vulgo pro liberis habentur, quia iis non sunt isti acquirendi modi, qui servis Romanis, & ex quibus Dominus multum lucra possit.

IX. Neque ergo quæstiones, quidnam bonorum Domino vel servo tempore manumissionis cedatur, aut quidnam supersint jus Patronatus effectus, locum habent. Nihil enim Dominus retinet, nisi quod præter fundum sibi stipulatus est, vel ex more regionis a rustico libero seu mansuario, (*Mansum enim significat in Hesse) einem Hüßner*, exigere potest.

X. Dimisso homine proprio conjux simul dimissa censetur; non vero liberi jam nati, neque parentes, aut fratres.

XI. Manumissio tacita hodie præsumitur, si dominus hominem è fundo, quem hætenus coluit, expellat, alique fundum tradat, nisi expulso aliunde victum suppeditet.

CAP. XII.

De

Obstagio.

I.

Obstagium corrupte dici pro Hostagio, & Hostagium ab hoste derivari certissimum videtur; & mecum sentire reperio FRANCISCVM BVDÆVM in Glossario Legis Salica tit. 28. & in Glossario ad libros Capitularium voce Hostis, ubi tamen vocabulum obstagii jam sub finem Sec. XIII. usurpatum fuisse commemorat.

II. Hostis vero non inimicum denotat, sed securitatis præstationem, sua in custodia, seu comitatu, seu obsidis præstatione, vel proprii corporis oppignoratione consistat.

III. Ita hostem facere Romæ dicitur Vasallus, qui Imperatorem coronæ suscipiendæ causa Romam proficiscentem sequitur, 1. F. 7.

IV. Eodem referendæ mihi videntur hostenditiæ 2. F. 40. descriptæ, ubi eadem locutio hostem facere & in hostem pergere occurrit. Add. JVS FEVDAL. SAX. c. 4. Neque magis compositum puto hostenditiarium vocabulum, quam blanditias, divitias, delicias &c.

V. Neque insolens fuit, hostagium, demta aspiratione, in ostagium, atque inde, ex affectata puriori Latinitate & analogia obsidis, in obstagium transmutari.

VI. Vnde vero insolitus iste vocabuli hostis vel hoste significatus oriatur, hucusque me ignorare profiteor, nisi quod Germanicum esse conjiciam.

VII. Alii hostem interpretantur exercitum ex Legibus Salicis tit. 28. tit. 32. l. 6. & tit. 66. aliaque loca quamplurima a LINDENBROGIO in Glossario C. LL. Germanicarum subjecto indicata referunt, eodemque collimant WENDELINVS in Glossario Salico, voce hoste, & DV FRESNE in Glossario media & infima Latinitatis, eadem voce.

VIII. Ceterum frequentiore fuisse hostagii quam obstagii terminam

terminum, dubitare nos non ſiunt chartæ antiquæ præter eas, quas jam citati autores nobis exhibent, in opere TRACTATV-
M PACIS IV. Tom. in fol. lingua Gallica a. 1700. excuſo, Tom. I. p. 40.
1. 42. 46. in MEIBOMII rerum Germanicarum Tom. II. p. 216. 224. ſqq.
1 EYBENII Operibus p. 663. MATTH. de Nobilitate p. 911. in fine,
c HERT. in Diff. de Jurisprud. cavente ſuppeditatæ.

IX. Germanice dicitur Einreuten, Einlage, Leiſtung eines Einlagers, cui adduntur epitheta ehrlich, rittermäßige Einlage.

X. Definitur: Pactum, quo quis in majorem contractus ſecu-
ritatem promittit, ſe, niſi promiſſa præſtiterit, in locum certum
nigraturum, indeque non prius diſceſſurum eſſe, donec ſatis-
ecerit.

XI. Adjicitur mutuo, fidejuffioni, aliisque contractibus, non
obligatoriis ſolum, ſed & liberatoriis, v. g. renuntiationi excepti-
onum, apochis & ſimilibus.

XII. Celebratur non ſolum a masculis, ſed & a fœminis, o-
mni etiam a Regibus, Principibus, Eccleſiis, qui vice ſua potiores
ſubditos unum vel plures quaſi obſides in locum obſtagii mitte-
ant, prout ex locis ſupra Poſ. 8. allegatis pateſcit.

XIII. Locus obſtagii arbitrio creditoris permittitur, hac fere
formula: Verſpreche bey meinen höchſten ſeu Adelichen Ehren,
wahren Worten, und guten Glauben, bey Verpfändung meiner
ezigen und zukünfftigen Güter, auch Leiſtung eines ehrlichen
Einlagers, wo nur daſſelbe zu halten wird angekündiget werden,
Herrn N. N. ſolche Poſt wiederum zu bezahlen.

XIV. Ne vero creditor ipſi relicto abutatur, & debitorem in
locum infamem, fœditum vel ſolitarium ableget, reſtrictiones ſu-
pra Poſ. 9. commemoratæ adjiciuntur.

XV. Aliquando certa urbs vel oppidum indefinitæ, aliquan-
do & locus loci ſeu certum hospitium, in quo debitor commo-
rari debeat, aſſignatur.

XVI. Subinde etiam ſervorum equorumque, quos ſecum in
hospitium deducere debet, numerus determinatur.

XVII. Quin & proſpicitur, ne debitor victum ex propriis
prædiis eo conferat, neque proprio ibi coquo, aut victus arbitrio
utatur,

utatur, sed ut quotidie ordinarium prandium & coenam a caupona præparatam capiat, daß er täglich zweymahl ordentlich speise, und keine eigene Haushaltung führe, sondern dem Wirth die Mahlzeit für sich und die Seinigen bezahle. Quæ omnia eo collimant, ut sumtuum tædio correptus ad satisfactionem pro debitis compellatur.

XVIII. Verum ea ipsa sumtuum magnitudo efficit, ut obstagia in *Rec. Imp. de Ao. 1577. tit. 17. §. 10.* & **CONSTIT. ELECT. SAX. 22. Part. 2.** abrogata sint.

XIX. Accedebat alotia plane enormis: omnes enim honoris, amicitiae vel officii causa debitorem invisentes largo cibo ac potu excipiendi erant, & vita ac valetudo quotidianis fere computationibus absumebantur.

XX. Extra hos abusus in obstagiiis nihil illiciti reperitur; unde etiam **INST. R. PAC. WESTPHAL. art. VIII. §. 4. in fine,** & in **REC. IMP. de anno 1654. §. 171. in fin.** *Holsatis* expresse reservantur; & ipsam *Holsatiæ* constitutionem anno 1604. renovatam latius exponit **JOH. OTTO TABOR in Disp. de Jure Obstagii.**

XXI. Eadem priscis Saxonibus usitata fuisse ex *Jure Provinciali Saxania lib. 2. art. 11.* fat clarum est, atque hodiernum in Electoratu Brandenburgico, Ducatu Mecklenburgico, Saxonia inferiori & agro Brunsvicensi usurpari **TABOR dicit l. c. c. 4. §. 44.** Verum in hac quæstione tempora annum 1577. antecedentia, eundemque subsequents probe distinguenda sunt. Quoties creditor est in mora, nec statim accipit debitum, toties evanescit obstagium.

XXII. Heredes debitoris, quorum in instrumento mentio facta est, perinde ad obstagium obligantur, & quidem singuli in solidum, quamvis alias debita hereditaria sint ipso jure divisa. Vnde multo minus fidejussoribus beneficium divisionis hic competit, sed causa obstagiorum omnino individua est. **FUCHS. Introd. ad Prax. Forens. L. 1. c. 12. §. 7. 8. seqq.** **Ao. 1577.** in tota Germania obstagium hoc fuit usitatissimum. Jam vero in certis tantum locis, v. g. in *Holsatia.*

XXIII. Qui obstagium ante deserit, quam promissis satisfecerit, infamia juris præcedente sententia declaratoria notatur, & bona ipsius insuper dividuntur.

XXIV.

XXIV. Si pluribus creditoribus ad obſtagium ſe adſtrinxerit, id omnibus præſtare debet, eo tamen in loco, quem primus creditor designavit, unde diſcedere non poteſt, donec omnibus ſatisfactum ſit.

XXV. Neque tamen prius ingredi locum conventum teneatur, quam creditor vel iudex id deſiderat, biß ſie zur Laſtung gemahnet, oder in das Einlager gefordert werden, durch Boten, Brieffe, oder mündlich. Licet enim certus dies adjectus ſit, is tamen pro homine non interpellat.

XXVII. Magnum vero & aliis modis non evitabile periculum facit, ut obſtagium impune deſeratur, v. g. ob incendium, peſtilentiam, inundationes, irruptionem barbarorum; dummodo eo ceſſante debitor in locum aſſignatum recedat.

XXVII. Juſte quoque recuſantur ædes ipſius creditoris ad obſtagium denominatæ, ne in iis vexetur debitor, duriusve habeatur.

XXVIII. Lege publica quoque prohibentur Monasteria, Scholæ aliique loci privilegiati, imo & ædes debitoris, licet ipſe à conjuge creditrice eo requiratur, id enim ipſi incommodum haud foret, & illuſionis ſuſpicio ſuper-eſſet: unde in Holſatia uxori obſtagium à marito exigere omnino prohibitum eſt.

XXIX. Debitor egenus, qui ſuis ſumtibus in loco aſſignato vivere nequit, a creditore, niſi ipſe vinculum remittere velit, ibi alendus eſt, ſed parcius; & in Conſtitutione ſupra dicta Nobilibus 3. aſſes Lubecenſes, 3. Schillinge, aliis minor quantitas per diem aſſignatur.

XXX. Obligatio ad obſtagium hypothecam in bonis debitoris non producit.

XXXI. Affinia ejus ſunt incarceration debitoris, tum ob carabiale, tum ob aliud debitum, confinatio conventionalis, arreſtum, reſſalia, pignorationes, & apud Helvetios die Mäzen, de quibus MVNSTERVS in Cosmographia p. m. 684. Die Mäzen war ein Bild, ſo ſie außen vor deſſen Thür ſetzten; und ſolte dieſes ſo viel bedeuten, daß alle, ſo vorüber giengen, ſolten bey demſelben einziehen, und alle ſein Haab und Guth helffen verzeh-

ren; nec non die Vertheilung des Schuldners Person an des Gläubigers Hand, oder Halfter, de qua in *Pos. ad ff. de cessione bonorum* dixi. Vor anderthalb hundert Jahren ist diese Art in Sachsen gebräuchlich gewesen, und endlich zu Zeiten Chur-Fürstens Augusti abgeschaffet worden. Denique modus in Belgio tutores aliosque ad factum præstandum adigi, de quo VINNIUS *ad S. 3. Inst. de Attiliano Tutore n. 1.*

XXXII. Plura de hoc argumento qui desiderat, adeat meo consilio TABOREM & FVCHSIVM dictis locis, SCHILTERI. *Disp. de Jure obsidum c. II. quæ Disp. Exercit. ad Lib. I. D. adjecta est;* STRYCK. *in Cautel. Contract. Sect. 2. c. 1. n. 37. seqq.* GEORG. SCHVLZIVM *in Synops. Institut. ex edit. ADRIAN. BEIER. p. 317. usque ad 1323.* STAMMIVM *de Servitute personali p. 550. seqq. & 645.* ANTON. MATTHÆI *de Actionibus Lib. I. c. 6. n. 1.* BESOLDVM *in Thesauro;* SPEIDELIVM *in Speculo & DITHERRVM in utriusque supplementis, voce Leistung.*

CAP. XIII.

De

Admodiatione.

I.

Admodiare est ad certum modum alicui quid relinquere, aliquando etiam temperare, vel imminuere, quod nostrates vulgo moderiren appellant. vid. CAROLI DV FRESNE *Gloss. media & infima Latinitatis* hac voce p. 63.

II. Admodiatio vero licet Gallis originem debeat, aliistamen gentibus etiam usurpatur, & frequenti nomine *arenda* designatur.

III. Id vero hic singulare est, quod admodians fit, qui rem concredit, admodiator vero sive arendator, qui eam accipit.

IV. Quomodo hic contractus ab antichresi & emtione annuorum reddituum differat, exponit TABOR. *in Disput. de Admodiatione*, quæ in ipsius Tractatum Volumine I. p. 646. seqq. reperitur.

V. Quomodo vero a locatione differat, difficilius expeditur. TABOR.

TABOR. duplicem differentiam sibi reperisse videtur: 1) quod materia objectiva admodiationis sit fundus, locationis etiam res mobilis; 2) quod forma locationis pro mercede requirat pecuniam numeratam, admodiationis etiam res fungibiles vel non fungibiles alias admittat.

VI. Verum sufficit, quod 1) etiam fundi & territoria locentur, 2) admodiatio non minus pecuniam admittat, quam res alias, imo quod requisitum, ut merces in pecunia consistant, ad jurisprudentiam antiquam formulariam pertinuerit, & seculo Justiniano jejunam constituerit differentiam. *v. Posit. ad I. tit. Locati.*

VII. Omnino itaque hic faciendum est cum B. STRYCKIO, qui in *Cautelis Contractuum Sect. 2. c. 9. §. 32.* admodiationem plane ad locationem refert.

VIII. Id vero non nego, admodiationis terminum latius aliquando etiam pro emphytevsi vel censu hereditario usurpatum fuisse.

IX. Neque differt ab Affictu, cujus mentio fit in *cap. ult. X. de restit. spoliat.* neque à concessione ad Firmam, quæ commemoratur in *c. 2. X. locati & c. 7. de jure Patronatus.* Vtrumque enim horum pactorum locatio est; licet Firma plerumque ad longius tempus contracta sit, indeque vulgari errore pro emphytevsi haberi cœperit.

CAP. XIV.

De

Pactis Primogenituræ, Majoratus & Fideicommissis
Familiaæ.

I.

Pactum Primogenituræ est, quo certa bona conventionem familiae ita primogenito deferuntur, ne unquam in posterum dividantur, sed ad primogeniti progenitos in infinitum devolvantur.

II. Jus vero primogenituræ non modo ex pactis, sed & ex Legis dispositione descendit, e. g. in feudis regalibus Longobardicis. *2. F. 55. §. 4.*

III. An & in Feudis regalibus Germanicis? Ita quoad Electoratus disponitur in *A. B. tit. 20. §. Darum wollen* &c. & quoad reliqua Feuda regalia in Jure provinciali Alemannico *c. 20. §. 3.*

IV. Verum si unquam hæc invenitur, circa terras in Germania consuetudo; pridem tamen contraria invaluit, ut & feuda regalia in dubio pro divisibilibus habeantur, nisi pactis aliud introductum sit. v. HORN. in *Jur. Feud. Prud. c. 15. §. 19. & 20.* & subjeta in appendice secunda Consultatio de Successione Megapolitana p. 54. usque ad 139. ubi in fine etiam decisionem totam in compendio quasi adjicit.

V. Contra in Gallia feuda nobilia omnia, etiam non regalia, ex legis dispositione individua sunt, & soli primogenito cedunt; reliqui fratres fortunam ex belli, aulæ vel justitiæ officiis expectant, aut contemptis rebus humanis in monasteria se conferunt, revera & ibi dignitates Ecclesiasticas adspirantes. Idemque de quibusdam Belgii Provinciis observat PETRVS DE GREVE ad *tit. Imperialium loca difficiliora, Dissert. 10. tb. 12.*

VI. Pactum illud primogenituræ, nisi, qui successionem expectant, consentiant, ita instituendum est, ut jam natis legitima, posteris vero alimenta, donec se ipsos exhibere queant, relinquuntur.

VII. Optima itaque cautela est, ut hoc pactum ineatur circa res definitas immobiles, durabiles, ut omnis alienatio, oppignoratio, imminutio inhibeat, ut, quantum postgenitis ad alimenta & dotationem tribuendum sit, determinetur, donec & Imperantis confirmatio impetretur.

VIII. Adoptatis hoc jus non prodest; sed legitimatis, ita tamen, ut ætas non a nativitate, sed a tempore legitimationis computetur.

IX. Ceterum hoc pactum, quemadmodum & sequentia, conservationi familiarum in primis inservire, res ipsa loquitur, ut posterorum prodigalitas inhibeat, & aliquid saltem, unde gens conservetur, superfit.

X. Majoratus in genere est jus, quo certa bona ei, qui in familia natu major est, relinquuntur.

XI. Estque vel *absolutus*, qui nullo ad lineas, gradus, sexum, habito

habito respectu simpliciter ætatem pro norma agnoscit, qualem in Germania rarius in prædiis aliisque rebus corporalibus, frequentius vero in Juribus, v. g. inspectionis in legata ad pias causas, item arbitrii & directorii negotiorum familiæ, invenimus.

XII. Vel *linealis*, ubi ad natu majorem in ea linea respicitur, atque tales sunt decantati majoratus in Hispania, ubi feuda plerumque ignorantur, & ipsa regis dispositione pro conservandis familiis bona illustrium & nobilium hac qualitate afficiuntur, de quibus GROTIUS *ad Jus B. & P. Lib. II. c. 7. §. 22.* & LUDOV. MOLINA *de J. & J. Tr. Ido disp. 576. usque ad disp. 660.* qui quidem etiam de *primogeniis Hispanie Commentarium* edidit.

XIII. Majoratus *pactitius* tolli a familia potest, si omnes, quorum interest, consentiant; aliud dicendum de *testamentario & legali*.

XIV. Quoad interpretationem etiam interest, quod hæc qualitas pacto introducta strictiorem requirat interpretationem, quam lege vel testamento constituta.

XV. Pacta enim interpretamur contra eum, qui clarius loqui debuisset, qualis is est, qui novum quid & extraordinarium emolumentum sibi acquirere intendit; at Legislatoris testatorisque voluntas multo sanctior haberi, & eo usque porrigi debet, quo eam probabiliter extendi voluit.

XVI. *Fideicommissum* jure antiquo erat, quod heredis vel successoris fidei: (i. e. non obligationi ex promisso seu lege, sed pietati erga manes fideicommittentis, ejusdem amoris & desiderio, quin & pudori, ne fiduciarius pro homine immiti & avaro habeatur:) committebatur.

XVII. Tantum ergo aberat, ut fideicommissum tum temporis juris perfecti fuerit, ut potius Legum dispositioni, qua certis personis relinqui in testamento nihil poterat, atque adeo juri perfecto fuerint contraria.

XVIII. Quemadmodum vero *fideicommissa familiarum pactitia* propius ad vocabuli proprietatem accedunt; ita cum fideicommissis testamentariis nihil commune habent, nisi quod utrobique certa bona a successore non possint in extraneos transferri, sed in personas designatas devolvi, absque divisione & imminutione debeant.

XIX. Nempe potissima intentio est, ne bona extra familiam alienentur, quam uti exprimere, eique causam, conservationem familiarum assignare utile est, ne alioquin in consilium resolvantur; ita eadem ipsa intentio clavem interpretandi & controversias decidendi suppeditat.

XX. Ita v. g. Fratres consanguinei cum germanis admittuntur, fratres unilaterales uterini ab utrisque excluduntur, & regulariter fœminæ, omnes quamdiu ex masculis quis superest, arcentur.

XXI. Utrum vero hæc pacta fideicommissarium nomen tueri possint, ex *l. 38. §. 7. ff. de Legatis 3.* frustra dubitatur, postquam hodiernis moribus hoc nomen constanter receptum est.

XXII. Cæterum Fideicommissa familiæ, seu ex ultima voluntate seu ex pacto descendant, in effectu ejusdem sunt indolis, nisi contrarium doceatur; quumque de utroque genere latissime egerit STRYCK, *de Success. ab intest. Dissert. 8. c. 9. & Dissert. 7. integra*, in eis acquiescere licebit.

CAP. XV.

De

Unione Prolium.

I.

U*nio Prolium* pactum est inter conjuges de liberis prioris matrimonii secum invicem & cum liberis ex præsentem matrimonio ratione successionis æquiparandis.

II. Ratione, inquam, Successionis: neque enim jus patriæ potestatis aliudve vitrico vel novercæ acquiritur; imo nec regulariter liberi isti sibi invicem extra rationem sanguinis succedunt, nisi in pacto id comprehensum sit.

III. Cautè itaque agunt, qui exprimunt, *quis, cui, in qua bona succedere*, & quænam jura alia transferri debeant.

IV. Hoc pactum in locum adoptionis successisse vulgo creditur; sed minus rectè, quia ab invicem toto cælo discrepant.

V. In arrogatione & adoptione plena primaria translatio patriæ

triæ potestatis, in minus plena nomen patris intenditur, utrobique orbitati remedium quæritur; quæ omnia secus se habent in prolium unione.

VI. Deinde, si assumamus, quæ conceduntur, unionem prolium apud Germanos antiquissimam, adoptionem vel ante receptum Jus Romanum iisdem ignotam fuisse, illam in hujus locum successisse impossibile est. Conf. JAC. RICKIVS ab ARRWEILER *de Unione prolium c. 9.*

VII. Tolerari vero hoc assertum potest, si ita intelligitur: Quemadmodum Romanis frequens fuit adoptio: ita Germanis frequentissima fuit adoptioni affinis prolium unio.

VIII. Et rariorem ipsa adoptione unionem prolium esse STRYK. *in Vsu moderno ff. t. de adopt. tb. 9.* testatur, atque ad experientiam provocat; quod mirum videtur.

IX. Magna enim hujus pacti utilitas deprehenditur: Evitatio invidiæ & æmulationis inter comprivignos, conciliatio animorum atque invitatio ad amorem & reverentiam vitrico & novercæ præstandam.

X. Neque difficultate hoc pactum laborat: Uxoris enim divitias industria mariti in acquirendo; mariti vero opulentiam frugalitas uxoris in re œconomica æquabit; & uterque conjugum in augenda re familiari paria faciet.

XI. Unde in partibus Germaniæ meridionalibus hæc unio hodiernum frequentatur. v. JUS PROV. WURTEMBERGIC. *Part. 3. tit. 9. von Einfindschaften.* CASP. KLOCK. *Part. 3. Consil. 160.*

XII. Ejus requisita enucleate traduntur a B. CARPZ. *Lib. 5. Resp. 6.* quorum epitomen exhibui in *Posit. Inst. de adopt. Posit. 13. lit. G.* circa quæ tamen non nihil monendum est.

XIII. Scilicet quod ad judicis decretum attinet, id non modo CARPZ. *dict. l. n. 15. & 72.* verum etiam GAILIVS *Lib. 2. Obs. 120. n. 11.* item RICKIVS *c. 3. n. 64.* nequirunt: ubi enim Legitima non periclitatur, ibi decretum magistratus non requiritur. Verum id ad cautelas abundantes refert MEVIVS *ad Jus Lubec. P. II. t. 1. in addit. ad n. 113.* & necessitatem autoritatis cognitionisque magistratus in universum

negat

negat MICHAEL RHODIVS in *Disp. de unione prolis sine pratore.*

XIV. Forte vero diversas sententias ita conciliare licebit: Sine pratore ex pacto unionis obligantur personæ paciscentes, non proles uniendæ, jamque natæ, idque adeo, qua liberis prodest, valebit, non qua præjudicat.

XV. Liberorum uniendorum consensum ad unionem judicialem tum requiri puto, quando metui potest, ne Legitima lædatur.

XVI. Judicem incompetentem multi sufficere putant, Comitum Palatinum, si hæc potestas speciatim ei indulta sit, quio unio prolium ad voluntariam jurisdictionem referi debeat. Verum Comitum Palatinorum, excepta facultate Notarios creandi, nulla in terris Statuum potiorum autoritas est; & pactum hoc circa immobilia competentem Magistratum exigit, quem semper adire tutissimum.

XVII. Porro dubium est, num consanguineorum utriusque partis presentia & consensus simpliciter requiratur, ratio enim ab adoptione desumpta ob varias disparitates non concludit. Donatio remuneratoria non indiget insinuatione judiciali, licet & excedat 500. solidos.

XVIII. Ulterius non ad validitatem unionis, sed ad ejus probationem pertinet, ut in scripturam redigatur, atque Archivo Magistratus inferatur. STRYCK. in *Vsu mod. de adopt. §. 11.*

XIX. Denique neglectus inventarii bonorum utriusque parentis suspectam magis, quam irritam unionem reddit, nisi statuta inventarium requirant. RICKIVS c. 6. n. 40. seqq. STRYK. ad b. t. l. cit. n. 15.

XX. Ex hoc pacto datur petitio hereditatis conventionalis: idque eodem modo ac alia pacta rescinditur, nunquam vero sufficit superveniens læsio. Add. BERGER. in *Resol. ad Pandect. de adopt. p. 36.* STRYK. de *Successionibus*, dicto loco §. 32.

CAP. XVI.

De

Pactis Successoriis inter Conjuges.

I.

HÆc pacta à pactis dotalibus objecto differunt, quod *dotalia* circa dotis & donationis propter nuptias constitutionem, lucrum, augmentum vel restitutionem versentur, *successoria* vero portionem statutariam augeant, minuant vel tollant.

II. Differunt porro a pactis hereditariis. Conjuges enim in portione statutaria non jure hereditario, sed singulari ex legis dispositione succedunt. v. COTHMANNUS *Respons.* 57. n. 120. *seqq.* MEVIVS *ad Jus Lubec. part. 2. tit. 2. art. 12. n. 239. seqq.* Vnde quoque est, quod jus accrescendi, heredum aliquo deficiente, conjugibus non competat.

III. Succedunt quidem in partem hereditatis, atque adeo deducto ære alieno, absque cujus deductione hereditas non intelligitur; sed non succedunt titulo hereditario.

IV. Unde neque opus est, ut renunciatio portionis statutariæ juramento confirmetur, quod alias hodiernum ad renunciaciones hereditatis ex mente plerorumque Doctorum requiritur.

V. Divisio pactorum dotalium in ea, quæ subsistunt jure contractus, & jure ultimæ voluntatis, inepta quidem est; v. TITIVS *ad Lauterbach. Obs.* 774. in foro tamen invaluit, & ad pacta successoria extensa fuit.

VI. Cautela itaque commendatur, ne utamur verbis: *Er solle erben, man wolle dieses verordnen, oder ihn zum Successore unserer Erbschaft erklären; sed: er solle unser hinterlassenes Vermögen oder Verlassenschaft haben, behalten, niemanden etwas davon heraus geben; neque adhibeantur 5. testes, maxime vero, ut protestentur paciscentes, se pacta ista in vim contractus celebrasse.*

VII. Verum & hæc observanda, pacta ista, nisi ex toto contextu perpetua ultimæ voluntatis conjectura capi possit, in dubio pro contractu

tractu potius habenda esse, neque vocabulum hereditatis, aut numerum testium aliud inferre, quandoquidem de hereditate moribus Germanicis recte paciscimur, & tantum abest, ut 5. testes contractui inter vivos adhiberi non possint, ut potius ex Jurisprudencia Rom. antiqua & media omnibus fere contractibus adhibiti fuerint.

VIII. Unde non satis significanter pacta successoria conjugum Germanice *Ehestiftungen* vocantur. *Stifften* enim destinare est, vel libera voluntate alicui aliquid relinquere, non vero statim & cum effectu in aliquem transferre.

IX. Et quemadmodum hæc pacta solo consensu perficiuntur; ita insinuationem judicialem, licet objectum 500. solidos excedat, neque Jure communi requirunt, neque Jure Canonico. CARPZOV. *P. 2. Const. 43. def. 2. n. 8. seqq.* BERLICH, *P. 3. Concl. 2. n. 25.* Aliud observatur in Ducatu Guelpherbytano. HAHN. *ad Wesenb. t. de pact. dot. n. 4.* & Wurtembergico. BESOLDUS *ad Jus prov. Wurt. disp. 2. tb. 52. seqq.* LAUTERB. *ibid. Disp. 2. tb. 19.*

X. Neque præcise sponsæ consensus opus est; sed ipsius parentes, dummodo id ante contracta sponsalia fiat, ejus nomine recte paciscuntur. Præstat tamen, si portio statutaria uxori debita patris imminuatur, ipsius consensum exigere.

XI. Effectus horum pactorum est *jus hereditarium anomalon*, quo alienatio bonorum impeditur, & successio promissa superstiti absque traditione defertur. STRYK. *d. Disp. 8. c. 5. §. 24. seqq.* ubi etiam actiones propterea instituendas suppeditat.

XII. Nescio vero, cui bono ex ejusmodi pacto in scriptis celebrato *ad remedium l. ult. C. de Edicto divi Hadriani tollendo* provocetur, cum scriptura a contrahentibus subscripta, tanquam instrumentum guarentigiatum, moribus Germaniæ & Italiæ paratam celerrimamque executionem tribuat. In testamento legitimus contradictor is est, cujus jus perinde liquidum est, ac ipsum testamentum.

XIII. Cæterum hæc pacta alterutrius dissensu revocari non posse, res ipsa loquitur; utrum vero vim suam ad eum casum, si alteruter paciscentium ante thalami ingressum moriatur, extendant, ex ipsis eorum verbis judicandum videtur.

XIV. In dubio eo proferri non possunt, tum quia successio statu-

statutaria ante thalami conscensionem non nascitur, tum quia hæc pacta futurum conjugii statum ejusque consummationem requirunt. Cautè itaque agunt, qui ampliationem expressam adjiciunt. *Conf. Pos. 2. ff. de pactis dotal. ibique annotata litera K.*

XV. Denique observandum, ut si alterutri paciscentium parentes supersint, iisdem legitima in pactis reservetur.

CAP. XVII.

De Ganerbinatu.

I.

Ganerbiæ vox Germanica est *allgemein Erbe*; Gan enim commune vel simultaneum significat; unde in multis Germaniæ provinciis subhastatio publica vulgo *die Vergandung* vel *Gand* appellatur. In *S. L. R. l. 1. art. 17.* hujus verbi fit mentio.

II. Heredis vero nomen, quemadmodum multoties alibi, ita & hic dominum rei immobilis designat: atque adeo Ganerbiæ sunt condomini alicujus castri vel districtus, quorum altero cum descendentes extincto reliqui ex jure accrescendi pactitio succedunt.

III. Sic *Brau-Erben* dicuntur, ad quos jus *braxandi* rei immobili inhærens pertinet. Ita Ganerbinatus sunt pacta, quibus jus jam descriptum constituitur, vel denotant ipsum jus seu qualitatem, quæ bona communia dicto modo afficit, quin & ipsa bona hac qualitate affecta; cujusmodi triplex significatus etiam in feudo, pignore, dote, aliisque forte vocabulis. Vid. *WEHNER. in Observat. Pract. & RITTERSHVS. P. I. Feudal, L. 1. c. 17. p. m. 231.*

IV. In primis vero error communis hic sequestrandus, quasi Ganerbiæ in omnia defuncti socii bona succedant; non enim nisi in rem Ganerbicam successio competit, quamdiu aliud pactum non est, & si latius extendatur successio, id naturam Ganerbinatus excedit.

V. Germanice Ganerbiæ *Burgmänner* & pacta Ganerbinatus *Burgfriede* appellantur. Utrumque apposite; quippe ipsa denominatio occasionem & originem instituti indicat.

VI. Nempe cum in Germania adhuc vigeret prisca diffidationum & bellorum privatorum licentia, certæ familiæ hoc modo fœdera defensiva celebrabant, quæ denominationem suam a spe succedendi in castra & ditiones communes mutuabantur. v. STRYK. *de Success. ab intest. Diff. 8. c. 8. §. 5. usque ad 12.* & alibi diximus in *Disp. de Violatione securitatis domestica, in primis §. 19. & 20.*

VII. Verum ista pacta defensiva haud diu intra terminos suos substitère; quin potius, cum insultuum & latrociniorum maxime sub Friderico II. & subsecuto interregno frequentium medicina esse debeant, ipsa in invasiones & offensiones injustas, atque latrocinia degenerarunt, adversus quæ anno 1255. Civitates quædam Rhena-næ fœdus inibant, multorum Principum accessione auctum, a quibus castraganerbica complura, reliqua maximam partem a Rudolpho Habsburgico destructa sunt, & sæpius sine causæ cognitione, quum nomine *der Raub-Schlösser* non raro venirent.

VIII. Postquam vero medio Sec. XVI. pax Imperii publica demum plene stabilita est, frustranea hodie & otiosa videri poterat de Ganerbinatibus doctrina; eamque in foris Saxonis, Marchicis, aliisque ignotam esse non diffiteor; at non ubique exolevit. Cessat hodie, quoad emolumentum *defensionis*, non vero *successionis*.

IX. Nempe causa impulsiva omnino cessante, cessat jus ab Imperante præscriptum; non vero facultas ex pacto quæsita: atque adeo post instauratam pacem publicam non facile novi ganerbinatus conventionales erigentur; at his familiis hodie superstitibus jus non protinus tollitur. Quin potius permulta Ganerbinatum exempla hodierna enumerant JAC. WERNERS, KYLINGERS *de Ganerbiis Castrorum* à STRYCKIO sæpe citatus, & PAUL MATTHIAS WEHNERVS in *Obs. practicis*, voce *Gan-Erben*.

X. Constituitur Ganerbinatus vel investitura Imperatoris aliusve domini directi de castro communiter defendendo, fruendo atque in partes deficientibus succedendo: vel conventionem, qua plures fundos conferunt, coëmunt, arcemve aut urbem communi consensu extruunt.

XI. Posterioris generis Ganerbinatus hodie vix constituentur; prioris tamen: quemadmodum & hodie litteræ protectoriæ & privilegia violenta defensionis certis nobilium castris conceduntur. v. *Corollarium IV. Disp. ascendentium in feudis nullum esse successionis jus.*

XII. Ad prius genus inprimis pertinet *Ganerbinatus* castri *Friedbergensis*, cui Comitatus Haichem sine personali tamen dignitate adjectus est, de quo Ganerbinatu, num inter Status imperii connumerandus eique suffragium comitiale indulgendum sit, varie disputatur, id affirmante SCHWEDERO *in Jure publ. part. special. Sect. II. cap. 18. §. 6.* æque per varias sed infirmas rationes succinente LIMNÆO *Jur. publ. Lib. 6. c. 3. n. 31. seqq.* negante vero & rationes affirmantium destruyente TEXTORE *de jure publ. Statuum Imperii tit. 15. n. 73. seqq.* Certe hoc jus Ganerbii isti non exercent, nec unquam, quantum constat, exercuerunt.

XIII. Posterioris exempla enumerat STRYCK. *supra alleg. §. 13.* ubi in sequentibus jura & quæstiones hujus argumenti controversas late discutit, & nobis laboris compendium facit. Add. JOH. PHILIPP. DATT. *de Pace Imperii publica L. I. c. 16.*

CAP. XIIX.

De

Confraternitatibus Principum.

I.

Confraternitates sunt pacta, quibus familiæ illustres in casum alterutrius extinctæ mutuum sibi invicem successionem inprimis in Territoria constituunt. Vi horum pactorum consequuntur paciscentes jus, quod rei inhæret, ut ne ulla alienatio impedire possit, quo minus illa privata autoritate sine ulla pacis publicæ læsione vindicentur.

II. Eorum exempla affert STRYCKIVS *de Success. ab intest.* *Disp. 8. c. 7. §. 1. & 3.* eaque seu unilateralia, seu reciproca, seu de omnibus, seu de certis bonis inita, rata sunt. Conf. TEXTOR. *disp. Acad. II. de pactis gentilitiis Procerum.*

III. Et valent de bonis atque rebus omnibus, de quibus absque ulteriori consensu disponi potest, vel quatenus non potest, de quibus alter, cujus consensus requiritur, id indulgit. Unde patet differentia inter Nobiles Imperio immediate & mediate subiectos, de qua STRYCK. *d. l. §. 10. seqq.*

IV. Exemplum illustre præbent pacta confraternitatis Serenissimæ Domus Saxonicæ, alterum cum Hassiæ Landgraviis, alterum cum Marchionibus Brandenburgicis & Landgraviis Hassiæ celebrata, quæ à nonnullis male confunduntur.

V. Vtriusque summa capita seu synopsis articulorum exhibet BENED. CARPZ. *in disp. de pacto confraternitatis Saxonico-Hassiacæ c. 1. n. 52. seqq. in Vol. Disp. p. m. 47. seqq.* Prius vero integrum sistit LIMNÆVS *Jur. publ. lib. 4. c. 8. n. 161. -- 164. & posterius ibid. n. 172.* de quo, num perfectum robur obtinuerit, multi dubitant. v. STRYCK. *d. l. c. 7. tb. 15.* qui Cæsaris desiderat adhuc consensum. Ejus perfectionem & valorem tuetur JOH. HENR. BODIN. *Disp. de pacto confraternitatis Saxonico-Brandenburgico-Hassiacæ, Hala, 1708. mense Majo ventilata.*

VI. Requisitum horum pactorum essentiale est non solum Imperatoris, ut vulgo, sed postquam, ipse feuda regalia vacantia Imperio se servaturum promisit, etiam Imperii consensus.

VII. Qua in re utrum solum Principum Electorum, tanquam Imperium hic repræsentantium, an Comitialis omnium Statuum consensus obtinendus sit, noviter controvertitur, Electoribus & possessione & Capitulationibus Imperatoriis prærogativam suam & Statuum exclusionem defendentibus.

VIII. Cautelæ vero sunt: 1) ut bona omnia confraternitati destinata accurate designentur; 2) ut subditorum consensus utrinque impetretur; 3) ut subditi, quamprimum legitimum Principi homagium præstandum est, familiæ successionem pactitiam speranti, in eventum simul fidem & obsequium promittant; 4) ut facultas bona conventa propria autoritate occupandi paciscentibus tribuatur; & 5) ut vicini Principes potentiores sponsores & executores constituentur.

CAP. XIX.

De

Appanagio & Paragio.

I.

HÆc duo pacta ab invicem jam distinxit NIC. BETSIVS in *Tr. de Statutis, Pactis & Consuetudinibus Familiarum illustrium, Francof. 1611. in 8.* & utraque Germaniæ nostræ vindicavit. Betsius suo seculo celeberrimus fuit, & inter omnes suo tempore Juris publ. Dd. facile princeps. Hic enim non ut cæteri Dd. fundamentum Juris publ. petebat ex Legibus Justinianeis & Italorum Hispanorumque Historiis, sed ex ipsa Germanorum indole & eorum historia.

II. Eum postea secutus GEORG. HENR. SPRINGSFELDIVS singulari Commentario Appanagium illustravit, secunda vice *Hale 1663. edito*, qui quidem Appanagium in *proprium & improprium* dispescit, utrumque tamen *c. 12.* a Paragio probe distingvit.

III. Istam porro distinctionem latius & luculentius exponit JOH. SCHILTÉRVS, publicato de paragio & appanagio aliisque hujus argumenti materiis opusculo, *Argentorati 1701. in 4.*

IV. Denique B. JOH. NIC. HERTIVS anno 1709. horum pactorum differentiam in dubium vocavit in *Diss. de commentitia paragii & appanagii distinctione in Romano-Germanici Imperii Principatibus profanis & Comitatus, publice venditata & Tom. 2. opusculorum ejusdem inserta.*

V. Eidem vindicias distinctionis inter paragia & appanagia opposuit *Illustr.* THOMASIVS respondente D. EPHRAIMO GERHARDO.

VI. Et has quidem vindicias se discussisse atque castigasse, sibi persuadet *Apologeta* ignotus, rusticus & impotentis animi homo, qui statum controversiæ plerumque deserit, nec nisi sarcasmis & obtreccionibus pugnat, quam ob rem etiam loci, in quo discussio litis mandata est, mentionem facere non audet, sed *Eleuteropolin* fingit, 1711.

VII. Certe

VII. Certe insolens fuerit, paragium ex doctrina contractuum propterea eliminare, quod hic vel ille Princeps aut Comes divisionem aut provisionem in familia sua factam pro paragio habere renuat.

VIII. Appanagium habere dicebantur illi, qui cum omnibus suis bonis se conferebant in monasterium, & inde dici solebant *lebbrode Leute*, qui pro rebus illatis in monasteria ibidem alebantur.

IX. Nempe appanagium non a banno, (non quasi bannitus esset a successione) sed a pane derivatur, est quæ assignatio alimoniam, filiis Principum Comitumve postgenitis & a successione territoriali exclusis facta, germanice *Fürstlicher Unterhalt*, Deputat oder *Abfindung*.

X. Ea alimonia vel in pecunia præstatur ex Camera seu thesauro Principis regentis, vel in redditibus quarundam terrarum, quod fit frequentius, appanagiato jure ususfructus (hic ususfructus Germanorum abhorret a Romanorum: Germanicus enim utile dominium non comprehendit, adeo, daß sie nicht einmahl die *Umbt. Leute* oder andere Justiz-Personen ein- und absetzen können) Germanici assignatarum, absque regimine tamen & facultate de iis terris disponendi.

XI. Paragium vero non à paratione, neque à paribus curtis, (qui assidebant iudicio, quod vocabatur *das Mann-Gerichte*) sed à Gallica voce *Parent*, quasi *parentagium*, cognationem, & ex ea fluentem divisionem inæqualem territorii à patre Principe vel Comite relictæ indigitat, germ. *Abtheilung*. (Pariatio est *gleichhalten, gleich setzen*; At Paragium Paragiatum reddit admodum inæqualem, quia major seu primogenitus majorem territorii partem retinet.)

XII. Istam inæqualem divisionem ita instituendam esse, contendunt multi, ut primogenitus bessim, reliqui omnes trientem accipiant. Verum hoc omne, (quod potissimum obtinet in Gallia) quemadmodum & certitudo vel incertitudo apanagii, ex arbitrio paciscentium dependet.

XIII. Nihil itaque ad rem præsentem attinet, quamvis ejusdem cum nostro originis sit, significatus paragii pro dote vel legitima familiarum illustrium; de quo *pec. diff. egit* **LOTH, SIGISMVN-DVS A MINCKEWIZ** anno 1697.

XIV. A.

XIV. Apanagium itaque jus primogenituræ proprie sic dictum supponit; at non Paragium.

XV. Apanagium supponit hereditatem individuum; Paragium vero ejus divisionem in partes inæquales.

XVI. Apanagium transit ad heredes non hereditario, sed personali jure: quapropter non hereditatis petitio, sed actio personalis scil. condictio iis, competit. Denique jure accrescendi Apanagiati non gaudent. Paragium est pars hereditatis seu universitatis terrarum & jurium, jure domini pleni & perpetui, pro indole scil. objecti devoluta; Apanagium in pecunia fructibusve assignatis versatur, & deficientibus descendentes ad dies vitæ saltem competit.

XVII. Apanagium ad liberos etiam naturales, adulterinos & incestuosos pertinet; Paragium ad legitimos tantum.

XVIII. Superioritas territorialis suo modo & pro parte in Paragium transit, nisi, quatenus jura quædam eminentia, quæ supremum belli & pacis arbitrium concernunt, primogenito reservantur; Apanagiatus vero de superioritate nullo modo participat, licet neque fratris subditus fiat.

XIX. Atque hæ differentiæ quemadmodum manibus quasi palpari possunt; ita SPRINGSFELDIVS commento Apanagii improprii omnia confundit, ejusque asseclæ eo contenti Paragium vel in alios significatus detorserunt, imo denique de ejus existentia in Germania dubitare cœperunt.

XX. Vbi inepte objicitur Paragium esse Gallicæ originis, neque Provincias Germanicas Gallorum Legibus institutisve æstimandas: nam & Apanagium ex Gallia migravit, & Paragium Germanicum à Feudo fuit satis distinctum.

XXI. Neque Status publicus detrimentum capit, si Paragium in abstracto ad Jurisprudentiam Germanicam referatur: quia, quantacunque sint Paragiatorum jura, hi tamen primogenitis nunquam exæquantur, neque eorum prærogativa violatur, sed aliqua dependentia & reverentia semper inculcatur, sine homagio tamen, quod primogenitus a fratribus nunquam exigere potest.

XXII. Quantum ad applicationem specialem, in genere ob-

servari meretur, indecorum videri & temerarium, de juribus hujus vel illius Principis disceptare, quamdiu iste operam nostram non requirit. Cautio vero in ejusmodi pactis familiarum hæc est, ut nominatim ineantur, & ad quam speciem referri debeant, distincte indicetur. Cæterum v. THOMAS. & SCHILTERVS d. l.

CAP. XX.

De

Societate.

I.

SOcium PAPIAS vetus vocabulorum explicator describit, *qui in aliquo pacto ad aliquid gerendum mihi conjungitur. Alii ita: qui aliquid cum altero communiter possidet vel agit.*

II. Nempe isti societatem à regni communionem, & significatum societatis Juris Civilis à significato morali non distinguunt.

III. De significato morali egimus in *Positionibus Juris Divini Cap. 10.*

IV. Rei vero communio à societate differt, quod hic ex conventionem, illic ex alia causa præter intentionem res fiat communis, quam ob rem societas ad veros, rei communio vero ad quasi-contractus relata est.

V. Quemadmodum vero eadem regulæ, quæ in societate obtinent, rei quoque communionem regunt; ita eas sollicite distinguere non adeo necesse est.

VI. *Societas* itaque est conventio de rebus operisque, melioris lucri aut quæstus causa communicandis.

VII. Eaque in *mercatoriam & æconomicam* dispesci potest, quarum posterior fere negligitur, de priori lucro in *Posit. ad J. & ff.* suis titulis multa diximus, quæ omnino repeti debent.

VIII. Nempe de divisione Societatis *Posit. 2. seqq. Instit. & sigillatim de universali Posit. I. usque ad 12. ff.*

IX. De iis, qui societatem inire possunt, *Pos. 16. seqq. ff.*

X. De communicatione, quoad dominium & usum *Pos. 20. seqq. ff.*

XI. De

XI. De partibus lucri & damni in conventionem deducendis *Pos. 8. seqq. Instit. & Pos. 23. usque ad 29. ff.* quod argumentum sibi sumsit factis potius, quam scriptis celebris JCtus TELLERVS in *Disp. de Divisione lucri & damni inter socios, Lips. 1684. ventilata.*

XII. De Socio & facto Socii obligatorio *Pos. 34. usque ad 38. ff. de beneficio competentiae sociis indulto Posit. 30. usque ad 33. ff.*

XIII. De modis dissolvendi societatem *Pos. 11. usque ad 18. Instit.*

XIV. Cum vero in societate negotiatoria omnia ad quaestum referantur, de ejus divisione inter contrahentes accurate convenire debet; maxime vero de quaestione, *utrum is, qui operas solum contulit, si finita societate pars integra non supersit, partem hujus damni ferre debeat.*

XV. Cumque vulgare sit proverbium, *societatem in nomine Dei contrahi, at in nomine Diaboli dissolvi*; caute videndum, cum quo societatem ineas.

XVI. Quo non modo pertinent regulæ, quas THOMASIVS Conversationi selectæ præscribit in *Tr. de Prudentia Consultatoria.* Nam inter socios selectissima conversatio est, qua fratrum loco habentur, *l. 63. ff. pro socio*, imo, quia opes & fortunas magis, quam plerique fratrum communes habent.

XVII. Tanto vero promptior rixarum & nocendi occasio est, quia inter socios potior est conditio prohibentis, & alter alterius intentioni quotidie obniti potest. Vnde forte proverbium suo modo verissimum, sed & falsissimum enatum est, *Communione esse litium matrem.*

XVIII. Sed etiam eo respiciendum est, an socius sit industrius in expediendis negotiis, promptus, sobrius, frugalis, humanus, cordatus, & talis, in cujus amorem alii facile rapiantur.

XIX. Porro accurate definienda potestas sociorum, & quousque alterius factum in alterum reduntare debeat, mercedes operarum extraordinariarum, quantitas pecuniæ annuatim à quovis sociorum ex massa communi percipienda, modus negotia agendi, quatenus ea prævideri possunt, rationes quotannis reddendæ, & prævisio in casu mortis sociorum.

XX. Ulterius paciscendum de tempore societatis, deque modo

modo merces ea finita superstites dividendi, de debitis sub finem exsolvendis, creditisque exigendis, nec non penes quem privilegia, conditoria mercium, tabernæ, instrumenta & libri mercatorii manere debeant.

XXI. Inprimis contractui inferere convenit, ne alterutri sociorum facultas sit separatim negotiandi.

CAP. XXI.

De Feudo.

I.

Hoc argumentum plena manu tractavi in *Positionibus Feudalibus*, quibus brevem repetitionem cum emendationibus nunc addam.

II. *Feudum*, olim beneficium dictum, quatenus pro contractu accipitur, est conventio de dominio utili sub lege prestanda fidelitatis in aliquem transferendo; quam definitionem cum essentialibus; naturalibus & accidentalibus Feudi late exposui in *Posit. feudat. c. I.* Inde resultat jus Feudi, quod frequens jus feudum vocatur; & vel *regulare est*, seu *proprium*, in quo naturalibus nihil additur nec demitur; vel *irregulare seu improprium*, in quo mutatio aliqua naturalium conspicitur.

III. *Proprium* subdividitur primo in *novum*, in quo soli descendentes: & *antiquum*, in quo etiam collaterales possessoris, à primo tamen acquirente sanguinem derivantes, succedunt.

IV. At cum Jure Germanico nunquam collaterales ad Feudi successionem admissi fuerint, nisi repetito pacto cum domino directo inito sibi prospexerint, i. e. simultaneam investituram obtinuerint; hæc divisio & quæstiones inde provenientes, de quibus *C. 2. Pos. feud. 6.* usque *ad 41.* multum, sed frustra disquisivi, inutiles sunt. Quoties Vasallus spem succedendi servare vult, toties simultaneam investituram renovare & simul petere debet.

V. Secundo in *nobile & ignobile*, quod semper objective ita dicitur, nunquam effective: i. e. possessio prædii nobilis personam

nam non nobilitat, nisi feudum sit regale. Conf. *S. Lehn-Recht*, c. 21. *in fine*.

VI. Prædii vero nobilitas consistere videtur in jurisdictione saltem inferiori, nisi eam alius possideat, vel dominus directe eam sibi aliive reservet.

VII. Dividitur tertio in *regale & non regale*; cujus divisionis usus vulgo in eo quæritur, quod regale dividi non possit, 2. F. 55. §. 1. Ast ea differentia in Germania recepta non est, nisi in Electoratibus. v. *A. B. tit. 20. §. darum wollen* &c. In reliquis vero Imperii Feudis primogenitura pactis debetur. Conf. *HORN. Jurisprud. feudal. c. 15. §. 19. seqq. ibique in appendice II. Consultatio de successione Megapolitana s. Mecklenburgica*. Si qua Feuda indivisibilia sunt, hæc ex pactis derivantur. vid. *Autb. Disp. Major dividit, minor elegit*.

VIII. Feudum *oblatum & emtum* ratione modi constituendi procul dubio irregularia sunt. Quia vero, postquam semel constituta sunt, naturam Feudi regularis per omnia sequuntur, ea subinde ad Feuda propria referri solent.

IX. Nec incongrua est distinctio inter *naturalia transeuntia*, quæ semel tantum & in Feudo constituendo conspiciuntur, constituti vero naturam non mutant; & *permanentia*, quibus Feudum constitutum perpetuo ab ordinaria natura deflectit. Hæc, non vero illa, Feudum in proprium constituunt.

X. Eaque observatio in *Feudo oblato* olim tanto magis locum inveniebat, quod domino futuro rem oblatam per annum & diem possidere eaque libere frui liceret, antequam vasallum investiret. *JUS PROV. SAX. lib. 1. art. 34. JUS PROV. ALEM. c. 312.*

XI. Quoties res allodialis in feudum offertur, videndum, an tertio ratione collectarum, jurisdictionis aut cujuscunque alius juris præjudicium inferatur. Quo casu oblationi locus non est. add. *HORNIVS in Jure Feud. c. 4. §. 7. seqq. RHETIVS in Comment. Jur. Feudal. lib. 1. tit. 1. §. 31. seqq.*

XII. Non dari Feudum hereditarium mixtum eo sensu, quo vulgo describitur, probavi *Posit. 6. usque ad 18. cap. 3. & jam num credo; neque vulgari sententiæ patrocinator illustris COCCEJUS peculiari Disputatione de Feudo hereditario mixto ao. 1701. proposita.*

XIII. Feuda injurata plerumque reperimus, si dignitate superior ab inferiore investiatur, qualia sunt Feuda, quæ Electores ab Episcopo Bambergensi accipiunt. v. LIMNÆUS *ad Capitul. Caroli V. p. 124.* & EYBEN. *in Electis Feudal. c. 11. n. 3.* Sed & par à pari, item dignitate quidem inferior, sed potentia non impar jurisjurandi præstationi sæpe se subtrahit. Quam ob rem tamen sustineri non potest, ipsam fidem pro remissa haberi.

XIV. Id ipsum juramentum fidelitatis *hominium* vocari sivevit, germanice *Mannschafft*. v. *vetus* AUTOR *de beneficiis c. 120. seqq. p. 139. seqq.* Sächsis. *Lehn. R. c. 22.* Schwäb. *Lehn. Recht, c. 44.* Misere itaq; sensum corrumpit novus autor, vel potius in idioma Misnicum translator des Sächsis. *Lehn. Rechts c. 63. seqq. add. Corollarium 1. disp. nostra de ascendentium in feudis successione.* *Recht Mann. Lehn* est, ubi adest certa & vera obligatio ad fidelitatem feudalem, sive feudum concedatur masculo, sive foeminae. Homo enim significat Vasallum; ohne *Mannschafft*, i. e. ohne *Lehn-Pflicht*, nicht aber ohne *Unterthanen*, wie es der Autor des Sächsis. *Lehn. Rechts*, übersetzt.

XV. Feudum *Castrense, Castri, Burgense, Guardia* quomodo distinguenda sint, mirum in modum certant interpretes; neque per omnia placent amplius, quæ *Posit. Feudal. 72. c. 3.* ibique in *annot. lit. G. & H.* diximus, sed inhæremus huc usque, & donec meliora doceamur, sententiæ in Corollario IV. dictæ *Disp. nostræ* expositæ. *Burgense*, daher kommt heutiges Tages noch die Auflassung der Lehen bey den Bürgern, und daß sie den Bürger-Eyd ablegen, und ihre Gewehr müssen visitiren lassen 2c. 2c. und daß sie im Nothfall die Stadt wollen helfen defendiren, und was dergleichen mehr, so man observiret bey Annehmung des Bürger-Rechts.

XVI. Scilicet officiis potioribus olim adhærebant terræ, quæ, quamdiu quis officio fungebatur, jure feudi tenebantur; at hodie erogantur salaria, exceptis officiis Imperii antiquis hereditariis.

XVII. Feudum *Apertura* non modo tempore belli conspicitur, ut fortalitium Vasalli præsidario Domini milite instruatur, sed & tempore pacis hospitandi causa, quæ hospitatio jus *Albergarie* vocatur, sive *Albergarice*, germanice *Herberge*. v. CAROLI DU FRESNE *in Glossario voce Heribergum.*

XVIII. Feudi pignoratitii nulla in libris Feudorum fit mentio, neque id jure Feudi censetur. add. HORN. *Jurisprud. Feudal. c. 4. §. 9.*

XIX. Rusticum rem suam in Feudum alii dare posse, ex ratione Juris Germanici dici nequit. v. JUS FEUDAL. SAX. c. 2. JUS FEUD. ALEM. c. 1. §. 2. *in fine* & §. 4. *in pr.* AUTOR *de beneficiis* §. 4. *seqq.* neque necessitas urget, ut juramentum eminentiæ rusticis attribuamus.

XX. Feuda Imperii immediata minora, quando aperiuntur, Imperatoris arbitrio subsunt, majora non item. *An vero ad ea concedenda Electorum consensus sufficiat, an & reliquorum Statuum requiratur; item an Electoratus vacuus solius Cesaris dispositioni subsit, an vero Electores quoque reliqui in partes veniant,* operose olim occasione artic. 30. Capitul. Leopoldinæ, disceptatum fuit. At hodie per Capitulationem novissimam Carolinam art. 11. res decisa est.

XXI. Prælatus bona Ecclesiastica infeudari solita sine consensu Capituli concedere potest; nisi Ecclesia ad paupertatem redacta sit, tum eadem de mensa Ecclesiæ facere debet, de qua mensa vid. STRAUCH. *Amœnit. Jur. Can. Semestri 1. Ecloga 2. c. 9. p. 46. seqq.*

XXII. Quæstio, num res in corporalis sine corporali in Feudum dari possit, hodie non magni momenti est, postquam phrasis illa: *Wir leihen und reichen ihm solches zu einem rechten Lehn*, ita explicatur, quod contrahentes omnia Feudi naturalia isti contractui inesse velint, deinde ejusmodi Feuda ut plurimum à Domino territoriali, cui Leges mutare integrum est, conceduntur; sed & casus ejusmodi concessionis rarissime accidit.

XXIII. Jurisdictio indefinite in feudum concessa an superiorem comprehendat, est & manebit perpetuo Problema Juridicum in utramque partem disputabile, donec certa lege decidatur, aut jam certa observantia decisa sit. Dominus est hic in culpa, non Vassallus, quod non clarius sit locutus. Nam ex parte Vassalli res est clara. *Conf. Posit. ad ff tit. de jurisdictione*, ubi vindicavi sententiam meam contra Knichium.

XXIV. Idem dicendum est de quæstione, an investitura abusiva dominium utile in investitum transferat. Certe symbola, quæ interveniunt, plerumque non adeo dominii translationem, quam adstrictionem fidei & reverentiæ exhibitionem indicat.

XXV.

XIII. Feuda injurata plerumque reperimus, si dignitate superior ab inferiore investiatur, qualia sunt Feuda, quæ Electores ab Episcopo Bambergensi accipiunt. v. LIMNÆUS *ad Capitul. Caroli V. p. 124.* & EYBEN. *in Electis Feudal. c. 11. n. 3.* Sed & par à pari, item dignitate quidem inferior, sed potentia non impar jurisjurandi præstationi sæpe se subtrahit. Quam ob rem tamen sustineri non potest, ipsam fidem pro remissa haberi.

XIV. Id ipsum juramentum fidelitatis *hominium* vocari sivevit, germanice *Manschaft*. v. *vetus* AUTOR *de beneficiis c. 120. seqq. p. 139. seqq.* Sächsis. *Lehn. R. c. 22.* Schwäb. *Lehn. Recht, c. 44.* Misere itaq; sensum corrumpit novus autor, vel potius in idioma Misnicum translator des Sächsis. *Lehn. Rechts c. 63. seqq. add. Corollarium 1. disp. nostræ de ascendentium in feudis successione.* *Recht Mann. Lehn* est, ubi adest certa & vera obligatio ad fidelitatem feudalem, sive feudum concedatur masculo, sive foeminae. Homo enim significat Vasallum; ohne *Manschaft*, i. e. ohne *Lehn-Pflicht*, nicht aber ohne *Unterthanen*, wie es der Autor des Sächsis. *Lehn. Rechts*, übersetzt.

XV. Feudum *Castrense, Castri, Burgense, Guardia* quomodo distinguenda sint, mirum in modum certant interpretes; neque per omnia placent amplius, quæ *Posit. Feudal. 72. c. 3.* ibique in *annot. lit. G. & H.* diximus, sed inhæremus hucusque, & donec meliora doceamur, sententiæ in Corollario IV. dictæ *Disp. nostræ* expositæ. *Burgense*, daher kommt heutiges Tages noch die Auflassung der Lehen bey den Bürgern, und daß sie den Bürger. *Eyd* ablegen, und ihr Gewehr müssen visitiren lassen *ic. ic.* und daß sie im Nothfall die Stadt wollen helfen defendiren, und was dergleichen mehr, so man observiret bey Annehmung des Bürger. *Rechts*.

XVI. Scilicet officiis potioribus olim adhærebant terræ, quæ, quamdiu quis officio fungebatur, jure feudi tenebantur; at hodie erogantur salaria, exceptis officiis Imperii antiquis hereditariis.

XVII. Feudum *Apertura* non modo tempore belli conspicitur, ut fortalitium Vasalli præsidario Domini milite instruatur, sed & tempore pacis hospitandi causa, quæ hospitatio jus *Albergariae* vocatur, sive *Albergarice*, germanice *Herberge*. v. CAROLI DU FRESNE *in Glossario voce Heribergum.*

XVIII. Feudi pignoratitii nulla in libris Feudorum fit mentio, neque id jure Feudi censetur. add. HORN. *Jurisprud. Feudal. c. 4. §. 9.*

XIX. Rusticum rem suam in Feudum alii dare posse, ex ratione Juris Germanici dici nequit. v. JUS FEUDAL. SAX. c. 2. JUS FEUD. ALEM. c. 1. §. 2. *in fine* & §. 4. *in pr.* AUTOR *de beneficiis* §. 4. *seqq.* neque necessitas urget, ut juramentum eminentiæ rusticis attribuamus.

XX. Feudal Imperii immediata minora, quando aperiuntur, Imperatoris arbitrio subsunt, majora non item. *An vero ad ea concedenda Electorum consensus sufficiat, an & reliquorum Statuum requiratur; item an Electoratus vacuus solius Cesaris dispositioni subsit, an vero Electores quoque reliqui in partes veniant,* operose olim occasione artic. 30. Capitul. Leopoldinæ, disceptatum fuit. At hodie per Capitulationem novissimam Carolinam art. 11. res decisa est.

XXI. Prælatus bona Ecclesiastica infeudari solita sine consensu Capituli concedere potest; nisi Ecclesia ad paupertatem redacta sit, tum eadem de mensa Ecclesiæ facere debet, de qua mensa vid. STRAUCH. *Amœnit. Jur. Can. Semestri 1. Ecloga 2. c. 9. p. 46. seqq.*

XXII. Quæstio, num res in corporalis sine corporali in Feudum dari possit, hodie non magni momenti est, postquam phrasis illa: *Wir leihen und reichen ihm solches zu einem rechten Lehn*, ita explicatur, quod contrahentes omnia Feudi naturalia isti contractui inesse velint, deinde ejusmodi Feuda ut plurimum à Domino territoriali, cui Leges mutare integrum est, conceduntur; sed & casus ejusmodi concessionis rarissime accidit.

XXIII. Jurisdictio indefinite in feudum concessa an superiorem comprehendat, est & manebit perpetuo Problema Juridicum in utramque partem disputabile, donec certa lege decidatur, aut jam certa observantia decisa sit. Dominus est hic in culpa, non Vassallus, quod non clarius sit locutus. Nam ex parte Vassalli res est clara. *Conf. Posit. ad ff tit. de jurisdictione*, ubi vindicavi sententiam meam contra Knichium.

XXIV. Idem dicendum est de quæstione, an investitura abusiva dominium utile in investitum transferat. Certe symbola, quæ interveniunt, plerumque non adeo dominii translationem, quam adstrictionem fidei & reverentiæ exhibitionem indicat.

XXV.

XXV. Expectativa Feudi non magni momenti est, postquam specialis generali, duplex simplici præfertur, & clausulæ: anteferri. &c. effectus tribuitur; imo dominus Feudi, si Princeps est, ad ratihabendas investituros ab antecessore concessas non adstringitur.

XXVI. Investitura renovanda est, mutato vel Domino, vel Vasallo, seu mutatio morte, seu alia ex causa evenerit.

XXVII. Diem anno adjectum *Jure Longobardico* pro mense, *Jure Germanico* pro 6. hebdomadibus accipi, probavi in *Posit. feud. 74. seqq. c. 6. & in annotatis ad Posit. 42. ff. de probationibus.*

XXVIII. Quæstio, quid per id, quod habetur pro investitura, 2. ff. 33. designetur, minime practica est; neque puto, ibi præscriptionem subintelligi, sed eum textum alteri 1. F. 25. revera contradicere.

XXIX. Provasallus & Procurator Vasalli differunt: *Provasallus*, ein *Lehn-Träger*, constituitur ad servitia aliqua, onera & negotia, quibus præstandis Vasallus impar est, expedienda; *Procurator* vero saltem ad recipiendam investituram aliumve actum unicum. Unde consequitur, Provasalli officium perpetuum, Procuratoris momentaneum esse.

XXX. *Jure Feudali Germanico* nulla unquam ascendentium neque collateralium ultimi possessoris fuit neque est successio, nisi ex simultanea investitura. Add. *Disp. ascendentium in Feudis nullam esse successionem.*

XXXI. Sed & ea quæstio ad problemata pertinet, *an Pater testamento inter liberos de Feudo disponere possit.* Negativa ex 1. F. 8. Affirmativa ex 2. F. 45. colligi, & prior textus de institutione extraneorum intelligi potest vel solet. v. HORNII *Diss. de testamentaria patris circa Feudum dispositione.*

XXXII. Damnum, quod Vasallus in expeditione sustinuit, eidem a Domino ex *Juris Germanici Feudalis* principiis refarciendum est. AUTOR *de beneficiis* §. 17. p. 103. & §. 14. p. 151. *JUS FEUD. ALEM. c. 9. §. 3.* in quo posteriori nulla fit mentio eorum, quæ in expeditione amissa sunt.

XXXIII. Eam consuetudinem in Saxonia in dubio hodie non admitti putat SCHILTER. in *Comm. ad Jus Feud. Alem. c. 9. §. 4.* quod non

non simpliciter dixerim, prout historia facinoris Kauffungiani innuere videtur.

XXXIV. Circa servitia triplex occurrit Legum dispositio, nempe ut eadem Vasallus vel ipse præstet, vel Substitutum Domino acceptabilem in expeditionem mittat, vel certam fructuum portionem Domino præstet.

XXXV. Ea præstatio *Adoba* vocatur, nomine Barbaro a Siculis potissimum Doctoribus orto, inter quos JAC. DE AYELLO *Commentario* singulari hoc argumentum perquisivit; & illustris COCCEJUS *Disp. publica de Adoba, Francof. ad Viadram Ao. 1692.* quæ post Ayelli operam desiderari poterant, exposuit.

XXXVI. At enim vero *Adohæ* vocabulum in Legibus Feudalibus, neque Longobardicis, neque Francicis aut Germanicis reperitur, neque ejus mentio apud CAROL. DU FRESNE in *Glossario* suo occurrit, sed istam servitiorum redemptionem *Hostenditias* vocari ex 2. F. 40. discimus, in cujus vocis origine indaganda strenue nugantur Interpretes.

XXXVII. Alii dici putant, quasi aus *denen Diensten*, i. e. liberationem a servitiis indictis; alii ab *hosti*endo, quasi *redhostimentum* remissorum servitiorum; alii à plaga Orientali, quasi *expeditio* versus Orientem, *der Ofter-Dienst*, quo pertinebant *die Creuz-Züge*, deducunt, quos refutare operæ pretium non est; alii denique a vocabulo vetusto Teutonico *Ooste* vel *hostis* rectius ejus originem requirunt, cujus 1. F. 7. 1. F. 20. 2. F. 40. & passim in Legibus Longobardorum, aliisque chartis antiquis fit mentio. v. CAROL. DU FRESNE in *Glossario medie & inf. Latinit. tom. 2. Lit. H. p. m. 781.--799.* item FRID. LINDENBROG. in *Gloss. Codici LL. antiquarum subjecto.*

XXXVII. At *hostis* vocabulum exercitum designare, aut bellicam expeditionem, mihi nondum persuadeo; quemadmodum & ALBERICUM GENTILEM, *adl. 234. pr. de V. S.* propius ad verum accedere, rem tamen nondum exhaurire puto, quando *hostem* pro comite & adjutore usurpat; quinimo terminus iste quamcunque securitatis præstationem indicat: dixi supra *Seçt. 2. c. 6. de Obstagio.* Licet forte frequentius pro specie securitatis extantiori, exercitu, nempe, expeditione vel comitatu accipiatur. Qq XXXIX.

XXXIX. Adoha ista, vel Hostenditiæ, Germanice Heer-Steuger, Reise-Geld, Fahrt-Lösung, est portio fructuum (unius scil. anni) Feudi, eorumve æstimatio, quam Vasallus, quoties Servitia indicantur, Domino directo præstat, eoque necessitatem serviendi pro ista vice redimit.

XL. Quantitas ejus varie definitur: Jure Germ. fuit decima pars fructuum, sive talentum decimum, quod annuatim a domino suo Vasallus habuerat. AUTOR *de benefic. §. 13. p. 102.* Sächsis. Lehn-Recht, c. 6. §. 1. Schwäb. Lehn-R. c. 8. §. 7. Germanice vocant das zehende Pfund.

XLI. Contra Conradus Imperator tertiam fructuum partem in terra Teutonica exigit 2. F. 40. pr. & Fridericus I. dimidiam partem fructuum unius anni tam Alemannis, quam Longobardis injungit 2. F. 55. §. firmiter.

XLII. Probe vero observat COCCEJUS *in supra dicta Disp. tit. 54.* regulam principalem non his textibus, sed 2. F. 54. contineri, nempe expeditionem redimi, solutis integris militiæ stipendiis pro quantitate Feudi, sine habita ratione servitiorum feudo impositorum; ubi vero de stipendiorum quantitate non constat, aut dominus ejus probandi necessitate defungi non cupit, semissem fructuum in subsidium vocari.

XLIII. Denique fructus dimidios unius anni esse quadragesimam pretii partem, quamvis alii alios calculos forment a Coccejo *d. l.* refutati.

XLIV. Ad præstationes præter servitia Vasallo intuitu Feudi incumbentes, de quibus in annotatis ad *Posit. Feud. 53. c. 8. Lit. N.* diximus, refertur etiam aurum coronarium, die Cronen-Steuer, cujus recens exemplum superius Seculum vidit, cum divus Fridericus Brandenburg. Coronam Prussiæ susciperet. v. *Dispp. JOH. PETR. LUDEWIG, de Auspicio Regum & JOH. SAM. STRYK, de auro coronario.*

XLV. Hæc Romanis Imperatoribus, quoties quis inaugurabatur, frequens erat. v. JULIUS CAPITOLINVS *in vita Antonii pii, c. 4. in fine.* Italistotum remittebatur aurum; at Provincialibus diminuebatur propter difficultates ærarii.

XLVI. Vasallus in præjudicium domini & agnatorum servitutem

tutem, aliudve onus Feudo imponere non potest; valet tamen impositum, quamdiu ipse & descendentes supersint.

XLVII. An vero id fieri possit in præjudicium ejus, qui causam ab imponente habet, v. g. qui Feudum emtionis, permutationis, aliove titulo a Vasallo, qui servitutem imposuit, consequitur, in Collegiis hujus loci magna est contentione disputatum, & nunc in negantem partem pronunciatum memini.

XLVIII. Affirmativæ favet, quod facta ejus, a quo causam habeo, rem ipsam afficientia regulariter rata habere tenear. Negativam vero forte rectius tuetur STRYK. *in usu mod. ff. de servitut. lb. 10.*

XLIX. *Subfeudum* mortuo subinfeudante non expirat, 2. F. 9. pr. idque etiam in jure Germanio evidentissime probat THOMASIVS *in Selectis Feudalibus de librorum de beneficiis usu, §. 34. ad 38.*

L. Subvasallus etiam non soli domino subinfeudanti, sed & superiori ad servitia præstanda obstringitur, non modo deficientibus successoribus subinfeudantis, 2. F. 34. §. 2. sed etiam iis superstitibus, maxime si subfeudum sit regulare.

LI. Ita vero optime cum affectionibus Subfeudi cohærent dispositiones 2. F. 34. commemoratæ, atque ita emendanda sunt quæ dixi *Posit. Feud. 80. usque ad 92. cap. 8.*

LII. Vasallo Feudum refutante vel alienante, ii, qui successionem sperant, duplici jure gaudent, revocandi & retrahendi, quæ vulgo male confunduntur. Utriusque sedes est 2. F. 26. §. *si quis deceaserit §. v. Titius filios.*

LIII. Scilicet jus revocandi gratuitum est, & Solis agnatis, extincta linea alienantis, tribuitur ex jure successionis; at jus retrahendi cum onere restituendi pretii conjunctum, præter agnatos etiam filiis intra annum a tempore alienationis vel refutationis ex jure protimiseos competit. v. D. ZIGLERI *Disp. de jure revocandi, quod agnatis solis, & jure retrahendi, quod filiis cum agnatis competit.*

LIV. Feloniæ species enumeravi in *Pos. Feudal. c. 9.* inter quas non postremum locum occupat cucurbitatio, 1. F. 5. & 2. F. 24. vid. CASP. BITSCHIUS *in Comm. ad 1. F. 5. p. 85. usque ad p. 90.*

LV. Eo tamen non pertinet stuprum viduæ Domini illatum, licet ea præsentis Domini mater, aut intra annum luctus vitiata sit,

1. Feud. 21. VULTEJUS de Feudis lib. 1. c. 11. n. 31. p. m. 697. TITII Rehn-
 R. c. 26. §. 40. COCCEJI Hypomnemata Juris Feudal. tit. 8. §. 7. Conf. cap.
 3. Diff. nostra de concubitu intra tempus luctus.

LVI. Dominus vicem Vasallo reddere debet in omnibus, ad
 quæ Vasallus Domino obligatur, ita disponente 2. F. 6. in fine.

LVII. Quod si verum sit, Dominus debet investituram a Va-
 fallo petere, perquam humiliter & devote erga Vasallum se habe-
 re, 2. F. 23. ei juramentum fidelitatis præstare, eidem servitia milita-
 ria exhibere, Vasallum nec mortuum, nec ad mortem vulneratum
 in acie deserere &c. quæ omnia rectæ rationi repugnant.

LVIII. Deinde 2. F. 26. §. Domino. it. 2. F. 47. Dominum ob felo-
 niam jure Domini directi excidere dicitur, sed dubitanter; idem-
 que affirmare videtur JUS FEUDAL SAXONICUM c. 77.
 & JUS PROV. lib. 3. art. 84. confer. THOMASII dissert. de Felonia
 Domini.

LIX. Sed considerandum est, Dominum directum con-
 cedere beneficium, non accipere, Vasallum a Domino depen-
 dere, & fidelitatem promittere: Jus ad officia affirmativa pro-
 missio denique perfectum reddit, hinc cum ex parte Domini pro-
 missio cesset, hoc efficiet, eandem ipsius, qualem Vasalli pœnam
 statui non posse.

LX. Deinde non quæri: *an Dominus peccet, si tale quid commit-
 tat, an dominio directo propterea privari, idque cum dominio utili conso-
 lidari debeat.*

LXI. Id vero posterius dici nequit, si Dominus directus si-
 mul sit Princeps territorialis, tum enim Vasallus fit subditus, qui
 pœnæ nomine ab Imperante nihil exigere potest: dominium di-
 rectum non ad personam Principis, sed ad Rempublicam, seu ter-
 ritorium pertinet, cui a subdito eripi non possunt.

LXII. At si subalternus Dominus ex Feudo suo Subfeudum
 Vasallo concefferit, & in ipsum deliquerit, dominium directum,
 quod amittit, non ad Subvasallum descendit, sed ad superiorem
 dominum revertitur.

LXIII. Demum si privatus ex proprio allodio rem aliquam in Feu-
 dum alicui concefferit, deinde hic vim hostilem, aut damnum im-
 meri-

meritum grave Vasallo intulerit, non abnuo, quin feloniam locus detur, & dominium directum ad Vasallum descendat.

LXIV. Minime vero Feloniam locus est, si dominus Vasallum accuset, testimonium contra ipsum dicat, dominiumque directum in alium quemcunque transferat. Quia illa duo pertinent ad reverentiam Vasalli, non Domini directi proprium; in casu vero posteriori translatio domini in alium forsan potentiozem nihil efficere potest.

LXV. Causa Feudalis est, quae inter duas pluresve personas qualitate Feudali praeditas de re vel facto Feudali ventilatur.

LXVI. In ea Judex competens est Dominus directus, ejusque Consilium Regiminis Provincialis, die Landes-Regierung, cujus membra seu Consilarii aulici, non qua Pares Curiae, licet forte Feuda possideant, quod tamen necesse non est, sed qua munere publico, eoque perpetuo funguntur. Unde Parium Curiae nullum superesse usum dixi POSIT. FEUDAL. 23. c. 10.

LXVII. Idque concedunt omnes, si Vasalli simul sint subditi; at causae eorum, qui subditi non sunt, si sint immediati, non in Camera, sed in Consilio Imperii Aulico deciduntur, propterea quod Feuda minora in Judicio Aulico concedi solent Viennae.

LXVIII. Si mediati sint, plerumque Dominus Paribus Curiae destituitur; neque unquam vel legi, vel audiri, eos adhibitos aut desideratos fuisse.

CAP. XXII.

De

Emphyteufi & Superficie.

I.

Contractus Emphyteutici historiam in POSIT. ad ff. si ager vectigalis petatur, ejusdem vero contenta in POSIT. Inst. tit. de Locat. Conduct. exhibui.

II. Differentiam à Contractu superficiario suppeditavi in POSIT. ad ff. de Superficiebus. Emphyteufis primo pertinuit ad

prædia rustica, ad hortos, agros, imo & prata, quia & hæc opus habent cultura & impedimentorum remotione. Hoc enim neglecto *pflegen sie zu verpuschen*, uti dicitur. LAVTERBACH. *in Colleg. Theoretico Pract. ff. Jus superficiarium prius invaluit, quam coepit emphyteuseos jus à privatis concedi.*

III. Vnde arguo, *emphyteusein* tantum prædiorum rusticorum esse; *superficiem* tantum ædificiorum, seu prædiorum urbanorum.

IV. Emphytevtam in recognitionem domini directi Canonem vel Vectigal solvere, eodemque modo à superficiario Solarium exigi, quod Germanice vocatur *Boden-Zinß, Grund-Zinß*, à Solo;

V. Non soluto Solario perinde amitti superficiem ac emphyteusein non soluto Canone.

VI. Quia vero Dd. pœnam commissi, tanquam odiosum quid, extendere ad superficiem non audebant, emphyteusein urbanam effinxerunt.

VII. At ea opus non habemus, neque ista a superficie differt, quia in Contractu Superficiario dominium utile fundi perinde transit ac in emphytevtico.

VIII. Cautè aget, qui emphyteusein concedit, si quantitatem *Laudemii*, quibus id præstari debeat, determinet.

IX. Item si facultatem, fundum in casum deteriorationis, aut non sufficientis meliorationis recipiendi, sibi reservet.

X. Si Emphytevticario jus testamento emphyteusein transferendi præscindat, & heredes determinet; alias ipsa nunquam ad dominum directum revertetur.

XI. Imo si plane ad certum tempus v. g. 20. annorum eandem concedat, reservata potestate, finito tempore eam renovandi.

XII. Denique determinandum, quænam incrementa, vel, ut vulgo vocantur, meliorationes ad dominum gratis reverti debeant.

XIII. Determinandus etiam Canon, qua in re consistere debeat, & utrum iis annis, quibus emphytevtata nullos omnino fructus percipit, præstandus sit. *Wenn der Canon in Geld Sorten.*

XIV. In Superficiario Contractu definiendum, an pœnæ commissi ob non solutum Solarium locus esse debeat.

XV. Nec

XV. Nec non, an ædibus vel casu repentino vel vetustatis vitio collapsis jus superficiei ad ulteriorem exstructionem extendendum sit.

XVI. Tandem, quia utrobique de rebus immobilibus agitur, (mobiliū enim emphyteusis ad entia rationis pertinet) hi contractus nunquam sine confirmatione Magistratus competentis firmiter celebrari possunt.

CAP. XXIII.

De

Censu Romano & Germanico.

I.

C*ensus* vocabulum est multiplicis significatus; vel enim pro prædio præstabatur, vel pro pecunia.

II. Pro prædio ita præstabatur, ut vel donaretur prædium, vel minori pretio venderetur, & venditor vel donans certam pensionem annuam in eo sibi reservaret, qui *Census reservativus* dicitur vel *fundarius*.

III. Eo casu procul dubio plenum in emtorem transibat dominium, & Censu non soluto sola personalis actio suppetebat, nisi concedens hypothecam sibi reservasset. STRUV. in *Syntagmate Jur. Feudal.* hanc utramque distinctionem perscrutatur cap. 2.

IV. Pro pecunia præstabatur, si quis jus antiquæ pensionis percipiendæ, soluta certa pecuniæ summa, (in re aliena) una rem alienam sibi acquireret, qui *constitutivus* dicebatur, vel *consignativus*, & perinde personalem tantum actionem, non jus in re producebat.

V. At Jus Canonicum alium Censum introduxit, qui soluta certa pecuniæ summa ex prædio emitur & oneribus realibus accensetur, adeoque plus, quam hypothecam emtori tribuit.

VI. Atque ibi Censuario vel facultas reservatur rem pretio ab onere Censu liberandi, qualis vocatur *Census redimibilis*, *wiederkauflicher Zins*.

VII. Vel

VII. Vel facultas redimendi eidem denegatur, qualis vocatur *unableglicher* (*unablößlicher*) vel *Erb-Zinß*.

VIII. Germanis olim varii generis Census erat; potissimum vero dividebatur in simplicem (*Zinß*) & hereditarium. (*Erb-Zinß*.)

IX. Simplex vel respondet fructibus, & vocatur *Laß-Zinß*, isque augeri vel omnino tolli, & prædium Censuario adimi tanquam in locatione potest.

X. Vel fructibus multo inferior erat, quo casu prædium pro solido exsoluto in Censuarium translatum Dominus reddito solido recipere, & Censuarium pro lubitu expellere poterat, quodque id sine causa urgente haud faceret, pietatis erat, non juris perfecti.

XI. Quemadmodum vero non semper Domino expediebat, ut proprietarium expelleret; aliud medium promptæ exactio- nis supererat, nempe Census debito tempore non soluti in singu- los dies duplicatio, unde *Rutscher-Zinß* vocatur, de quo latius *in Posit. Juris Germ. lib. 1. c. 6.*

XII. Census hereditarius, *Erbzinß*, maxime affinis est juri em- phyteutico, & cum eo plerumque confunditur, id improbante ZIG- LERO *in disp. X. vol. I. de Prædiis Censiticis ruralibus*, cujus mentem latius exposui *in Posit. ad ff. tit. si ager vectigalis.*

XIII. Inde vero cognosci potest differentia Census Romani & Germanici: Romanus pingvius jus Censuario quam Emphyteutica- rio tribuit; Germanicus deterius, aut certe non majus.

XIV. Nempe census hereditarius tribuit dominium utile; cen- sus simpliciter talis, usum rei revocabilem.

XV. Postquam vero rustici nostrates ad altiora adspirarunt, jure Census dominium plenum transferri crediderunt, atque de omnibus fere conclusionibus ambigere cœperunt. Quam ob rem FRANZKIUS *de Laudemio cap. X. n. 38. seqq.* recte conqueritur, genu- inam inter emphyteutica hodierna & censitica bona differentiam maxime in obscuro esse.

XVI. Neque vero putem a jure Census hereditarii, vom *Erb- Zinß-Rechte*, differre primo jus Colonarium provinciale, das *Land-Siedel-Recht* de quo illustres Viri JOH. OTTO TA- BOR, & NIC. CHRISTOPH. DE LYNCKER, singularibus *Diff. egerunt.*

XVII.

XVII. Secundo Conductionem perpetuariam, den Erb-Pacht, quod institutum, vulgo pro noxio venditatum. *pecul. Disp. exposuit JOH. PETR. LUDEWIG, Hale 1709.*

XVIII. *Jus libellarium*, quod vulgo pro Synonimo Emphyteuseos habetur, & frequenter in consuetudinibus Feudorum Longobardicis commemoratur; neque foro conducit, ut ejus ab Emphyteusi differentias operose eruamus.

XIX. Cautiones in his contractibus observandæ cum iis, quas in cap. præced. commendavimus, plane coincidunt, & generaliter eo tendunt, ut, quæ ratione juris dubia sunt, a contrahentibus definiantur; quod tamen in Contractu Colonario regulariter non admittitur.

CAP. XXIV.

De

Donatione.

I.

Historiam hujus argumenti ex *Lege Cincia* & **FRIDERICI BR. VMMERI** in eandem *Commentariis* denuo à me editis summam repræsentavi in *Posit. ad ff. tit. de donat. Parisiis* primo prodiit *Commentatio de Lege Cincia.*

II. Capita hujus doctrinæ in *Posit. ad Inst. & ff. eod. tit.* exposui. Quando in jure dicitur, aliquid dissolvi aut revocari posse ob ingratitudinem, intelligendi sunt certi casus hujus ingratitudinis, ad quos hæc revocatio restricta est.

III. Omnis donatio in dubio inter vivos facta præsumitur, licet mortis mentio fiat; nisi evidentissime ipsa dispositio in casum mortis suspendatur, aut donatio in testamento facta sit. add. **CARPZ. P. 2. Const. 12. n. 24. STRYCK. de Cautel. Contractuum Sect. 3. c. 9. § 9. MENOCHIVS lib. 3. presunt. 35. n. 4. & 5.**

IV. Pacta enim inter vivos facta videntur, licet vel maxime 5. testes adhibiti fuerint, vel donator morbo laboret, & morti propinquus sit.

V. Et, mortis causa donatio potius cogitatione mortalitatis
 Rr in genere,

in genere, quam ob definitum periculum facta videtur, licet donans in periculo versetur. Ea itaque non expirat, licet donans ex isto periculo eluctatus sit.

VI. Multum interest inter donationem remuneratoriam & simplicem. Illa nec insinuatione indiget, CARPZ. P. 2. Const. 12. def. 15. licet inter priscos valde desuper certatum fuerit. Nec ob ingratitudinem revocari potest. BRVNNEM. ad L. ult. C. de remunerandis donat. PEREZ. in Codicem. d. Tit. n. 11. Eademque & inter conjuges servanda. BRVNNEM. ad l. 27. ff. de donat.


VII. Præstat itaque, donationem inter vivos potius, quam mortis causa, aut si donans hanc simpliciter velit, donationem ex causa mortis quandocunque eventuræ, quam ad periculum restrictam expetere, & curare, ut benemerita instrumento donationis inferantur.

VIII. Immobilia avita, licet summam quingentorum aureorum non excedant, non nisi impetrato consensu descendentium coram Magistratu in Saxonia, donari possunt quemadmodum textum Sächß. Land-Recht, lib. I. art. 52. authentice interpretatus est, atque iterum ad donationem simplicem restrinxit Sereniss.

Electo AVGUSTVS Part. 2. Const. 12. ubi videatur CARP-

ZOVIVS. Ohne der Erben Laub oder Gericht soll niemand sein eigen vergeben.

F I N I S.



INDEX.



INDEX I.

AVCTORVM ALLEGA- TORVM.

Numerus primus librum, secundus caput, reliqui positiones, litteræ notas positioni subjectas, denotant.

A.

Apfold (Emeran) Gründlicher Unterricht vom Post-Regal. II, 1, 2. 3. 4. 5. 6. 7. 9. 12. 16. 17. 21. 22. 23. 24. 25. 27. 29. 30. 31. 32. 33. c. 5, 35.

vid. *Ockelius*.

Additionator ad Anton. *de Gamma* decis. II, 10, 31.

de Afflictis (Matthæi) Decisiones Neapolitanæ, II, 8, 22. c. 18, 43.

Commentat. in Libros Feudor. II, 16, 2.

Alciatus ad Codicem. II, 1, 3.

Aluarottus. I, 24, 8. II, 10, 29.

Amstel (Joh.) Disput. II, 9, 15. 16.

Anton. de Rescript. Morator. II, 19, 14.

Resolut. II, 20, 7.

Disputationes Feudal. II, 22, 23.

Apologia Joh. Reinholdi *de Patkul*. II, 10, 16.

Arcuarius. III, 8, 15.

Arumæus in Aur. Bull. I, 12, 22.

Aventini Annales Boior. I, 26, 56. a.

Augustinus (Anton.) de Legibus. III, 9, 6.

Aurea Bulla. II, 5, 27. III, 14, 3. c. 21, 7.

Ausschreiben de anno 1551. I, 17, 2.

Ausschreiben die Brau-Nahrung betreffend de anno 1676. I, 17, 2. a.

Autor historię *Brunsvicensis*. I, 12, 4.

anonimus de Beneficiis. III, 21, 14. 19. 32. 40.

de Ayello (Jac.) de Adoha &c. III, 21, 35.

B.

B*Alduinus*. III, 9, 2.

Baldus. I, 24, 8. II, 19, 1.

Baluzii Capitularia Regum Francorum. III, 3, 21.

Baqueti Jo. de jure Albinagii tractatus singularis. II, 12, 19.

Barry (Franc.) de successione. II, 12, 4.

Bartholini Commentat. de Sangvine vetito. III, 5, 7.

Bartolus I, 9, 6. c. 14. II.

de Barzis (Benedict.) II, 19, 6.

Bechmannus. II, 2, 39.

Beckmanni Syntagma dignit. illustr. I, 9, 14. 16. 17.

Beieri (Adriani) Advocat. opific. I, 15, 33. 34. 69. d.

Boetus. I, 3, 16. c. 15, 18. 24. 25. 31. 32. 37. 38. 39. 40.

de collegiis opificum. I, 15, 3.

de domesticis opificum. I, 15, 63.

de instrumentis opific. II, 7, a.

S s

de jure

INDEX I.

- de jure prohibendi. I, 15, 3. 61. 63. 69.
 Magister. I, 15, 41. 45. 46. 50. 51. 55. 56. 57. 61.
 63. 64. 65. 67.
 Opus juris opificiarum. I, 15, 72.
 Tyro. I, 15, 10. 11. 12. 13. 15. 17.
 ad Schulzii Synopf. Inst. I, 5, 16. 17. c. 27, 2.
 III, 12, 32.
 Beyer (Georgii) Posit. ad ff. I, 1, 7. c. 2, 7. c. 4, 7.
 c. 5, 22. c. 14, 10. c. 16, a. c. 20, 21. c. 26, 25. 30.
 40. 48. 72. II, 8, 27. c. 10, 28. 30. c. 11, 22. c. 21,
 16. 18. 19. 20. III, 4, 16. 40. 76. c. 8, 12. c. 9,
 8. 14. c. 10, 12. c. 16, 14. c. 20, 7. sqq. c. 21, 23.
 27. c. 22, 1. 2. c. 23, 1. 2.
 Posit. feud. I, 4, 7. III, 21, 1. 4. 12. 15. 27. 51.
 54. 68.
 Posit. Jur. divin. III, 2, 9. c. 3, 1. c. 20, 3.
 Posit. ad Inst. Jur. Civ. III, 2, 38. c. 7, 7. c. 9,
 8. c. 13, 6. c. 15, 12. c. 20, 7. sqq. c. 22, 1. c.
 23, 2.
 Posit. ad Constitut. Criminal. III, 2, 43.
 Centur. themat. jur. var I, 26, 40. 66.
 Disp. de Concubitu intra tempus luctus. II,
 17, 44. c. 21, 55.
 Disp. de Dotalitio II, 18, 43.
 Disp. Ascendent. in Feud. nullam esse Success.
 III, 2, 43. c. 17, 11. c. 21, 14. 50.
 Disp. de hodiern. Curat. & Tut. Minoribus da-
 torum Differentia. III, 4, 29.
 Disp. de Paroemia: Major dividit, minor eligit.
 III, 21, 7.
 Disp. de violat. securit. domest. II, 11, 53.
 Disp. de dispensat. circa matrim. intra grad.
 prohibitos. I, 26, 37.
 Scholia in disp. inaug. Dn. Manickii, II,
 14, 7.
 Berckoldi Sylloge Materiar. Jur. II, 17, 7.
 Bergeri Electa proc. exec. I, 27, 23. III, 4, 48.
 Supplem. ad electa proc. poss. I, 16, 9.
 Electa criminal. II, 1, 19. c. 2, 19. 76.
 Suppl. Elect. Discept. forens. II, 15, 8.
 Oeconom. Jur. II, 15, 6. 56.
 ad ordin. proc. Sax. I, 4, a. c. 27, 8. 10. 11. 12.
 21. 33. 39. III, 4, 54. 57.
 Resolutiones ad ff. I, 5, 12. c. 7, 4. c. 19, 7. c.
 22, 12. c. 25, 22. III, 15, 19. sq.
 de usu action. II, 4, 41.
 Vol. Disp. Jurid. I, 27, 40. III, 4, 58. sq.
 Berlichii Conclusiones. I, 2, 39. c. 14, 9. c. 17.
 4. c. 19, 6. c. 20, 23. 24. c. 26, 84. II, 2, 39.
 c. 7, 16. c. 10, 16. c. 11, 13. 43. c. 13, 17. c. 15,
 29. c. 16, 28. 32. c. 17, 1. 2. 4. 10. 14. 16. 21. c. 18,
 5. c. 19, 16. 17. c. 21, 6. III, 16, 9.
 Besoldi Thef. pract. I, 17, 16. 19. c. 18, 1. c. 21, 2.
 II, 2, 37. 61. c. 4, 7. c. 7, 1. c. 11, 27. c. 12, 23.
 28. 29. 32. c. 16, 9. 29. III, 12, 32.
 ad jus prov. VVürtemb. II, 11, 43. c. 22, 17.
 III, 16, 9.
 Betsius (Nic.) de statutis & pactis famil. illustr.
 II, 11, 30. c. 13, 21. III, 18, 1.
 Beuff. de Jure Connub. II, 18, 25.
 Bischius (Casp.) de Feudis. III, 21, 5.
 Blumlaeber de jure precar. II, 10, 29.
 Boccalinus (Trajan) II, 18, 7.
 Bocerus II, 8, 18.
 Bodinus (Joh.) de republ. II, 8, 21. c. 12, 8. 12.
 (Joh. Henr.) Disput. de pacto confrat. Sax.
 Brand. Hass. II, 11, 50. III, 18, 5.
 Bäckelmann de actionibus. II, 10, 29.
 Boerius Decif. I, 6, 46.
 Bonacossa (Hippolit.) de Cautelis. III, 6, 2.
 Bornii Vol. Disp. Jur. II, 7, 3. 9. 11. 13. 14. 16. 17.
 23. 27. 28. 29. c. 11, 25.
 Boxborn. ad Tacitum. II, 5, 24.
 Epistolæ & Poemata. III, 9, 11.
 Brederodius (Petr. Cornel.) de Cautelis. III, 6, 2.
 Brückneri (Guil. Hieron.) Consil. & Decisiones
 Matrimonial. III, 8, 11. 15.
 Brummer de scabin. I, 7, 45.
 ad Legem Cinciam. III, 4, 70. sq. c. 23, 1.
 Brunnemannus. I, 14, 11. 34. II, 21, 21. III, 23, 6.
 Budai (Francisc.) Glossarium Legis Salicæ. III,
 12, 1.
 Burgundus (Nic.) ad consuet. Flandr. II, 12, 1.
 Busius. I, 14, 11.
 Buygnonius (Philibertus) leg. in Gallia abrogat.
 II, 12, 10. 18.

C.

- C**æpolla (Barthol.) de Cautelis. III, 6, 2.
 Caesar (Julius) I, 1, a. b. c. 22, 2.
 Cavallos Specul. Aureum Commun. Sententia-
 rum. II, 18, 21.
 Caji Fragmenta. I, 26, 53.
 Calvini Lexicon jurid. II, 12, 5.

Capitularia

AVCTORVM ALLEGATORVM.

- Capitularia** Reg. Francor. II, 11, 33.
Capitulatio Leopoldi III, 21, 20.
 Josephi I, 18, 13.
 Caroli VI. III, 21, 20.
Capitulini (Jul.) Vita Antonini Pii. III, 21, 45.
Carpzovii Definitiones. I, 5, 18. 24. c. 6, 11. c. 14, 9. 17. 27. 29. 30. 33. c. 16, 1. 2. 6. a. c. 17, 4. 15. c. 21, 22. 23. c. 26, 32. 42. 50. 83. c. 27, 5. 23. 24. 25. 26. 28. 30. 34. 35. 37. 41. 44. 45. 56. II, 2, 39. 60. c. 7, 3. 36. 37. 38. c. 9, 14. c. 10, 21. c. 11, 6. 9. 10. 13. 23. 43. c. 13. 10. 11. 13. 14. 15. 19. c. 14, 13. c. 15, 44. 45. 49. 56. 59. 67. 68. c. 16, 21. 26. 30. c. 17, 10. 15. 24. 29. c. 18, 41. c. 19, 15. c. 21, 13. III, 4, 48. 53. 59. c. 16, 9. c. 23, 3. 8.
 Decisiones II, 16, 26. c. 17, 9. 10. c. 18, 51. 61. c. 19, 12.
 Crimin. I, 15, 7. II, 2, 16.
 Processus. I, 4, 22. I, 7, 12.
 Responsa. I, 5. 9. 17. 19. 21. c. 7, 15. c. 11, d. c. 17, 18. c. 19, 6. c. 25, 10. c. 26, 42. 50. II, 2, 48. c. 7, 22. c. 10, 16. c. 15. 16. 21. 33. 66. c. 19, 15. III, 4, 50. f. c. 15, 12. sq.
 Tr. de Oneribus Feudal. II, 18, 53.
 Vol. Dissert. I, 7, 33. II, 11, 50. III, 18, 5.
 Disput. de Pacto Confraternitatis Saxo-Hassico. III, 18, 5.
Casabonus II, 1, a.
del Castello (Jo.) de usufructu. II, 10, 33.
a Ceres (Didacus Spino) II, 10, 32.
Chassaneus ad Consuetud. Burgund. II, 22, 21.
Chopii Philosophia juris de potest. & obligat. I, 26, 23.
Cicero. II, 2, a. c. 12, 5. 7.
Clavi Pract. crimin. II, 8, 22.
Claverius (Phil.) German. antiqu. I, 10, 2. 16.
Cacceji (Henr.) jus publicum I, 3, 6. c. 18, 1. 8. II, 16, 22.
 Diss. de potest. statuum. imp. circa dignit. I. 2, 10. c. 3, 3. c. 10, 38.
 de Feudo hereditario mixto. III, 21, 12.
 de Adoha. III, 2, 1, 35. 42.
 Hypomnemata Juris Feudal. III, 21, 55.
Codex Justinianus. II, 1, 2.
Lindenbrogianus. I, 24, 5. c. 26, 38. II, 6, 13. III, 3, 21. c. 4, 38. c. 21, 37.
Theodosianus. I, 11, b. III, 5, 7.
Cappen. Decis. I, 6, 46. 47. II, 7, 5.
Cappolla de servitut. I, 15, 6.
Coleri Decis. Germ. I, 2, 39. c. 16, 6. 12. c. 17, 4. c. 26, 42. 50. c. 17, 21. 36. II, 4, 38. c. 10, 16. c. 11, 13. 20. 41. 56. c. 15, 21, c. 16, 10. c. 17, 7. c. 19, 12. c. 21, 23. III, 4, 44.
 Oeconomia ruralis & domestica. II, 2, 32.
Connani Franc. Comment. II, 12, 5.
Conringius de Republ. Imp. Rom. Germ. III, 5, 22.
 de urbibus German. I, 1, 12. 26.
Consilia Argentinenf. II, 22, 12. 21.
Constitutio Criminalis Car. V. II, 6, 2. c. 8, 21. III, 8, 15.
Elect. Sax. I, 20, 28. c. 26, 27. 76. c. 27, 4. 21. II, 4, 2. 26. 28. c. 9, 18, c. 11, 4. 5. 9. 11. 12. 14. c. 15, 9. 10. 62. c. 18, 15. 66. c. 19, 26. III, 4, 45, 51. c. 12, 18. c. 23, 8.
renovata & exacerbata vom anvertrautem Gut. II, 1, 19.
Friderici I. II, 8, 23.
Ludovici IV. Imp. I, 26, 36.
Polit. civit. Luneburg. II, 11, 17.
Corpus juris & systema rerum metallicarum. II, 4, 36.
Costa (Jo. Baptist) de Retractu. II, 21, 1.
Cothmanni Responsa. II, 11, 15. 57. III, 16, 2.
Cranzius. I, 6, 23.
Crabetta Consilia. I, 15, 6.
Cruger de jure Novemvirorum. II, 5, 30.
Crusii Annales Suevic. I, 6, 35.
Cujacius. II, 10, 11. c. 18, 6. 43.
Culpisius. I, 26, 54.

D.

Dattius de pace publica. II, 11, 52. III, 17, 13.
Decis. Sax. nov. I, 4, 22. 23. c. 5, 10. c. 19, 6. c. 26, 71. c. 27. 15. 22. II, 18, 35. 42. c. 21, 31. III, 4, 46. 55.
Diarium Europaum II, 12, 17.
Dietherri Continuatio thes. pract. Besold. I, 16, 12. II, 9, 15. III, 12, 32. it. Spec. Speideli. III, 12, 32.
Documenta Rediviva Monast. in Wirtemberg. II, 18, 61.
Dæpleri Theatrum suppl. I, 21, 23. II, 2, 15.
Donellus II, 10, 11.

E.

Eccardi Histor. Studii Etymol. II, 17, 21.
Edictum Erfurtense d. 23. Febr. 1706. II, 2, 24.
Militare

I N D E X I.

- Militare Sax.* de anno 1686. I, 17, 18.
Vinariense d. 10. Febr. 1705. II, 2, 24.
ab Ehbrenbach. vid. *Mylerus.*
Ellenbergeri Disp. de salinis Halensibus. II, 5, 24.
Ennenkel de privilegiis parentum & liberorum.
 I, 16. 32. 34. 37.
Engelbrechtii Disp. de jure salinarum. II, 5, 33.
Erhardus de operis rustic. I, 5, 20. 22. 24. 25.
Esbachii notæ ad Carpz. I, 16, 1. II, 13, 21.
Escobar de Ratiocin. Administ. II, 22, 29.
Everhardi (Nic.) Consilia. II, 10, 23.
Eybenii opera, III, 12, 8.
- F.**
- F***abri* Codex Sabaudicus. II, 17, 29.
 Electa Feudal. III, 21, 13.
Fuchsius de Different. Jur. Civil. & Saxon. II,
 15, 43.
Feltmanni (Ger.) Tract. de vehiculis sibi obviam
 euntibus. II, 1, 33.
Fesibii Sebast. disp. de cursu publico ejusque ju-
 re. II, 1, 1.
Fischeri Collect. Script. de Cautelis. III, 6, 2.
Finckelbusii observationes. I, 14, 29. II, 2. 39. 51.
 c. 7. 38. c. 10, 11. c. 14. 19, c. 15, 19. 24.
Frantzkii Tract. sing. de laudemis. I, 23, 1. 6. 9.
 10. 11. 13. 14. 15. 18. 20. III, 22, 15.
Resolutiones. II, 11, 20.
Freherus de monet. II, 5, 33.
du Fresne (Caroli) Glossarium mediæ & infimæ
 latinit. I, 7, 46. c. 24, 1. II, 12, 2. 3. 11. 23.
 III, 12, 7. c. 13, 1. c. 21, 17. 36. 37.
Stremberg de Rescrip. morator. II, 19, 13.
 III, 5, 13.
Friderus (Petr.) de mandat. I, 6, 51.
Fritschii Addit. ad supplem. thes. pract. Befold.
 I, 12, 32.
 Exerc. jur. publ. I, 7, 7. c. 20. 9. 10. 22. II,
 5, 35.
 de jure lustrat. I, 13, 11.
 de multis. I, 4, 6.
 de regal. nundin. jure. I, 18, 16.
 de regal. salinarum jure. II, 5, 34.
 de sequela. II, 2, 26.
Fuchsi introductio ad Praxin forenses III, 12,
 22. 32.
- G.**
- G***ailii* observationes. I, 11, 16. c. 14, 27. c. 22, 1.
 c. 25, 10. II, 13, 21. c. 18, 42. c. 21. 6. III,
 15, 13.
de Gamma (Anton.) Decisiones II, 10, 31. 32.
Gentilis (Specio) de jurisdict. I, 11, 25.
Gerardi (Ephr.) Vindiciæ distinctionis Para-
 gii & Apanagii, Præside Chr. Tho-
 masio.
Giesberti Justinianus Harmonicus. I, 26, 35. III,
 6, 24.
 Pericul. statutor. harm. pract. I, 26, 35. 71. 72.
 c. 27, 14. II, 9, 6. III, 6, 24.
 Deuteronomion Harmonicum III, 6, 24.
Giphanus. II, 10, 11. III, 6, 27.
Glossa in Landrecht. I, 11, 42. c. 16. 5. II, 2,
 74. c. 14, 16. 18. c. 15, 51. c. 17, 45.
 in Lehnrecht. II, 11, 19. c. 15, 26. 37. c. 16, 25.
 in Weichbild. II, 11, 19. 20. c. 15. 24. 25. c.
 16, 25.
Goldasti (Melch.) Constit. Imper. I, 12, 8. c. 16, 36.
 II, 11, 55. c. 13, 21.
Goldbeck de Gerada Sax. von der Gerade &c.
 II, 15, 2. 35. 47. 67.
Gomez. LL. Taurin. II, 10, 32.
Gonzalez Tellez. II, 13, 22.
Gothaische Landes-Ordnung. I, 13, 2.
Gothofredus. I, 11, b.
Gratiani Disceptationes forens. II, 21, 9.
de Grebe (Petr.) ad titul. Imperat. III, 14, 5.
Grænbbegen. I, 14, 11.
Grotius de J. B. & P. I, 14, 7. II, 2. 13. III, 2, 42. c.
 14, 12.
 Introduct. ad Jus Hollandicum. II, 20, 14.
